

ARCHIDIACONATUS UNIEJOVIENSIS.

ACHIDYAKONAT UNIEJOWSKI.

ARCHIDYAKONAT UNIEJOWSKI

należał, jak to w wstępie do opisu archidyaconatu *gnieźnieńskiego* pokazano, do pięciu archidyaconatów, na które archidyecezya *gnieźnieńska* pierwotkowo, prawdopodobnie już w wieku XII, podzieloną została. Od początku obejmował cztery dekanaty: *uniejowski*, *wartski*, *szadkowski* i *brzeźnicki*, z których ostatni później w większej części przyłączony został do archidyaconatu *łowickiego*. Kościołów parafialnych liczył 90, oprócz kilku filialnych i około 40 kaplic. Po ostatnim rozbiore Polski wszystkie te kościoły, stanowiące dotąd południowo-zachodnią część archidyecezyi *gnieźnieńskiej*, odpadły do nowo uorganizowanej dyecezyi *kujawsko-kaliskiej*, do której dotąd należą, rozdzielone na dwie gubernie dzisiejszego królestwa kongresowego: *kałiską* i *piotrkowską*, oraz na ośm dekanatów i powiatów: *łęczycki* z 2, *sieradzki* z 19, *łaski* z 18, *piotrkowski* z 5, *radomski* z 21, *turecki* z 18, *częstochowski* z 2, i *wieluński* z 5 kościołami parafialnymi.

Z pomiędzy tych 90 kościołów było na początku wieku XVI, czyli podczas sporządzenia niżej zamieszczonego ich opisu, 14 murowanych, i wprawdzie: w *Uniejowie*, *Warcie*, *Sieradzu*, *Szadku*, *Łasku*, *Buczku*, *Grocholicach*, *Szczercowie*, *Widawie*, *Stronisku*, *Marzeninie*, *Radomsku*, *Trębaczowie* i *Działoszynie*, reszta zaś w liczbie 76 drewniane. Dziś natomiast jest pomiędzy nimi 56 murowanych, a tylko 34 drewnianych. W owym czasie przypadało 16 kościołów na miasta: *Uniejów*, *Lutomiersk*, *Pabijanice*, *Dobre*, *Wartę*, *Bużenin*, *Sieradz*, *Szadek*, *Szczerców*, *Grocholice*, *Widawę*, *Radomsk*, *Kamińsk*, *Pajęczno*, *Brzeźnicę* i *Działoszyń*, a 74 na wsie; dziś tylko 5 na miasta: *Uniejów*, *Pabijanice*, *Wartę*, *Sieradz* i *Radomsk*, 11 na osady tak zwane, na które zamieniono tyleż miast wyżej wymienionych, a reszta na wsie. Pod względem prawa patronatu należały do króla kościoły: w *Uniejowie*, *Męce*, *Glinnie*, *Warcie*, *Sieradzu*, *Szadku*, *Szczercowie*, *Brzeźnicy*, *Radomsku*, *Dworszewicach*, *Wąsoszu*, *Wąglczewie*, *Dobroszycach* i *Pajęcznie*; do arcybiskupa *gnieźnieńskiego*: w *Wieleninie*, *Niemysłowie*, *Boleszynie*, *Borszewicach*, *Grocholicach*, *Parźnie*, *Restarzewie*, *Sędziejowicach*, *Marzeninie*, *Makowiskach* i *Rząśni*; do kapituły *krakowskiej*: w *Pabijanicach*; do kolegium masyonarzów *uniejowskich*: w *Śpicimierz*; do panien *Cystersek* w *Ibramowicach*: w *Brzeźnie*; do panien *Klarysek krakowskich*: w *Mykanowie*, do opata i klasztoru *sulejowskiego*: w *Baldrzychowie*; reszta kościołów w liczbie 60 były patronatu prywatnego czyli szlacheckiego.

Oprócz kolegiaty w *Uniejowie* miał archidyaconat jeszcze drugą przy kaplicy królewskiej w *Sieradzu*, która w przeszłym wieku do kościoła parafialnego tamże przeniesioną została. Trzecia kolegiata powstała w *Łasku* dopiero w roku 1525. Prócz tego były tam na początku wieku XVI prepozytury z kolegiatami masyonarzów: w *Warcie*, *Łasku* i *Szadku*; przy następujących zaś kościołach były altarye z osobnymi prebendarzami: w *Radomsku* 6, w *Niewiesz*, *Sieradzu*, *Buczku*, *Brzeźnicy* i *Siemikowicach* po jednej; nadto osobna kapellania w *Dobrej*.

Za czasów prymasa *Łaskiego* istniały tam następujące klasztory: oo. *Dominikanów* w *Sieradzu* fundacyi *Kazimierza*, księcia *kujawskiego*, *sieradzkiego* i *łęczyckiego* z r. 1260, oo. *Franciszkanów* w *Brzeźnicy*, fundacyi *Leszka Czarnego* około roku 1286, przeniesionych po 2 latach do *Radomska*, oo. *Bernardynów* w *Warcie* fundacyi *Gerarda z Brudzewa*, kanonika *krakowskiego*, oraz dwie rezydencye czyli prepozytury zakonne: jedna w *Uniejowie* oo. *Benedyktynów tynieckich*, druga w *Sieradzu* kanoników *regularnych* grobu *Chrystusowego z Miechowa*. Później powstały następujące klasztory: kanoników *regularnych* grobu *Chrystusowego* w *Wąglczewie*, oo. *Reformatów* w *Lutomiersku*, oo. *Bernardynów* w *Widawie*, oo. *Dominikanów* w *Gidlach*, oo. *Franciszkanów* w *Grocholicach* i *Belchatowie*, oo. *Kartuzów* w *Gidlach* i panien *Franciszkanek* w *Warcie*. Szpitale z kościołami i prebendami były na początku wieku XVI: w *Uniejowie* i *Sieradzu*, później przybyły: w *Łasku*, *Szadku*, *Radomsku* i *Warcie*. Od owego czasu aż dotąd powstały nowe parafie z kościołami: w *Kliczkowie Małym*, *Godynicach*, *Złoczewie*, *Rudzicy*, *Klonowie*, *Dobroni*, *Krzepcowie*, *Suchcicach*, *Chojnach*, *Zdunskiej Woli*, *Grzymalińskiej Woli*, *Pławnie*, *Puszczy Osińskiej*, *Chabielicach*, *Stróży* i *Poźdżenicach*; natomiast z dawniejszych kościołów parafialnych pięć zamieniono na filialne: w *Glinnie*, *Dąbrowie*, *Rychłocicach*, *Krempie* i *Soborzycach*, dwa zaś zupełnie zniszczone zostały: w *Trębaczewie* i *Szczytach*. Z kościołów parafialnych po dokonaniu opisu w *Liber Beneficiorum Łaskiego* powstałych: *poźdżeniński* zamieniony został na filialny i dziś należy do parafii w *Wygielzowie*, a kościoły w *Puszczy* i *Stróży* dziś już nie istnieją.

1. ECCLESIA COLLEGIATA UNYEOVIENSIS,*)

tituli *beatissimae Mariae virginis, Gnesnensis* dioecesis in oppido *Unyeow*, mensae archiepiscopalis sanctae ecclesiae metropolitanae *Gnesnensis*, muro cocti lateris

*) *Uniejów*, wieś, później miasto arcybiskupów *gnieźnieńskich*, należąca niezawodnie do pierwotnego uposażenia kościoła *gnieźnieńskiego*, albowiem wymienia ją bulla papieża *Innocentego III* z r. 1136, potwierdzająca wszystkie jego ówczesne posiadłości, pomiędzy temiż posiadłościami. Miejsce to dla pomyslnego położenia swego wkrótce nabrało znaczenia pomiędzy innymi posiadłościami arcybiskupimi i zapewne już w pierwszej połowie wieku XII było miastem z kościołem parafialnym i zamkiem czyli rezydencją arcybiskupów, którzy tam często przebywali. Z tego powodu miasto to coraz więcej wznosiło się w ludność i dobrobyt. Pierwotny kościół parafialny bądź to z łupności arcybiskupów, bądź też książąt polskich fundowany, wkrótce po założeniu swoim wyniesiony został do godności kolegiaty i był nią już zapewne przed rokiem 1170, w którym arcybiskup *Piotr* konsekrował tamże *Lupusa*, biskupa *plockiego* (*Damalewicz*, *Series Archiep. Gnesn.* f. 119. cfr. *Długosz*, *Hist. Pol. lib. V*, 518). Z tego uroczystego obrzędu wnosić można, że *Uniejów* był już naówczas znaczącym miejscem, skoro tam arcybiskup mógł podejmować biskupów i książąt, i że tam od dawna istniała kolegiata, w której właśnie dla odpowiedniej liczby duchowieństwa konsekracja biskupa odbyć się mogła. Jaki pierwotnie był skład kolegiaty uniejowskiej, z nikąd dojść nie można. Musiały się być przez dwa blisko wieki znacznie zmienić jej stosunki i zmniejszyć dochody, skoro arcybiskup *Jarosław Skotnicki* nową jej nadał erekcją i uposażenie, ustanawiając przy niej proboszcza, archidyakona i kustosza, oprócz pięciu kanoników, siedmiu wikaryuszów i mansyonarzów. Nadto tenże arcybiskup wystawił w miejsce dawnego drewnianego przez *Krzyżaków* w roku 1331 złupionego i zniszczonego (*Długosz*, l. c. lib. IX, 1012), nowy kościół mурowany, w głównych częściach swoich dotąd istniejący, dość obszerny i wspaniały, który sam pod tyt. *N. Maryi P.* około roku 1365 konsekrował. Tenże arcybiskup fundował równocześnie prepozyturę *oo. Benedyktynów s. Mikołaja* w *Uniejowie*, hojnie ją uposażywszy i udzieliwszy proboszczom przywilej zasiadania w stallach kanonicznych kolegiaty. Oprócz tego wystawił tam obronny zamek mурowany, opatrzywszy go w potrzebne do obrony materiały, do którego też kapituła *gnieźnieńska* w czasie groźących wojen i napadów wywozić kazala skarbiec kościelny, księgi i archiwum kapitulne (*Damalewicz*, l. c. 187. *Długosz* l. c. lib. IX. 1147, 1148). Kościół przez arcybiskupa *Jarosława* wystawiony spalił się przed rokiem 1462, albowiem arcybiskup *Jan Sprowski*, w porozumieniu się z kapitułą swoją metropolitalną przeznaczył w tymże roku na jego restaurację 30 grzywien z ofiar przy grobie *bl. Bogumiła* w *Dobrowie* składanych (*Damalewicz* l. c. f. 113). Dawniej było w tym kościele 9, dziś tylko 7 ołtarzy, z których cztery znajdują się w obudwach nawach, a 3 w tyłach kaplicach później przybudowanych. Ołtarz w. dzisiejszy fundował kanonik tamtejszy *Wiśniewski*, zapisawszy testamentem znaczny na ten cel legat w roku 1778; przyzobdobił go zaś i odzłocić kazal w roku 1779 kanonik miejscowy *Warzewski*; ołtarz drugi pod tyt. *s. Antoniego z Padwy* i *s. Anny* z bractwem tejże Świętej w r. 1609 zaprowadzonym; ołtarz trzeci pod wezwaniem *N. Maryi P. Rożańcowej* i czwarty na środku kościoła wraz z pięknym marmurowym grobowcem, w którym wystawione są ku czci publicznej zwłoki *bl. Bogumiła*, arcybiskupa *gnieźnieńskiego* († 1182), zbudowany nakładem arcybiskupa *Wacława*

constructa, et a multo tempore fundata et erecta; non extant tamen aliqua munita litterarum in scriniis eiusdem, per quem aut cuius opera, instantia et impensis. Quae ex antiquo prout et modo (habet) duas dignitates, videlicet praeposituram et archidiaconatum¹⁾, necnon quinque canonicatus et praebendas collegium facientes et representantes. Quarum dignitatum, canonicatum et praebendarum collatio, provisio et dispositio, praepositurae videlicet tanquam primae dignitatis vacatione occurrente ad sedem apostolicam, archidiaconatus vero, necnon canonicatum et praebendarum ad metropolitaneum *Gnesnensem* loci ordinarium (pertinet). Qui quidem duo praelati, seu duae dignitates, necnon canonicatus et praebendae, seu canonici habent singuliter singuli ultra eorum numerum in eadem ecclesia vicarios, aut vicarios perpetuos, in ipsa ecclesia collegiata horas canonicas et divina officia singulis diebus et septimanis pro ipsis praelatis et canonicis et loco eorum perficientes et explentes. Quorum vicariorum vacatione occurrente ius praesentandi et patronatus spectat, videlicet praepositi ad praepositum, qui vicarius pro tempore existens habet curam animarum in villanis, diciturque et appellatur plebanus villanorum, qui instituitur ad praesentationem praepositi per loci ordinarium; vicarius vero archidiaconalis similiter praesentatur per archidiaconum vacatione occurrente loci ordinario, ac instituebatur, ex eo, quia habuit curam animarum super oppidanis *Unyeow*, dicebaturque et appellabatur plebanus oppidanorum. Quae vicaria archidiaconalis per olim *Sbigneum* archiepiscopum data est et incorporata una cum parochiali ecclesia in *Spicimierz*

Leszczyńskiego roku 1666. Pierwsza kaplica *Boleszczyńskich*, tak zwana od prałata *uniejowskiego*, *Boleszczyńskiego*, który uposażył przy niej osobnego prebendarza i promotora bractwa *Szkaplerza s.*; druga kaplica *Zborowskich*, fundowana przez kustosza miejscowego, *Jakoba Zborowskiego*, w roku 1663 zmarłego, w której się niegdys odprawiała co czwartek wotywa *Cilavit* z processją; trzecia kaplica *Głuchowskich* pod tyt. *s. Krzyża*. Starożytna pełna pamiątek świątynia przed kilkunasty laty wielce podupadła i zaniedbana, przez dzisiejszego rządzcę swego od roku 1874 starannie bywa restaurowaną i wewnątrz przyodzabiana. Przed zniesieniem kolegiaty prepozytura jej wcielona była od początku wieku XVI do suffraganii *gnieźnieńskiej* (*Arch. Capit. Gnesn.*). Skład tejże kolegiaty utrzymał się aż do końca w tym stanie, jak go opis powyższy przedstawia. Prałaci i kanonicy uzyskali w roku 1730 od arcybiskupa *Polockiego* przywilej noszenia mantoleków. Arcybiskup *Zbigniew Oleśnicki* fundował przy kolegiacie mansyonarzów, wcielwszy w roku 1491 do ich kolegium kościół parafialny *Spicimierzu* z wszelkimi dochodami, oraz kościół parafialny w *Uniejowie* pod tyt. *Bożego Ciała* (*Rubryc. dyec. kuj.-kal.* z r. 1877 f. 100—103).

Kolegiata *uniejowska* słynną jest nie tylko z powodu swojej starożytności i posiadania od dwóch wieków szczątków *bl. Bogumiła*, ale dla odbywanych tamże synodów prowincjonalnych: w roku 1326 przez arcybiskupa *Janisława* (*Helcel*, *starod. prawa polsk. pouniki I*, 397. *Kod. dypl. wielkop. II*, 390 sqq.) i w roku 1376 przez legata apostolskiego *Mikołaja*, biskupa *Majorki*, domagającego się od duchowieństwa polskiego dwuletniej kontrybucji z dóbr duchownych i bogatej słuźcizny po biskupie *wrocławskim Przeclawie*, celem przyspieszenia powrotu papieża z *Awinionu* do *Rzymu* (*Długosz* l. c. lib. X, 31), oraz kilku synodów dycezalnych. Oprócz szczątków *bl. Bogumiła* spoczywają w kolegiacie *uniejowskiej* zwłoki arcybiskupa *Jakoba Swinki*. Zamek *uniejowski*, który w czasie wojen i napadów obcych nieprzyjaciół ważną odgrywał rolę, był świadkiem śmierci kilku arcybiskupów *gnieźnieńskich*. Tam umarł między innymi arcybiskup *Wincenty Kot z Dembna* w roku 1448, który kapitule *gnieźnieńskiej* z winnic swoich *chełmskich* i *uniejowskich* w swoim i następców imieniu ofiarował dla zakrystyi katedralnej rocznie cztery beczki wina (*Arch. Capit. Gnesn. N.* 443). Widać ztąd, jak znaczne być musiały w owych czasach winnice w okolicy *Uniejowa*. Utrzymały się one aż do nowszych czasów, gdyż kapituła tamtejsza posyłała kapitule *gnieźnieńskiej* jeszcze w wieku zeszyłym corocznie antał wina z winnic swoich (*Rubryc. cit. f.* 102).

¹⁾ Trzecia prałatura kustosza zniesioną została zapewne na końcu wieku XV.

pro mansionariis in eadem ecclesia collegiata, per eundem archiepiscopum *Sbigneum* super ipsa vicaria archidiaconali et parochiali in *Spicimirz* de novo fundatis et erectis. Aliae vero vicariae canonicales et eorum vicarii sunt de iure praesentandi canonicorum singuli singulorum et instituntur per praepositum pro tempore existentem, vacatione eorum occurrente. Eidem enim ecclesiae collegiatae annexa est cura animarum, quam habent et gerunt administrantque modo praedicti vicepraepositi, vicarius praepositi et mansionarii loco vicarii archidiaconi, sermonemque ad populum singulis diebus dominicis et festivis, prout ex antiquo facere tenentur et faciunt, et sacramenta ecclesiastica omnia adultis et parvulis administrant et administrare tenentur, videlicet vicarius praepositi parochianis de villis, et mansionarii in oppido *Unyeow*; habeturque in ipsa ecclesia collegiata et non in alia fons baptismalis, et alia sacramenta (sic) Eucharistiae pro viatico et sacrum chrisma pro utroque populo conservantur.

PRAEPOSITURA in ipsa ecclesia collegiata est prima dignitas, quam pronunc obtinet venerabilis dominus *Joannes Bussynsky*¹⁾, quam ex antiquo pro dote et fundo habuit, prout et modo habet pacifica in possessione. Primo, in ipso oppido prope ecclesiam unam specialem aream, modo vacuum, in postico domorum modo *Andreae* mercatoris, *Gregorii Rolya* sartoris, *Jacobi Rolya* pelificis, *J. Trzpyola*, *Petri Czyerpycha*, *Adriani et Laurentii Czyeply*, a circulo oppidi versus eandem aream se protendentis sitam; item unam aream specialem satis latam et spatiosam cum horto in antiqua civitate eiusdem oppidi *Unyeow*, in fine aliarum arearum versus *Nyeswyesch* pro praedio sitam, ad quod praedium habet ex antiquo tres mansos agri in latitudine et longitudine in quolibet campo ad instar oppidanorum se protendentis, cum pratis eisdem agris seu mansis adiacentibus. Item habet in *Cosczyelnycza*³⁾, villa seu vico eidem oppido *Unyeow* circa ripam fluvii adiacente in fine eiusdem, eundo versus *Nadole*⁴⁾, unam aliam specialem aream pro piscatore cum horto, et prato ad ipsam aream spectantem et liberam piscaturam in fluvio. Cuius areae piscator pro tempore existens solvit et solve tenetur praeposito pro tempore existenti pro censu ad arbitrium praepositi digeria in piscibus, aut in pecuniis, secundum quod velit per praepositum locatus, et modo solvit annuatim per fertonem.

*Cuczky*⁵⁾, villa sub eadem collegiata iure parochiali in *Unyeow*, cuius villae et haereditatis totius tertia pars in agris, pratis, silvis, molendino, fluvio, aquis cum singulis et universis eiusdem tertiae pratis obventionibus, cum omni iure, dominio, et proprietate spectat et pertinet ad praedictam praeposituram *Unyeoviensem* et eius pro tempore praepositum, in qua parte tertia modo habet solum unum emethonem, dictum *Kuszy*, qui solvit pro censu annuatim sedecim grossos et in praesentia praepositi solvit in piscibus pro digerio, et ligna ducit pro necessitate praepositi in *Unyeow*. Alii agri sunt deserti cum eorum areis et pratis, qui locantur pro posse et velle praepositi et factorum ipsius. Aliae duae partes ipsius villae sunt haereditariae nobilium, quas nunc tenet quidam *Caznowsky*.

*Scharovo*⁶⁾, villa sub eadem parochia praefatae collegiatae *Unyeoviensis*, in qua villa omnes canonici et praepositus praeter archidiaconum habent per unum

¹⁾ *Bużiński Jan*, późniejszy suffragan *gnieźniński*. ²⁾ *Nieświesz*. ³⁾ *Kościelnica*. ⁴⁾ Miejscowość dziś nie znana. ⁵⁾ *Kuczki*, wieś do parafii *uniejuwskiej* należąca. ⁶⁾ *Szarów Księży*.

emethonem; praebenda vero et canonicatus dicta *Swieneze*¹⁾, quos obtinet pronunc venerabilis dominus *Nicolaus Czepel*²⁾, praepositus *Wratislaviensis*, habet duos, sed praepositus et alii canonici modo praemisso habent per unum. Manent tamen adhuc lanci deserti, qui locantur pro aliis canonicis per unum emethonem habentibus. Ipsaque villa praeter certos agros, quos quidam nobilis in ibidem habitans, alias partem ipsius villae in haereditatem obtinet, habens speciale praedium et emethones, pertinet cum omni iure ad ecclesiam et capitulum ipsius ecclesiae *Unyeoviensis*, ut dicitur, pro communi mensa residenti capitulari ex antiquo data, quam postea propter non residentiam singulorum praelatorum et canonicorum eiusdem ecclesiae inter se distribuerunt, alias pro residentibus dumtaxat eius proventus, census et obventiones spectabant, solvuntque singuli emethones de quolibet manso ratione census et decimae per unam marcam communis numeri et monetae, et nullos alios labores faciunt propter absentiam praelatorum et canonicorum et propter haereditatis tenuitatem. Praefatus vero nobilis cum ipsis emethonibus in sorte praedii seu agrorum praedialium locatorum solvit decimam manipulari pro dicta praepositura et eius pro tempore praeposito, et valor eius aestimatur iuxta communem taxam ad duas marcas, aliquando magis aut minus. Non solvunt emethones decimam canapi aut lini, sed conducunt decimam in horreum a praeposito seu eius factore locandum.

*Balyn*³⁾, villa sub eadem parochia praefatae collegiatae *Unyeoviensis* nobilium, in qua est curia habens in eadem villa et haereditate speciales agros praediales ab agris emethonalibus distinctos, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad praeposituram et eius praepositum eiusdem collegiatae, et conducit eam praepositus pro suo placito curru proprio, valorque eius aestimatur ad unam marcam, aliquando magis, aliquando minus; post agros vero emethonales omnes et singulos eiusdem villae et haereditatis decima manipularis spectat et pertinet ad praepositum hospitalis pauperum *sancti Spiritus* in antecoppido siti, et conducunt eam emethones curribus propriis in horreum a praeposito locandum, et non solvunt decimam lini aut canapi, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando magis.

*Dominikovicze*⁴⁾, villa nobilium haereditaria simul cum villa *Czajkovicze*⁵⁾, ut dicitur, ex eadem *Dominikovicze* erecta quoad praedium dumtaxat, sub praedicta parochia, in quibus duabus villis habetur ex antiquo unum praedium militare ad haeridem in *Dominikovicze* spectans, ab agris emethonalibus dictarum haereditatum distinctum, de quibus omnibus et singulis agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem praeposituram collegiatae *Unyeoviensis* et eius praepositum, et conducit eam praepositus curru proprio pro suo placito in horreum per cum ordinatum, et valor eius facit quatuor marcas. Post agros vero emethonales omnes et singulos in eadem *Dominikovicze* dumtaxat decima manipularis proveniens spectat ad praepositum *sancti Nicolai* in eodem *Unyeow*, et conducunt eam emethones in horreum per praepositum *sancti Nicolai* locandum propriis curribus, valor-

¹⁾ *Świnice*, wieś w parafii *Chlewo*. ²⁾ *Mikołaj Czepel (Czepiel)*, doktor obojga prawa, urodzony 1442 w *Poznanu*, kantor *gnieźniński*, proboszcz *wrocławski*, *krakowski*, *sandomierski* i t. d., sławny *kortezan* swego wieku, mąż uczony † 1518 (Acta decr. Capit. Gnesn.) ³⁾ *Balin*. ⁴⁾ *Dominikowice*. ⁵⁾ *Krajkowice*, wsie należące do parafii *uniejuwskiej*.

que eius aestimatur ut communiter ad sex marcas. In *Craykovicze* vero praefata decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales duntaxat provenit pro canonicatu et praebenda eiusdem collegiatae, quos pronuncie obtinet dominus *Nicolaus Bedlensky*¹⁾, scholasticus *Cracoviensis*, et conducunt eam similiter emethones curribus propriis (in horreum) per canonicum aut eius factorem in eadem haereditate locandum; non solvunt tamen decimam canapi aut lini. Et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, aliquando minus.

*Jankovicze*²⁾, villa haereditaria nobilium sub eadem parochia collegiatae *Unyeoviensis*, in qua non sunt aliqui agri emethonales, solum praediales, de quibus omnibus agris ipsius villae decima manipularis proveniens spectat ad eandem praeposituram collegiatae *Unyeoviensis* et conducitur opera et diligentia praepositi seu eius factoris curru proprio in horreum, ubi sibi placet; cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Szyclanthkow et *Liskovicze*³⁾, villae sub parochiis ecclesiarum in *Pyacznow* et *Scacznow*⁴⁾, in quibus villis sunt speciales agri emethonales et praediales; decimae tamen manipulares in eisdem villis et haereditibus provenientes post omnes et singulos agros emethonales debentur spectantque ad praeposituram et praepositum collegiatae *Unyeoviensis*, et conducuntur per emethones curribus eorum in horrea in eisdem villis et haereditatibus locanda. Non solvunt decimam lini aut canapi, et valor cuiuslibet eorum aestimatur ad unam sexagenam, aliquando magis. Post agros vero praediales in ipsis villis haeredum decima manipularis debetur ecclesiis parochialibus praedictis et earum plebanis.

Bronowo maior et *minor*⁵⁾, villae haereditariae sub parochia collegiata *Unyeoviensis* praedicta, in quibus villis decima manipularis post omnes et singulos agros praediales haereditarios proveniens spectat ad praepositum dictae collegiatae, quam praepositus sibi conducere tenetur, et valor aestimatur ad duas marcas; post agros vero omnes et singulos emethonales in utraque villa decima manipularis ad universitatem vicariorum eiusdem ecclesiae *Unyeoviensis* spectat et pertinet. Et non solvunt emethones decimam lini aut canapi, sed eam conducunt in horrea per vicarios locanda, valorque earum aestimatur utriusque ad septem marcas, aliquando magis vel minus.

*Zaleszye*⁶⁾, villa haereditaria sub parochia collegiatae *Unyeoviensis*, in qua sunt etiam speciales agri praediales et emethonum; decima tamen manipularis de agris praedialibus provenit pro praepositura et de emethonalibus provenit pro vicariis, prout in villis *Bronowo* utraque. Valor praepositi (sic) aestimatur ad mediam et vicariorum similiter, aliquando magis vel minus.

*Skotnyny deplew*⁷⁾, villae haereditariae nobilium sub eadem parochia saepedictae collegiatae *Unyeoviensis*, in quibus licet sint aliqui agri emethonales et nobilium, decima tamen manipularis post omnes et singulos ipsarum villarum agros proveniens spectat ad praeposituram et eius pro tempore praepositum. Non solvunt emethones decimam lini aut canapi, sed conducunt post eorum araturas, prout

¹⁾ *Bedlenski Mikolaj*, scholastyk i wikaryusz jeneralny *krakowski* i kanonik *gnieźnieński* † 1540 (*Acta Capit. Gnesn.*) ²⁾ *Jankowice*. ³⁾ *Siedlątków* i *Lyszkowice*. ⁴⁾ *Pięczniew* i *Skęczniew*. ⁵⁾ *Bronów*, *Bronówek*. ⁶⁾ *Zalesie*, wieś należąca do parafii *uniejskiej*. ⁷⁾ *Skotniki*, wieś do parafii należąca, dziś tylko jedna.

in aliis et post nobilium per praepositum (sic), et valor utriusque aestimatur ad duas sexagenas, aliquando magis, aliquando minus.

*Czepowo Gregory*¹⁾ et *Czepowo Wyssokie*²⁾, villae haereditariae nobilium sub parochiis collegiatae *Unyeoviensis* et *Vyelenyno* parochialis, in quibus villis decima manipularis tam post agros praediales quam emethonales proveniens in toto spectat ad praeposituram eiusdem collegiatae *Unyeoviensis*, et conducuntur more aliarum, valorque earum in *Wyssokie* ad septem marcas et in *Gregory* ad tres, aliquando magis, aliquando minus.

*Czepowo mediocre*³⁾, villa similiter haereditaria sub parochia *Vyelenyno*, cuius villae post omnes et singulos agros emethonales decima manipularis proveniens etiam spectat ad praefatam praeposituram et conducitur per emethones more aliarum, non solventes decimam canapi aut lini, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando magis, aliquando minus.

*Czychmyana*⁴⁾, villa archiepiscopalis mensae sub parochia *Vyelyomowo*⁵⁾, in qua non est aliquod praedium, solum agri emethonales, de quibus omnibus ipsius totius villae agris decima manipularis proveniens spectat ad praeposituram collegiatae *Unyeoviensis* et eius praepositum, cuius valor aestimatur ad octo marcas, aliquando magis, aliquando minus. Solvunt etiam decimam lini de quolibet mauso per unum grossum et conducunt eam in horreum per praepositum vel eius factorem locandum.

*Roznyathow*⁶⁾, villa nobilium sub parochia *Vyelyenyno*⁷⁾, in qua villa sunt agri emethonales et praediales, post quos agros emethonales decima manipularis proveniens spectat ad praeposituram ecclesiae *Unyeoviensis* et ad eius praepositum; valor ipsius duae marcae, aliquando magis, aliquando minus, quae conducitur per emethones in horreum; praedialis vero in eadem villa pertinet super (sic) plebanum in *Vyelyenyno*.

*Zaborow*⁸⁾, villa nobilium sub parochia *Vyelyenyno*, in qua sunt agri praediales et emethonales; de agris quidem emethonalibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praeposituram et ad eius praepositum, quae conducitur in horreum per eosdem emethones eiusdem villae; cuius valor aestimatur ad unam sexagenam; de praedialibus vero agris decima proveniens ad plebanum in *Vyelyenyno* pertinet.

*Drosdow*⁹⁾, villa haereditaria nobilium sub parochia *Swyencze*¹⁰⁾, in qua quidem villa sunt agri emethonales et praediales; de agris quidem emethonalibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praeposituram ecclesiae *Unyeoviensis* et ad eius praepositum, quae conducitur per eosdem emethones eiusdem villae more aliarum villarum; cuius valor aestimatur ad sex marcas communis pecuniae, aliquando magis et aliquando minus; de agris vero praedialibus decima etiam manipularis proveniens super (sic) plebanum in *Swyencze* pertinet.

Item eadem praepositura est taxata ad quinque marcas argenti.

¹⁾ *Czepów Dolny*. ²⁾ *Czepów Górny*. Ostatnia wieś należy do parafii *Wielenia*. Tak samo ³⁾ *Czepów Średni*. ⁴⁾ *Cichmiana*. ⁵⁾ *Wilamów*. ⁶⁾ *Roźniatów*. ⁷⁾ *Wielenia*. ⁸⁾ *Zaborów*. ⁹⁾ *Drosdów*. ¹⁰⁾ *Świnica*.

VICARIA PERPETUA, ad quam praepositus pro tempore existens habet ius praesentandi, quae ex antiquo curata existit, quam promunc obtinet dominus *Leonardus de Oleschnyca*¹⁾ canonicus *Lanciciensis*, habetque in cura viginti septem villas, videlicet: *Coszyelnycza*²⁾, *Ostrowsko*³⁾, *Wyelszczyce*⁴⁾, *Cuczky*⁵⁾, *Skotlnyky*⁶⁾, *(Hlubowy duplex*⁷⁾, *Czepowo Gregory*⁸⁾, *Orzeszkowo*⁹⁾, *Volya*¹⁰⁾, *Bronowo duplex*¹¹⁾, *Zalyeszye*¹²⁾, *Cobylnyky*¹³⁾, *Scharow*¹⁴⁾, *Ubyslaw*¹⁵⁾ cum praedio et hortulanis, *Boczky*¹⁶⁾, *Grocholycze*¹⁷⁾, *Ulan*¹⁸⁾, *Lypnyca duplex*¹⁹⁾, *Jankow*²⁰⁾, *Dominikowice*²¹⁾, *Craykowice*²²⁾, *Sypyn*²³⁾ moleudinum domini *Balynsky* et cum piscatoribus (sic) *Balyn*, *Sypyno*, necnon molendinum *Skotlnycky*²⁴⁾, cum hortulanis seu piscatoribus, quibus ecclesiastica sacramenta uti eorum pastor seu plebanus administrat et sermonem ad populum alternatis vicibus, uti supra, diebus dominicis et festivis per se vel substitutum suum, necnon ultra haec singulis diebus in choro eiusdem ecclesiae collegiatae cum aliis vicariis ipsius ecclesiae horas canonicas, missas, et alia sacra et divina officia cantare, peragere et explere tenetur et obligatur. Qui quidem vicarius pro dote et fundo ex antiquo pro sui contentatione et onerum expletionem habet proventus infrascriptos; imprimis aream satis competentem et in ea domum dignam inter aream archidiaconi ex una parte et *Myerzychova* oppidana parte ex altera; item unam aliam aream in suburbio seu in nova civitate extra portam eiusdem oppidi *Unyeow* penes stratam publicam, qua itur versus *Lanciam* in parte sinistra; item et unum hortum inter hortos oppidanorum, videlicet *Nasthalo* ex una et *Nicolaum* mercatorem parte ex altera iacentem, in longitudine ad spatium unius stadii, prout et aliorum oppidanorum se extendentem.

Grocholicze, *Cuczki*, *Ulan*, villae haereditariae sub parochia eiusdem collegiatae *Unyeoviensis*, post quarum villarum omnes et singulos agros decimae manipulares provenientes spectant et pertinent ad dictam vicariam perpetuam praepositi et eius vicarium in toto, et conducunt eam emethones in *Cuczky*. In *Ulan* vero non sunt emethones aliqui, solum nobiles, et conducit eam nobilis, apud quem decima ordinarie locatur; in *Grocholycze* autem conducit eam vicarius curru proprio, seu ipsius impensis locator decimae; emethones tamen propterea solvunt decimam canapi seu lini per duos grossos de quolibet manso.

Lypnyca utraque, villae eiusdem parochiae *Unyeoviensis* collegiatae, in quibus sunt speciales agri praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad eundem vicarium praepositi; de agris vero emethonalibus decima pertinet pro mensa archiepiscopali.

*Lyeaschino*²⁵⁾, villa sub parochia *Vyelyanowo*²⁶⁾, de qua decima proveniens in toto spectat ad eandem vicariam praepositi, quam incolae conducunt curru proprio in horreum per vicarium locandum, cuius valor est marca una.

1) Leonard z Oleśnicy. 2) Kościelnica. 3) Ostrowsko. 4) Wieszce. 5) Kuczki. 6) Skotniki. 7) Nieodgadnione. 8) Czepów Dolny. 9) Orzeszków. 10) Wola Przedmiejska. 11) Bronów i Bronówek. 12) Zalesie. 13) Kobylniki. 14) Szarów Książ i Szarów Pański. 15) Ubyslaw. 16) Boczki. 17) Grocholicze. 18) Ulan. 19) Lipnica. 20) Jankowice. 21) Dominikowice. 22) Krajkowice. 23) Sypin, dziś nieznan w parafii. 24) Młyn Skotnicki. Prócz tego należą do parafii osady: *Borzewisko*, *Brzeziny*, *Konopnica*, *Ksawercin*, *Lęg Baliński*, *Lęg Dominikowski*, *Paulina*, *Piotrów*, *Przewóz*, *Staszyn*, *Wielkopole*, *Włodzimierz* i *Zaciszce*. 25) Łekaszyn. 26) Wilanów.

*Wyelgylanle*¹⁾, *Brozowka*²⁾, *Cozubow*³⁾ et *Szarbycze*⁴⁾, villae in insulis seu ripis fluvii sitae, quarum de agris habentes et incolae earum ex piscatura victum habentes sub parochia in *Vyelanow* (sic), in quibus villis incolae loco decimae et pro decima solvunt per aliquot grossos vicario eiusdem collegiatae *Unyeoviensis* praepositi, et provenit pro hac vice duntaxat una marca.

Czepowo Gregory. In eadem villa emethones agros colentes pro colenda praefato vicario praepositi solvunt per unum corum siliginis et hortulani per unum grossum, et similiter *Orzeszkowo*, *Ostrowsko*, *Cuczky*; in *Scharowo* autem emethones de parte capituli *Unyeoviensis* ecclesiae similiter per unum corum siliginis, de parte vero nobilis per unum grossum cum medio; item in *Zalyeszye* et *Bronowo minori* similiter per unum corum siliginis dant et solvunt emethones; item in *Grocholicze*, *Dominikowice*, *Balyno*, *Craykowice* et *Skotlnyky* utraque emethones agros colentes eiusdem praepositi vicario ratione colendae dant et solvunt per unum grossum et hortulani per medium grossum, et similiter *Lypnyca*. Item de molendino *Balynsky*⁵⁾ et de molendino *Skotlnyky*, alias incolae circa ipsa molendina, hoc est, piscatores ibidem residentes solvunt pro huiusmodi colenda eidem vicario per medium grossum, de molendinis autem, nedum de eisdem, sed etiam ut *Scrobanya*⁶⁾ et aliis molendinis circa oppidum *Unyeow* et in *Cuczkw* solvunt molendinatores dicto vicario praepositi per unum corum farinae siliginis; item de *Volya* emethones omnes et singuli ex eorum agris praedicto vicario praepositi solvunt missalia, videlicet de quolibet manso per duos coros siliginis et tres coretos avenae; de advocatia vero advocatus ratione decimae singulis annis similiter eidem vicario solvit viginti grossos. In *Ubyslaw* autem hortulani circa praedium archiepiscopale residentes solvunt etiam pro colenda per unum corum avenae; item in *Boczky*, *Vyesczicze*⁷⁾ et *Kawyczynko*⁸⁾ piscatores solvunt etiam ad instar aliarum villarum superius descriptorum praefato vicario de qualibet area ratione colendae per medium grossum. Item praedictus vicarius praepositi pro tempore existens ex altari et ecclesiae singulis obventionibus communibus inter vicarios distribui solitis, prout alter et unusquisque eorum, aequaliter participat.

Coszyelnycza, et de eiusdem (sic) incolae omnes et singuli solvunt campanatoribus pro colenda per medium grossum; ex villis autem *Bronowo maiori* et *Cobylnyky* incolae alias emethones agros colentes praefatae ecclesiae collegiatae praedictis campanatoribus solvunt quilibet eorum de manso per unum corum siliginis et hortulani per medium grossum. Item praepositus providet de ministro scholae et salariat, et similiter campanatores iuxta posse suum.

ARCHIDIACONATUS in eadem ecclesia collegiata *Unyeoviensi* est secunda dignitas, quam obtinet pronunc quidam dominus *Joannes de Posnania*, qui archidiaconus habet imprimis in eodem oppido prope ecclesiam unam aream specialem pro domo seu curia, modo desertam penes aream vicariam praepositi eiusdem ecclesiae et stratam ex altera parte versus castrum seu fluvium tendentem sitam; item unam aliam specialem aream satis latam et spatiosam in longitudine et latitudine cum horto pro praedio; necnon duos laneos seu mansos agri inter agros oppidanos

1) Lęg Wielki. 2) Brzozówka. 3) Kozubów. 4) Sarbice. 5) Baliński Młyn. 6) Młyn dziś nieznan. 7) Wieszce. 8) Kawęczynok.

iacentes, ita latos et longos, prout agri oppidanorum se extendunt in latitudine et longitudine. Qui agri locantur oppidanis per factores archidiaconi modo pro una sexagena annuatim. Item habet unum macellum lanificum in eodem oppido *Unyeow*, de quo possessor seu in eo laborans solvit pro censu per tres lapides sepi annuatim.

*Carchowko*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Drusbyno*²⁾, quae cum omni iure, cum silvis, pratis et decima manipulari spectat ad ipsum archidiaconatum et ipsius archidiaconum, in qua est etiam praedium in agris quondam scultetiae et ad scultetiam pertinentibus locatum, et solvunt emethones singulariter singuli de quolibet manso pro censu per quadraginta grossos, necnon ova, et per duos capones, et labores faciunt in eodem praedio necessarios; decima autem conducitur in curiam archidiaconi, aliquando venditur, et ipsius valor aestimatur ad quatuor marcas citra vel ultra.

*Zadzim*³⁾, villa, in qua est ecclesia parochialis, de cuius villae agris emethonalibus, quibusdam exceptis, decima manipularis proveniens spectat ad dictum archidiaconatum *Unyeoviensem* et ipsius archidiaconum, quam archidiaconus curibus propriis conducit et conducere tenetur; et ultra decimam frumentorum emethones solvunt decimam canapi de quolibet laneo per duos grossos; de aliis autem agris praedialibus et certis emethonalibus pro plebano pertinet. Et aestimatur decima archidiaconi ad tres marcas, aliquando magis, aliquando minus.

*Wolya fiaszczyzna*⁴⁾ et *Wolya viaczlawkowa*⁵⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Zadzim* suprascripta, post quarum villarum omnes et singulos agros emethonales decima manipularis provenit ad archidiaconatum *Unyeoviensem* seu ad eius archidiaconum; de agris vero praedialibus decima provenit ad ecclesiam parochialem in *Zadzim* seu ipsius plebanum de eiusdem villis.

*Zawadky*⁶⁾. In eadem *Zawadky* de agris emethonalibus decima manipularis provenit etiam ad archidiaconum *Unyeoviensem*, et eius valor aestimatur ad mediam marcem, aliquando magis, aliquando minus.

Carchow, villa nobilium sub parochiali *Drusbyno*, in qua villa de uno laneo emethonali duntaxat decima manipularis provenit ad archidiaconum *Unyeoviensem*.

*Nosky*⁷⁾ et *Smarzewo*⁸⁾ nobilium, de agris emethonalibus, in quibus villis decima manipularis sub parochia *Wroblewo*⁹⁾ (sic) proveniens ad archidiaconum *Unyeoviensem* spectat, et valor utriusque aestimatur ad duas marcas citra vel ultra.

VICARIA PERPETUA seu PLEBANATUS eiusdem ecclesiae collegiatae *Unyeoviensis*, quondam de iure patronatus et praesentandi archidiaconi dictae ecclesiae, per olim *Sbigneum* archiepiscopum mansionariis eiusdem ecclesiae per eundem institutis et erectis incorporata, habuit et habet pro dote et fundo, imprimis aream et in ea domunculam circa ecclesiam, quam inhabitat modo *Martinus Czegyelka*¹⁰⁾, de *Luthomyrsko*¹¹⁾, vicarius eiusdem ecclesiae, in postico domus acialis (?) in circulo oppidi, quam inhabitat modo domina *Catharina Balynska*, et retro chorum ecclesiae; item habuit et habet modo unam aliam aream in antiqua civitate circa capellam tituli *Corporis Christi* cum horto eiusdem areae adiacente, in qua area habebat quondam

¹⁾ Churchów Książ. ²⁾ Drusbin. ³⁾ Zadzim. ⁴⁾ Wola Fiaszczyzna. ⁵⁾ Wola Zalewska zapewne albo Sypinśka, gdyż tylko trzy Wole leżą w parafii zadzimskiej. ⁶⁾ Zawadki, wieś w parafii wroblewskiej. ⁷⁾ Noski. ⁸⁾ Smardzew. ⁹⁾ Wroblewo. ¹⁰⁾ Cegielka. ¹¹⁾ Lutomiersk.

praedictus vicarius praedium. Item habuit et modo habet unum mansum agri inter agros oppidanorum in longitudine et latitudine ad instar aliorum oppidanorum se protendentem, de quo solvunt locatores seu arendatores pro censu annuatim mansionariis per duas marcas. Item dicta vicaria et eius pro tempore vicarius habuit, prout et modo habent mansionarii, curam animarum eidem vicariae annexam super oppidanis duntaxat circa adiacentibus, dempta *Cosczyelnyeza*, ipsisque oppidanis, prout ex antiquo, sacramenta ecclesiastica administrabant et modo administrant; necnon officium praedicationis in ipsa ecclesia alternatis vicibus cum vicario praepositi ad populum faciunt et facere tenentur. Item habent ipsi mansionarii ratione dictae vicariae ex antiquo pro dote et fundo ex singulis domibus eiusdem oppidi et anteoppidanis domibus mensalia, videlicet de qualibet domo hospites solvunt per unum grossum, et inquilini per medium grossum semel in anno. Item iidem mansionarii loco dicti vicarii quondam archidiaconalis inter vicarios praedictae collegiatae ecclesiae participant de omnibus obventionibus et distributionibus, etiam ratione praesentiae, ex ecclesia provenientibus, prout aliquis alius vicarius ex residentibus.

Eadem vicaria seu quondam plebanatus taxatus erat ad duas marcas cum media argenti.

CANONICATUS et PRAEBENDA eiusdem ecclesiae collegiatae *Unyeoviensis*, dicta et appellata *Chebde*, quam modo obtinet quidam *Christophorus Ffogel de Wrathislavia*. Qui quidem canonicatus seu praebenda in eodem oppido *Unyeow* circa ecclesiam non habet aliquam aream aut domum, prout alii canonicatus aut praebendae habent, etsi quando habuit, negligentia absentiae amisit; vicarius tamen ipsius habet prope oppidum pro dote et fundo certos proventus et villam infra-scriptam.

Wolya, villa sub parochia dictae collegiatae *Unyeoviensis*, est fundus et dos praedictorum canonicatus et praebendae cum omnibus iuribus et proprietate, in qua sunt modo decem septem cum medio mansi emethonibus possessionati et duo mansi deserti, necnon et duo alii scultetiales et ad scultetum pertinentes, de quibus mansis singulariter singuli emethones pro censu et decima solvunt frumenta infrascripta, videlicet de quolibet manso per sex coros tritici, per duodecim coros siliginis, et duodecim coros avenae, necnon per octo grossos pecuniarum, item per duos capones, per viginti ova, et ultra praemissa per duos currus lignorum adducere ad locum residentiae canonici ex silva aut bora, ubi canonicus sibi ordinaverit aut comparaverit, quia in eadem villa aut haereditate non sunt aliquae silvae. Praemissa autem frumenta debent exigi et dari ac mensurari coro *Unyoviensi*. Scultetus autem de eadem villa obligatur ad servitia infrascripta, videlicet ire in *Wartha*¹⁾ in equo proprio et expensis propriis ad exigendas et colligendas maldratas ad dictos canonicatum et praebendam spectantes, necnon ad decimandam decimam manipulare in *Phalibozycze*²⁾, similiter ad eandem praebendam pertinentem, et alia servitia et obsequia, quae tenentur iuxta dispositionem ipsius privilegii.

Phalibozycze, villa et in eadem parochialis ecclesia, in qua decima manipularis ex agris emethonalibus proveniens spectat et pertinet ad dictos canonicatum et praebendam, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, et aliquando magis vel minus.

¹⁾ Warta. ²⁾ Chwalborzycze, wieś z kościołem parafialnym.

Wartha, oppidum regale, de cuius oppidi decem et octo mansis cum medio maldrata loco decimae ad dictos canonicatum et praebendam pertinent et spectant, videlicet de quolibet manso per sex coros tritici, per duodecim coros siliginis, per duodecim coros avenae, et per sex grossos pecuniarum: faciuntque in summa centum undecim coros tritici, et ducentos viginti siliginis et totidem avenae, in pecuniis vero faciunt duas marcas cum quindecim grossis.

Scharawa, villa superius descripta, in qua idem canonicatus et praebenda habuit et modo habet unum mansum emethonalem cum area, horto, agris et pratis ad mansum agrum spectantibus, qui mansus quondam fuit possessionatus, modo tamen iacet desertatus, locatur tamen modo pro triginta grossis. Item summa summarum praedictorum frumentorum et pecuniarum facit, videlicet tritici in toto, videlicet (sic) 228 coros, siliginis 454 coros, avenae similiter 454 coros, pecuniarum vero decem marcas minus septem grossis.

Item praebenda seu canonicatus praefata (sic) taxata est ad octo marcas argenti.

VICARIA PERPETUA eiusdem canonicatus et praebendae, quam modo obtinet dominus *Albertus de Thurek*, artium liberalium baccalaureus, qui pro dote et fundo imprimis habet circa ipsam ecclesiam unam specialem aream et in ea domunculam satis competentem et cum horto satis parvo.

*Pangovo maior et minor*¹⁾, villae haereditariae sub parochia *Vyelyenyyno*²⁾, in quarum villarum (sic) decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales spectat ad eandem vicariam et eius pro tempore vicarium; et non solvunt emethones decimam canapi aut lini, sed illam conducunt ad horreum per vicarium locandum curribus propriis, et valor ipsarum ambarum aestimatur ad tres marcas, aliquando magis, aliquando minus. Item idem vicarius nihil aliud habet, tantummodo participat cum ceteris vicariis de oblationibus et obventionibus ecclesiasticis ex praesentia eventibus. Et ultra hoc in supplementum fundus solvit sibi canonicus suus unam marcam annuatim iuxta dispositionem statuti.

CANONICATUS et PRAEBENDA ecclesiae collegiatae *Unyeoviensis*, dicta et appellata *Grabow*, quam modo obtinet venerabilis dominus *Nicolaus Bedlensky*, scholasticus *Cracoviensis*, qui pro dote et fundo habet imprimis unam aream circa ecclesiam inter domos quondam vicariam archidiaconi, seu plebanum (sic) oppidanorum ex una, et inter domum vicariam modo desertam; item unum piscatorem in villa *Cosczyelnycza* cum area et horto, qui piscator pro censu annuo singulis annis solvit per sedecim grossos; item unum mansum agrum cum area, agris, pratis, hortis ad mansum spectantibus, et in eo emethonem *Joannem*, qui censum solvit, prout et alii emethones solvunt, et pro decima solvit marcam usualem, et nihil aliud laborat, neque aliquid laborare tenetur. Decimas vero infrascriptas, videlicet

Grabow, villa in terra *Lanciciensi* sita, et in ea est ecclesia parochialis; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales spectat ad dictos canonicatum et praebendam, et valor ipsius aestimatur ad octo marcas pecuniarum, aliquando magis, aliquando minus, et conducunt illam ad locum decimationis curribus propriis; decimam canapi et lini non solvunt; de agris vero praedialibus decima provenit pro plebano in ibidem.

¹⁾ *Pagów*, dziś tylko jeden. ²⁾ *Wielenin*.

*Lanka*¹⁾, villa etiam in terra *Lanciciensi* sita archiepiscopalis, sub parochia *Grabow*, in qua villa de una parte campi agrorum emethonali decima manipularis provenit et spectat pro eodem canonico et eadem praebenda *Unyeoviensi*; de aliis vero duobus campis et parte minori eiusdem tertii proveniens decima spectat pro archiepiscopo et eius mensa, et non solvunt eidem canonico decimam lini aut canapi, sed archiepiscopo solvunt; conducunt tamen eam emethones curribus propriis in locum decimationis.

*Pyasky*²⁾, villa sub parochiali ecclesia *Goray*, cuius villae de omnibus agris emethonalibus decima proveniens spectat et pertinet pro eadem praebenda et canonicatu *Unyeoviensi*, et conducunt illam emethones in locum decimationis; de agris vero praedialibus decimam dat eadem villa ad parochialem ecclesiam ibidem.

*Slawoczyno*³⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Slawoszewo*⁴⁾, de qua villa decima de omnibus et singulis agris emethonalibus proveniens spectat similiter et pertinet ad eandem praebendam et canonicatum, et conducitur per eosdem emethones villae praedictae in locum decimationis, et valor ipsius aestimatur ad duas sexagenas, aliquando magis, aliquando minus; de agris vero praedialibus pro plebano ibidem spectat.

*Smolycze*⁵⁾, *Bobanthowo*⁶⁾, *Potraskowo*⁷⁾, *Ostrowek*⁸⁾, *Nagorhi*⁹⁾, *Byesyekiery*¹⁰⁾, *Beski*¹¹⁾, *Lyski*¹²⁾, *Kurzajama*¹³⁾, villae sub parochiali ecclesia praedicta in *Grabow*, in quibus villis ex agris emethonalibus omnibus decimae manipulares provenientes spectant ad dictos canonicatum et praebendam et conducuntur per emethones in horrea seu loca per canonicum seu eius factorem designanda; et non solvunt decimam lini aut canapi. Valor tamen ipsarum aestimatur in *Smolycze* ad quinque marcas, in *Bobanthowo* ad duas marcas, *Potraskowo* ad quatuor marcas, *Ostrowek* ad quinque marcas, *Nagorki* ad duas marcas, *Byesyekiery* ad quinque marcas, *Beski* ad mediam marcam, *Lyski* similiter ad mediam marcam, *Kurzajama* ad unam marcam, et aliquando magis et aliquando minus; ex agris vero praedialibus in eisdem villis decima manipularis provenit et spectat pro plebano eorum parochiali in *Grabow*.

*Srzebrzna*¹⁴⁾, villa sub praefata parochiali in *Grabow*, in qua non sunt aliqui agri praediales sed emethonales, de quibus omnibus decima manipularis spectat ad praedictos canonicatum et praebendam *Unyeoviensem*, quam emethones propriis curribus conducunt et non solvunt decimam canapi aut lini. Valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando magis et aliquando minus.

Craycovicze, villa superius descripta, sub parochia *Unyeoviensi* collegiata, cuius villae decima manipularis ex agris emethonalibus proveniens spectat et pertinet ad praefatas praebendam et canonicatum *Unyeoviensem*, quam emethones conducunt curribus propriis, non solventes decimam lini aut canapi, et eius valor aestimatur ad unam marcam.

Item praefata praebenda seu canonicatus praefatae (sic) taxata est ad quatuor marcas argenti.

¹⁾ *Lęka*. ²⁾ *Piaski*. ³⁾ *Slawoczyn* dziś nie istnieje. ⁴⁾ *Slawoszew*, dziś należy do parafii *Mazew*. Oba miana oznaczają zapewne jedną i tę samą wieś. ⁵⁾ *Smolice*. ⁶⁾ *Borwentów*. ⁷⁾ *Potrasków*. ⁸⁾ *Ostrowek*. ⁹⁾ *Nagórki*. ¹⁰⁾ *Biesiekiery*. ¹¹⁾ *Besk*. ¹²⁾ *Lyszki*. ¹³⁾ *Kurzajama*. ¹⁴⁾ *Srebrna*.

VICARIA PERPETUA eiusdem canonicatus et praebendae, quam modo obtinet honorabilis dominus *Florianus de Luthomirsko*, plebanus in *Beldrzychow*¹⁾, quae pro dote et fundo habet ex antiquo, imprimis habet unam aream specialem pro domo, et in eadem modo domum cum hortulo penes aream superius descriptam; item decimas manipulares infrascriptas, videlicet *Wyotchynyno*²⁾, et in communi cum vicario alterius canonici eiusdem ecclesiae, videlicet *Martino de Luthomirsko*; necnon *Wolya Drogomir*³⁾ et *Gussyno*⁴⁾, quas decimas alternative eiusdem vicariae vicarius cum vicario alterius canonici inferius scripti percipiunt, videlicet uno anno in *Wolya Drogomir* et altero in *Gussyno*, et e converso alternatis vicibus.

Wyotchynyno, villa sub parochiali ecclesia *Dobra*, post cuius villae solum agros emethonales decima provenit ad vicarios superius descriptos in communi, quam emethones curribus propriis conducunt ad locum locationis, decimam autem non solvunt canapi et lini; et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando magis, aliquando minus.

Wolya, Drogomir et Gussyno, villae sub parochiali in *Dobra*, post quarum villarum omnes et singulos agros emethonales decima manipularis provenit spectatque ad vicarios superius descriptos vicibus alternatis, et conducunt eam emethones curribus propriis ad loca locationum, non solventes decimam canapi aut lini, valorque earum aestimatur ambarum ad duas sexagenas, aliquando magis, aliquando minus. In praefata *Gussyno* sunt agri praediales nobilium, de quibus decima datur parochiali suae ecclesiae; in *Wolya* autem praedicta non sunt agri praediales. Item idem vicarius et pro tempore existens percipit ex oblationibus, distributionibus quotidianis et proventibus ecclesiae tantam partem sicut unusquisque vicarius ex residentibus eiusdem ecclesiae.

CANONICATUS et PRAEBENDA dicta *Nyr* eiusdem collegiatae *Unyeoviensis*, quam pronunc obtinet dominus *Stanislaus de Strzelcze*, canonicus *Posnaniensis*, quae pro dote et fundo habet, imprimis in eodem oppido circa ecclesiam unam specialem aream pro domo inter domum mansionariorum et vicariam praebendae *Chebde* sitam, in qua nulla sunt aedificia; item unum emethonem in manso, residentem in villa *Scharowo*, prout alii canonici eiusdem ecclesiae habent, qui emetho vocatur *Gamrathek*, qui pro censu, decima et laboribus annuatim solvit marcam unam ratione census; et non habet alias aliquas possessiones, tantummodo decimas infrascriptas.

*Nyr*⁵⁾, villa haereditaria nobilium sub parochia in *Warthkovicze*⁶⁾, cuius villae ex omnibus et singulis agris emethonalibus spectat ad dictos praebendam et canonicatum decima, et conducunt eam emethones curribus eorum ad locum per canonicum in villa eorum deputatum; non solvunt decimam canapi aut lini, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis, aliquando minus; de agris vero praedialibus percipit eam plebanus.

*Spandoschyn*⁷⁾, villa sub parochia *Warthkovicze* eadem, in qua villa sunt decem emethones agros colentes, ex quibus octo decimam manipulem ex eorum agris solvunt decimam (sic) pro praedictis canonicatu et praebenda, quam et conducunt

¹⁾ *Baldrychów*. ²⁾ *Nieodgadnione*. ³⁾ Osada dziś nieznaną ani w parafii *dobrskiej*, ani w okolicy. ⁴⁾ *Gusin*, wieś należąca do parafii *Grodzisko*. ⁵⁾ *Ner*. ⁶⁾ *Wartkowiec*. ⁷⁾ *Spędoszyn*.

curribus propriis; non solvunt decimam canapi aut lini. Cuius valor aestimatur ad tres cum media marcas, aliquando magis, aliquando minus. Duo autem ultra dictos octo emethones solvunt decimam plebano pro ecclesia in *Thur*¹⁾.

*Zawadky*²⁾, *Brudnowko*³⁾, villae sub eadem parochiali in *Warthkovicze*, in quibus non sunt, nec fuerunt agri praediales, sed emethonales, de quibus incolae ipsarum villarum decimas manipulares solvunt et solvere tenentur ex omnibus ipsarum villarum agris pro eisdem canonicatu et praebenda *Unyeoviensi* et conducunt eas curribus eorum ad loca per canonicum deputata aut factorem ipsius, non solventes decimam canapi et lini; et valor earum in *Zawadky* pro novem fertonibus, in *Brudnowko* pro tribus fertonibus, aliquando magis, aliquando minus.

*Kyky*⁴⁾, *Rogowo*⁵⁾ et *Piaski*⁶⁾, villae omnes sub parochia *Swyencze*⁷⁾, in quibus, dempta *Kyky*, non sunt aliqui agri praediales, sed emethonales, ex quibus omnibus et singulis agris emethonalibus debetur decima manipularis canonicatui et praebendae praedictis *Unyeoviensibus*, quam soli emethones ipsarum villarum conducunt in loca pro decimis deputata ipsorum curribus; et non solvunt decimam canapi aut lini; ex agris vero praedialibus in praefata *Kyky* decimam percipit plebanus in *Swyencze*; et valor earum aestimatur in *Kyky* ad unam marcam aut sexagenam, in *Rogowo* ad duas marcas et in *Pyasky* ad quatuor marcas, aliquando magis et aliquando minus.

*Byelawy*⁸⁾, *Cosowo*⁹⁾, *Zymne*¹⁰⁾, *Parski*¹¹⁾, *Gussyno*¹²⁾, villae omnes sub ecclesia parochiali *Grodzysko*, in quibus villis, demptis agris praedialibus, videlicet in *Byelawy*, *Cosowo* et *Gussyno*, decimae manipulares post omnes et singulos agros emethonales pertinent et spectant ad praedictos canonicatum et praebendam ecclesiae *Unyeoviensis*, quas et conducunt emethones absque solutione decimae canapi et lini eorum curribus in horrea per canonicum aut eius factorem in ipsis villis deputanda, quarum valor aestimatur, videlicet in *Byelawy* ad tres cum media marcas, in *Cosowo* duas marcas, *Zymne* tres fertones, *Parski* ad sexagenam unam et in *Gussyno* tres fertones, aliquando magis, aliquando minus; ex agris vero praedialibus supraspecificatis decimas percipit plebanus in praefata *Grodzysko*.

Item eadem praebenda seu canonicatus taxata est ad tres marcas argenti.

VICARIA PERPETUA eiusdem canonicatus et praebendae, ad quam vacatione occurrente canonicus pro tempore existens praesentat praeposito, prout et alii canonici suos vicarios, quam pronunc obtinet *Joannes de Boleszczyo*, actu presbyter, plebanus in *Phalibozycze*, qui pro dote et fundo habet imprimis in eodem oppido *Unyeow* circa ecclesiam specialem aream et in ea domum inter areas canonicas *Grabow* et *Swyencze* parte ex altera sitam, necnon et decimas infrascriptas, videlicet

*Conopczyna Volya*¹³⁾, *Othok utraque*¹⁴⁾, villae haereditariae sub parochiali ecclesia in *Zadzim*¹⁵⁾, post quarum villarum omnes et singulos agros emethonales decimae manipulares provenientes spectant et proveniunt ad vicarium eiusdem canonicatus et praebendae, seu ad vicarium pro tempore existentem, et conducunt eas

¹⁾ *Tur*. ²⁾ *Zawada*. ³⁾ *Brodnowek*. ⁴⁾ *Kiki*. ⁵⁾ *Rogów*. ⁶⁾ *Piaski*. ⁷⁾ *Świnice*. ⁸⁾ *Bielaawy*. ⁹⁾ *Kosów*. ¹⁰⁾ *Zimne*. ¹¹⁾ *Parski*. ¹²⁾ *Gusin*. ¹³⁾ Dziś w parafii *zadzimskiej* nie znana. ¹⁴⁾ *Otok*, dziś jeden tyłko. ¹⁵⁾ *Zadzim*.

emethones curribus ipsorum absque quavis solutione decimae lini aut canapi in horrea seu loca per vicarium in haereditatibus designanda; et valor ipsarum aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis et aliquando minus. Item vicarius eiusdem vicariae inter alios vicarios participat de omnibus oblationibus communibus.

CANONICATUS et PRAEBENDA, dicta *Janischewo*, eiusdem ecclesiae collegiatae *Unyeoviensis*, quas obtinet quidam dominus *Joannes de Posnania*, archidiaconus eiusdem ecclesiae, et habet pro dote et fundo aream specialem penes aream archiepiscopalem et in postico domus vicarialis praebendae *Swyencze*, et in eadem domum ruinosa; item unum emethonem in manso sedentem, prout et alii canonici eiusdem ecclesiae in villa dicta *Scharowo*, qui emetho solvit, prout et alii, censum et loco decimae et aliorum servitiorum; et non habet aliquam aliam possessionem, solum decimas infrascriptas.

*Janischewo*¹⁾, villa, in qua est ecclesia parochialis, de cuius villae uno campo iacente versus villam *Klwanye* decima manipularis solum provenit pro canonicatu et praebenda praedictis ecclesiae *Unyeoviensis*, et conducunt eam emethones eorum curribus ad locum in eadem villa designatum, et nihilominus solvunt decimam lini de manso per unum grossum eo anno, quo frumenta percipiunt hiemalia ex eodem campo, de aliis vero campis duobus recipit ecclesia parochialis in *Brudzewo* decimam, et ex praedialibus in ibidem plebanus ipsorum decimam recipit, et valor eiusdem aestimatur aliquando ad duas marcas et aliquando minus.

*Klwanye*²⁾, *Bogdanowo*³⁾, *Wolya*⁴⁾, *Calynowa*⁵⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Brudzewo*, ex quarum villarum agris omnibus et singulis emethonalibus, excepta *Calynowa* et praediali in *Wolya*, decimae manipulares provenientes ad praedictum canonicatum et praebendam *Janischewska* spectant et pertinent, et conducunt easdem emethones eorum curribus; nihilominus in *Klwanye* duntaxat emethones ultra manipulare solvunt canapalem decimam per unum grossum de quolibet manso; et valor earum aestimatur in *Klwanye* ad tres marcas, in *Bogdanow* ad quatuor marcas et in *Wolya* ad mediam marcā, aliquando magis vel minus; in *Calynowa* autem solvunt emethones decimam pecuniariam, videlicet de manso quolibet per sex grossos; ex praedialibus autem agris in *Wolya* decima manipularis spectat ad ecclesiam parochialem in *Brudzewo*.

*Danyschewo*⁶⁾, *Lesze*⁷⁾ et *Polycze*⁸⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Byalkow*⁹⁾, ex quarum villarum (sic) in *Danyschewo* incolae octo, videlicet emethones ex eorum agris seu mansis decimam manipulare solvunt et dant dictis canonicatu et praebendae seu canonico ipsius canonicatus, et conducunt eam suis curribus propriis in horreum per canonicum aut factorem eius locandum; nihilominus solvunt decimam lini seu canapi de manso quolibet per grossum unum; et valor eius aestimatur ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus; ex aliis autem agris in ibidem recipit decimam plebanus in eadem *Byalkow*; in *Lesze* vero solum de certis agris emethonalibus percipit decimam canonicus eiusdem praebendae cum decima lini ipsum concernente; et valor eius aestimatur ad mediam sexagenam et aliquando minus.

¹⁾ Janiszew. ²⁾ Kłewnie, dziś nieznane, może Kolnica. ³⁾ Bogdałów. ⁴⁾ Wola Rozostowa. ⁵⁾ Kalinowa. ⁶⁾ Daniszew, dziś do parafii Władysławowa należący. ⁷⁾ Leszcze. ⁸⁾ Police, osada w parafii białkowskiej nieznana. ⁹⁾ Białków.

De altera autem parte ipsius villae agrorum decimam eodem modo percipit plebanus in *Byalkow*. In *Polycze* autem emethones et incolae non solvunt aliquam decimam frumentorum, solum ratione decimae dant quatuor ligaturas satis longas ceptarum eidem canonico praefatae (sic) canonicatus et praebendae *Unyeoviensis*.

Item taxata est dicta praebenda seu canonicatus ad tres marcas argenti.

CANONICATUS et PRAEBENDA dicta *Swyencze*¹⁾ eiusdem ecclesiae *Unyeoviensis*, quam obtinet venerabilis modo dominus *Nicolaus Czepel*, praepositus *Wratislaviensis*, qui pro dote et fundo habet imprimis in eodem oppido *Unyeow* unam specialem aream satis competentem et in ea domum, et in villa *Scharowo* praedicta totius capituli praedictae ecclesiae communi duos emethones in mansis residentes, qui pro censu annuatim solvunt per unam marcā loco census, decimae et aliorum quorumcunque proventuum, prout et aliorum canonicorum et alii emethones; et nullas alias praeter istas possessiones habet, praeter decimas infrascriptas.

*Rudnylcy*²⁾, villa nobilium haereditaria sub parochia *Pyacznowo*³⁾, ex cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad dictos canonicatum et praebendam, et conducunt eam emethones in horreum absque solutione canapalium seu decimae lini curribus propriis; cuius valor aestimatur ad sex marcas, aliquando magis aut minus.

*Crampa*⁴⁾, villa sub parochia *Nyemyslow*⁵⁾ haereditaria nobilium, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus decima manipularis similiter spectat et pertinet ad praedictos canonicatum et praebendam *Unyeovienses*, quam similiter conducere tenentur absque solutione decimae lini aut canapi in horreum per factorem ipsius canonici deputandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis et aliquando minus; de agris vero praedialibus decima datur plebano in *Nyemyslow*.

*Biernaczyce*⁶⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Nyewyesch*, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus, etiam in quibus nunc residet *Paulus Rathnyczky*, in quibus prius sedebant emethones, decima manipularis spectat et pertinet proveniens ad eosdem praebendam et canonicatum, quam etiam conducunt in horreum dicti emethones eiusdem villae in locum decimationis per factorem canonici praedicti deputatum sine quavis solutione canapalium et lini; et valor eius aestimatur ad sex marcas; de agris vero praedialibus in ibidem datur ad parochialem in *Nyewyesch* plebano.

Swyencze, villa, in qua est parochialis ecclesia, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus, demptis praedialibus, decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praedictos canonicatum et praebendam, seu eius pro tempore existentem canonicum, quam conducunt emethones in ibidem absque solutione canapalium et lini; et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis et aliquando minus; ex agris vero praedialibus decima pro plebano in *Swyencze* eadem pertinet.

*Crasky*⁷⁾, villa sub parochia *Swyencze* sita, in qua villa non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales, de quibus emethones possessionati, seu ex agris possessionatis solvunt maldratas, videlicet de quolibet manso per sex coros tritici,

¹⁾ Świnice. ²⁾ Rudniki. ³⁾ Pięczmiew. ⁴⁾ Krępa. ⁵⁾ Niemysłów. ⁶⁾ Biernacie. ⁷⁾ Kraski.

per sex siliginis et per sex coros avenae et per sex grossos pecuniarum, et de agris desertis decima manipularis datur eiusdem canonicatus et praebendae canonico; et valor decimae ex agris desertis aestimatur ad duas sexagenas et aliquando minus.

Item idem canonicatus et praebenda taxata est ad quinque marcas argenti.

VICARIA PERPETUA eiusdem canonicatus et praebendae, quam modo obtinet venerabilis dominus *Stanislaus de Wyskytno*¹⁾, habet pro dote et fundo imprimis unam aream specialem in eodem oppido circa ecclesiam et in ea domum penes aream archiepiscopalem, et ex opposito canonicatus et praebendae *Janyschewo* versus ecclesiam; item unam decimam manipularem, videlicet in

*Suyanchow*²⁾, villa sub parochiali *Nyemyslow*, cuius villae duntaxat ex agris omnibus et singulis emethonalibus decima manipularis proveniens pertinet ad dictam vicariam perpetuam, quae conducitur per emethones absque solutione decimae canapilium aut lini ad locum per vicarium deputatum; cuius valor aestimatur ad sex fertones, aliquando magis, aliquando minus.

UNIVERSITAS VICARIORUM, pro vicariorum praesentia seu distributionibus quotidianis inter praesentes et in ecclesia laborantes habet infrascripta, videlicet imprimis unum hortum cum prato eidem adiacente, post molendinum *Serohanya* in palude locatum et ipsi universitati per quendam *Petrum*, vicarium archidiaconalem et plebanum oppidanorum condonatum; item decimas infrascriptas, videlicet in

utraque Bronowo et Zalesye, villis sub parochia eiusdem collegiatae *Unyeoviensis*, post quarum villarum omnes et singulos agros emethonales decimae provenientes spectant et pertinent ad universitatem vicariorum in communitatem eorum, et conducuntur per emethones absque solutione lini aut canapi decimae; valor autem earum aestimatur in *Bronowo maiori* ad tres marcas, in *minori* ad sex fertones, et in *Zalesye* ad mediam marcam, aliquando magis et aliquando minus; ex agris autem praedialibus spectat decima ad praepositum *Unyeoviensem* ut supra.

*Wolya Swyenyeczka*³⁾ et *Chorzepyno*⁴⁾, villae sub parochia *Swyencze* sitae, de quarum villarum omnibus et singulis agris emethonalibus proveniens spectat et pertinet decima manipularis ad universitatem vicariorum et ad communitatem eorundem, quae conducitur per emethones earundem villarum curribus propriis sine solutione decimae lini aut canapi; ex agris vero praedialibus in *Chorzepyno* decima proveniens spectat et pertinet ad plebanum in *Phalybozyce*; valor autem earundem in *Chorzepyno* aestimatur ad tres cum media marcas, et similiter in *Wolya Swyenyeczka*, et aliquando magis, aliquando minus.

*Staplowo*⁵⁾, quondam villa, nunc vero haereditas deserta, haereditaria de *Swyencze*, sub parochiali *Vyelyenyno* sita, in qua non fuerunt aliqui agri praediales, solum emethonales, de quibus proveniebat decima manipularis spectabatque ad dictam universitatem vicariorum *Unyeoviensium*, et modo spectat, tamen modo pauci et raro aliqui agri coluntur. Item dicta universitas vicariorum habet unum macellum carnificum, ex quo laniator pro censu solvit annuatim tres lapides sepi.

¹⁾ Stanisław z Wyskiatna. ²⁾ Snietchów. ³⁾ Wola Swiniowska. ⁴⁾ Chorzepin, wieś w parafii chwalcorszyckiej. ⁵⁾ Steplów, wieś w parafii wienińskiej.

Ecclesia eadem collegiata *Unyeoviensis* providetur pronunc in vino et in parte cerae ex eleemosynis, quae porriguntur ad manus vitricorum pro fabrica ecclesiae.

ALTARE tituli *beatae virginis Mariae*, dictum *Adae*¹⁾, in dextero latere ecclesiae versus civitatem situm, quod ex sui fundatione confertur et conferri debet vicario perpetuo ad ipsam ecclesiam pro arbitrio archiepiscopi, cui voluerit, quod pronunc obtinet honorabilis *Albertus de Thurek*, vicarius eiusdem perpetuus ecclesiae. Quod quidem altare et eius altarista pro tempore existens habet pro dote et fundo solum unam decimam manipularem in villa *Czemyno*²⁾, sub parochiali ecclesia in *Dobra*, post omnes agros et singulos emethonales, quam et incolae seu emethones ex eorum agris conducere in horreum locationis in eadem villa tenentur; cuius decimae valor aestimatur pronunc ad quinque marcas, aliquando magis aut minus; de agris vero praedialibus percipit plebanus in *Dobra*; altarista vero pro tempore existens obligatur singulis septimanis ad dictum altare legere duas missas, unam de *beata Virgine* et aliam pro defunctis. Et taxatum est hoc altare ad mediam marcam argenti.

UNIVERSITAS MANSIONARIORUM, alias septem presbyteri in vicaria suprascripta archidiaconali seu plebania ac parochia in *Spicimierz*, in eadem ecclesia collegiata *Unyeoviensi* per olim *Sbigneum* archiepiscopum fundati et erecti, seu proventus dictae vicariae et parochialis proventus et obventionibus (sic), in quos cura pastoralis et administratio spiritualium et temporalium universaliter in singulos collata, et insuper cursus *beatae Virginis* decantatione voce sonora (sic) in ecclesia collegiata iuxta dispositionem litterarum erectionis ipsa universitas septem mansionariorum onerata. Insuper et alia onera ipsis ultra huiusmodi cursum *beatae Virginis*, videlicet anniversarium singulis annis de mense Septembre cum missa defunctorum et pontifice (sic) et per quemlibet dempto hebdomadario lecta; necnon singulis septimanis similiter pro pontifice extant onerata (sic), nihil tamen ultra proventus suprascriptae vicariae et infrascriptos (sic) ad parochialem in *Spicimierz* concernentes super huiusmodi onera per eundem *Sbigneum* aut aliquem alium, praeter aream, in qua domum habent in eodem oppido *Unyeow* ipsi universitati est adauctum aut donatum. Habuit eadem ecclesia in *Spicimierz* et eius quondam plebanus, nunc vero ipsi mansionarii, proventus et obventiones infrascriptos modo praemisso pro dote et fundo, imprimis

Spicimierz^{*)}, villa, et in eadem est ecclesia parochialis praedicta, ad quam iure parochiali nulla alia villa praeter certam haereditatem iacentem in litore

¹⁾ Adami. ²⁾ Ciemin albo Cimin.

*) *Spicimierz* (*Spicimierz*), wieś od początku wieku XII należąca do arcybiskupów *gnieźnieńskich*, mająca już przed rokiem 1107 kościół parafialny, albowiem ówczesny arcybiskup *Marcin h. Zabawa* w tymże roku będąc w *Spicimierzu*, właśnie podczas rozpoczętej pontyfikalnej w tymże kościele mszy ś. a według niektórych kronikarzy podczas konsekracyi tegoż kościoła, przez dzikich *Pomorzan*, szarżących podówczas spustoszenie w ziemi *sieradzkiej*, z nienacka napadnięty został, lecz zdołał się ukryć szczęśliwie przed napastnikami, którzy wzięwszy towarzyszącego arcybiskupowi *Marcina*, archidyakona *gnieźnieńskiego*, za samego arcybiskupa, w niewolę go zabrali, złupiwszy poprzednio kościół i osadę. *Długosz* szczegółowo opisuje ten wypadek jako i nadzwyczajne po nim zdarzenia, które skłoniły najezdźców do uwolnienia rzeczonego archidyakona i wydania łupów z Polski zabranych (lib. IV, 368. 369). O napadzie naówczas *Pomorczyków* na Polskę i ich pobiciu przez wojska polskie pisze nasz starodawny kronikarz, *Bogusław*, biskup *poznański* (u *Bielowskiego*, *Monum. Pol. hist.* t. II, 495. 496).

molendini *Schlop*¹⁾, in qua solum unicus est modo cmetho, spectabat, prout et modo spectat. In eadem vero ecclesia percipiunt ecclesiastica sacramenta (sic). Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus habuit et modo habet circa ipsam ecclesiam unam specialem aream plebanalem cum horto et unum mansum agri cum pratis et utilitatibus ipsum laneum (sic) concernentibus, in quibus ipsi mansionarii unum cmethonem locaverunt, qui pro censu solvit singulis annis per mediam marcam et triginta ova, necnon tres currus lignorum, duos gallos adducit in *Unyeow* ipsis mansionariis, necnon etiam duos coros humuli, et nullos alios labores facit. Item tres alias areas et domunculas piscatores in eis residentes (sic), qui piscatores habent certam partem fluvii *Wartha* versus molendinum *Golena* se protendentem advocati *Unyeoviensis*, in quibus areis tribus tres piscatores resident et in eadem parte fluvii instrumenta ponunt et pisces retibus et aliis instrumentis capiunt, et solvunt pro censu ipsis mansionariis per sedecim grossos et per duos coros humuli, tenenturque nihilominus pro mansionario ad divina peragenda in ecclesia eadem diebus festivis venire et ipsum econverso ducere (sic). Habent insuper in ipsa villa decimam manipulari post omnes agros praediales in ibidem reverendissimi domini, necnon post dictum cmethonem in dote plebanali residentem, necnon de una parte campi tam (sic) cmethonalis iacentis versus molendinum *Schlop* et conducit eam ipsorum (sic) praedictus cmetho. Cuius valor aestimatur ad unam marcam. Item et alias decimas, videlicet

*Rzepischow*²⁾ et *Wolya Rzepischowska*³⁾, *Tharnowka*⁴⁾, *Crococizce*⁵⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Schadek*, in quibus, dempta villa *Rzepischowska Wolya*, sunt curiae nobilium speciales agros praediales habentes; decimae tamen manipulares post omnes et singulos agros cmethonales duntaxat et in *Wolya* provenientes spectant et pertinent ex antiquo ad dictam ecclesiam parochialem in *Spicimirz* et modo ad dictos mansionarios, conducuntque eam in qualibet villa cmethones ipsorum curibus, non solventes aliquid pro decima lini aut canapi, valorque ipsarum aestimatur modo in *Rzepischow* cum *Wolya* ad sex marcas, in *Tharnowka* ad quatuor marcas, in *Crococizce* ad quinque marcas, aliquando magis et minus; de agris vero praedialibus decima ad *Schadek* pro plebano pertinet.

*Lobodzicze*⁶⁾, *Lichawa*⁷⁾ et *Magnusche*⁸⁾, villae sub parochiali in *Malyn*, haereditariae nobilium, post quarum villarum omnes et singulos agros, praeter praediales in *Lobodzicze* agros, decimae manipulares provenientes pertinent ad praedictam ecclesiam parochialem in *Spicimirz* et mansionarios praedictos, ipsius recto-

lubo o wypadku w *Spicimirzu* nie wspomina. Że wieś ta już podówczas do kościoła *gnieźnińskiego* należała, świadczy bulla papieża *Innocentego III*, zatwierdzająca w roku 1136 wszelkie tegoż kościoła posiadłości, w archiwum kapituły *gnieźnińskiej* przechowana (Arch. Capit. N. 1, cfr. Kod. dypl. wielkop. I, 10 sqq.) Tak więc *Spicimirz* liczy się do najstarszych parafii w archidiecezyi *gnieźnińskiej*. Dzisiejszy kościół drewniany zapewne przez mansjonarzów *uniejskich* w miejsce dawnego wybudowany został, do których collegium przez arcybiskupa *Zbigniewa Oleśnickiego* w końcu wieku XV był wcielony, jak opis powyższy wyraźnie świadczy. Po zniesieniu kolegiaty *uniejskiej* kościół ten otrzymał stałych plebanów, podczas gdy dawniej przez trzy wieki jeden z mansjonarzów sprawował przy nim *per commendam curam animarum*. Parafią składają i składają dotąd wsie: *Spicimirz* i *Człopy* oraz folwark *Zielin* (Rubryc. kuj.-kal. z r. 1877 f. 97. 98. Acta Visit. et Ecclesiae).

¹⁾ *Człopy*. ²⁾ *Rzypiszew*. ³⁾ *Wola Rzypiszewska*. ⁴⁾ *Tarnówka*, wsie należące dziś do parafii *Szadek*. ⁵⁾ *Krekocice* leżą dziś w parafii *Malyn*. ⁶⁾ *Lobodzice (Łomdzice)*. ⁷⁾ *Lichawa*. ⁸⁾ *Magnusze*, wsie do tejże parafii należące.

res, quas ipsarum villarum incolae conducunt eorum curibus propriis, praeter *Magnusche*, in qua villa non sunt aliqui cmethones, sed omnes nobiles; decimam tamen conducit locator decimae opera (sic) per mansionarios ordinatus. Quarum valor aestimatur in *Lobodzicze* ad quatuor marcas, in *Lichawa* ad septem marcas et in *Magnusche* ad quinque marcas. Post agros vero praediales percipitur decima pro ecclesia in *Malyn*.

Boczki et *Schapyelovicze*¹⁾, villae quondam, nunc vero desertae sub parochia collegiatae in *Unyeow*, de quibus quondam villis nunc vero haereditatibus decima manipularis de agris duntaxat cmethonalibus pertinebat, prout et modo spectat, ad praedictam parochialem in *Spicimirz* et eius rectorem; de agris vero praedialibus plebano in *Nyewyesch* decima provenit, et valor earum aestimatur modo ex agris desertis in *Schapyelovicze* ad decem grossos, in *Boczky* ad tres fertones, aliquando magis et aliquando minus.

*Russynovicze*²⁾, haereditas in toto deserta sub parochia *Nyewyesch*, de cuius haereditatis agris quondam cmethonalibus etiam decima manipularis proveniens pertinebat spectabatque ad praedictam parochialem ecclesiam *Spicimirz*; agri tamen deserti iidem coluntur per dominum haereditatem de *Nyewyesch*, et solvit pro decima mediam marcam; de agris vero praedialibus decima datur ad ecclesiam in *Nyewyesch*.

Item taxata est haec ecclesia in *Spicimirz* ad tres marcas argenti.

CAPELLA seu *cella sancti Nicolai*^{*)} in eodem oppido *Unyeow*, praepositura nuncupata, de iurepatronatus et praesentandi abbatis et conventus monasterii *Thyniensiensis*, ordinis *sancti Benedicti*, quam obtinet pronunc venerabilis frater *Stanislaus Vyskowski* eiusdem ordinis *sancti Benedicti* de monasterio praedicto *Thyniensi*, ut dicitur, de mensa archiepiscopali dotata et erecta, quae pro dote et fundo habet bona infrascripta, et solet regi et gubernari, ad illamque praesentari

¹⁾ Osada dziś nie znana. ²⁾ Tak samo.

*) Kościół *ś. Mikołaja* i klasztor czyli prepozytura *oo. Benedyktynów* sprowadzonych z *Tynca* przez arcybiskupa *Jarostawa Skotnickiego* około roku 1360, który im wybudował kościół pod tyt. *ś. Mikołaja*, proboszczowi ich zaś nadał wieś *Chrościn* i przywilej urodzonego nadliczbowego kanonika kolegiaty *uniejskiej*. Kościół ten na polu z cegły, na polu z drzewa wystawiony, zgorzał w roku 1770 i więcej nie został odbudowany (Rubryc. kuj.-kal. z r. 1877 f. 103. cfr. *Damałowicz*, Ser. Archiep. Gnesn. f. 187).

Oprócz kościoła kolegiaty, który był zarazem parafialnym i wspomnianego wyżej kościoła *ś. Mikołaja* istniały w *Uniejowie* następujące jeszcze kościoły:

Kościół *ś. Ducha* fundowany wraz z szpitalem przez arcybiskupa *Jakóba Swinkę* w roku 1283, których uposażenie powiększył arcybiskup *Baranowski* w roku 1610. W końcu wieku XVII kościół odbudowano z drzewa modrzewiowego z trzema ołtarzami. Miał on osobnego proboszcza. Dom szpitalny odbudował własnym nakładem arcybiskup *Władysław Lubieński*.

Kościół *ś. Wojciecha* drewniany, fundowany przez *Franciszka Gawędę* albo *Gaweckiego*, mansjonarza miejscowego, konsekrowany w roku 1613, uposażony został na nowo przez arcybiskupa *Leszczyńskiego* w roku 1666.

Kościół *ś. Antoniego opata*, w polu po za miastem od niepamiętnych czasów z drzewa wystawiony, w roku 1700 od starości zapadły, w roku zaś 1749 przez mieszczan z drzewa odbudowany, miał obraz *ś. Antoniego* od wieków za cudowny uważany i w wielkiej czci u wiernych okolicznych miast. Z wszystkich wyżej wymienionych kościołów, z wyjątkiem kolegiackiego i kaplicy *Bożego Ciała* na *Z* komentarzu grzebalnym, żaden już nie istnieje. Z polecenia arcybiskupa *Ostrowskiego ks. Mikołaj Dembowskiego*, biskup koadiutor *kamieniecki*, który w roku 1780 wizytował kościoły *uniejskie*, skazał je na rozebranie w dekrete reformacyjnym § 24 (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 103).

semper de domo seu monasterio praedicto. Imprimis habet unam aream circa ecclesiam eandem cimiterio seu ecclesiae contiguam et in eadem domum seu curiam pro residentia praepositi cum fratre uno; item duas alias areas extra oppidum inter praedia oppidanorum, unum videlicet ex adverso praediorum *Mrosz et Alberti Szyska*, post *Vliczny Jacobum* sitas (sic); item hortum penes hortum praepositi collegiatae ecclesiae eiusdem *Unyeoviensis* versus occasum solis situm; item certos agros in quolibet campo per sedecim sulcos in latitudine et in longitudine, prout et aliorum oppidanorum se protendentes. Item villam, videlicet

Chroszcyno, villa sub parochiali ecclesia in *Chelm*, quae cum omni iure et dominio spectat et pertinet ad dictam ecclesiam *sancti Nicolai* seu ad eius praepositum pro tempore existentem, etiam cum molendino in fluvio *Wartha* locatum eiusdem haereditatis villae *Chroszcyno*. Cuius villae incolae paucos habent agros et sunt in numero septem emethones, qui pro censu solvunt per sedecim grossos annuatim, per duos pullos et per viginti ova, et non faciunt aliquos labores, solum falcastrant prata ibidem et foenum colligunt et conducunt ad domum seu curiam domini sui, praefati praepositi dictae ecclesiae; necnon unum hortum pro eodem eorum praeposito disponunt et ligna duos currus, videlicet unum pro festo *Nativitatis Christi* et alium pro festo *Paschae* in *Unyeow* in ipsius curiam conducere tenentur. Molendinator vero in molendino est haereditarius et percipit unam mensuram de emolumentis, et praepositus duas mensuras; aggerem idem etiam molendinator propriis sumptibus reformat et partem emethones in ibidem dictum aggerem reformant. Item in eadem villa sunt sex hortulani, qui etiam habent parum de agris et solvunt etiam pro censu annuatim per octo grossos, et nihilominus cum emethonibus pedites labores faciunt, foenum arascendo, caules et olera et alia in horto plantando et purgando; solvunt etiam per decem ova et per unum pullum. Item decima manipularis ex eadem villa proveniens spectat ad eundem *sancti Nicolai* praepositum, quam praepositus dat suo vicario seu confratri.

Borzewyczko ¹⁾, villa haereditaria nobilium sub ecclesia parochiali in *Nyemyslowo*, post cuius villae decima manipularis omnes et singulos agros emethonales, tam possessionatos quam desertos, prout ex antiquo, spectat et pertinet ad dictam capellam seu oratorium *sancti Nicolai* et eius pro tempore praepositum, quam conducunt emethones ipsius villae in horreum per praepositum in eadem villa locandum curribus eorum, et non solvunt decimam canapi aut lini; et valor eius aestimatur ad undecim marcas, aliquando magis aut minus; de agris vero praedialibus in ibidem curiae decimam manipulem percipit plebanus in dicta *Nyemyslowo*.

Dominikovicze, villa sub parochia collegiata *Unyeoviensi* praedicta, post cuius quidem villae omnes et singulos agros emethonales decima manipularis proveniens pertinet spectatque ad eandem capellam seu oratorium *sancti Nicolai* in *Unyeow* et eius praepositum pro tempore existentem, quam conducunt emethones praedictae villae in locum in eadem villa per praepositum designandum curribus propriis, et non solvunt decimam lini aut canapi; et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando magis; ex agris vero praedialibus in ibidem curiae percipit eam praepositus collegiatae ecclesiae *Unyeoviensis*. Item idem praepositus

¹⁾ *Borzewicko*, wieś dziś należąca do parafii *uniejskiej*.

habet in eodem oppido *Unyeow* duo macella carnificum, de quibus annuatim ratione census praefato praeposito pro tempore existenti laniatores seu carnifices de quolibet macello solvunt per tres lapides sepi non frixati, alias *nye smalczowanego*.

Item praepositura haec taxata est eadem capella (sic) ad duas marcas argenti.

Item idem praepositus habet stallum in collegiata *Unyeoviensi* et superpiliatus et dalmutiatus semper incedere tenetur in eadem ecclesia processionaliter.

HOSPITALE ad *sanctum Spiritum* extra oppidum *Unyeow* et eius praepositus pro tempore existens. Quod hospitale seu praeposituram modo obtinet *Clemens de Markowo*, presbyter dioecesis *Wladislaviensis*, ex praesentatione consulatus oppidi *Unyeow*, ipsius praepositurae patronorum. Habet pro dote et fundo ac eius sustentatione curaque animarum et spirituali administratione pauperum in domo hospitalis degentium, quam gerit; et primo, habet unam aream et in ea domunculam; item censum in duobus braxatoriis in eodem oppido, alias *Myelczuchy* extra oppidum, unum prope hospitale et aliud ex opposito ecclesiae seu oraculi *sancti Nicolai*, et solvitur de quolibet per mediam marcam, ratione cuius census unius marcae tenetur legere unam missam omni septimana pro defunctis; item et unam decimam manipulem, videlicet in *Balyno* suprascripta. Qui quidem praepositus existens pro tempore obligatur pro fundatore in eadem sua ecclesia explere tres missas, unam de *beata Virgine*, aliam pro peccatis et aliam pro defunctis, et administrare pauperibus poenitentiam et sacramentum eucharistiae, et ex proventibus suis providet sibi vinum et ceram. Pro pauperibus in eodem hospitali degentibus habent vitrici sua in dispositione quendam hortum magnum extra oppidum, ubi figuli ollarum morantur, in quo horto sunt constructa nonnulla aedificia et domus; necnon et praedia oppidanorum, de quibus ipsi vitrici colligunt census et convertunt illos pro necessitate pauperum. Idemque vitrici eliguntur et instituuntur per praepositum et cum consensu et scientia consulatus, qui habent colligendi et dispensandi facultatem elemosynas cum scientia praepositi.

DECANATUS RURALIS UNYEOVIENSIS.

2. VYELYENYNO.*)

Villa mensae archiepiscopalis *Gnesnensis* et in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Jacobi apostoli et sanctae Dorotheae*, de collatione et provisione archiepiscopi *Gnesnensis* pro tempore existentis, quam modo obtinet honorabilis *Joannes de*

*) *Wielun*, wieś niegdyś arcybiskupów *gnieźnieńskich*, która im niewątpliwie zawdzięcza fundacyą kościoła parafialnego, wspomianego w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego* już w drugiej połowie wieku XV. W roku 1460 *Tomasz*, pleban tamtejszy, występuje jako świadek przy pewnej czynności konsystorskiej (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 457^b). Starożytny kościół dzisiejszy z drzewa modrzewiowego wystawiony, w połowie wieku zeszłego przez *Andrzeja Kędzińskiego*, cześnika *halickiego* zrestaurowany, obecnie gruntownie potrzebuje reparacyi. Arcybiskup *Drzewicki* wcielił beneficjum *wielunskie* do collegium wikaryuszów *uniejskich*, pod których zarządem zostawało aż do r. 1818 (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 105).

Unyeow, artium liberalium baccalaureus, actu presbyter, ex provisione moderni archiepiscopi *Joannis de Lassko*; ad quam iure parochiali villae infrascriptae, videlicet praefata *Vyelyenyyno*, *Czepowo duplex*¹⁾, *Roznyathowo*²⁾, *Cozanki triplex*³⁾, *Zaborowo*⁴⁾, septem *Pangowo*⁵⁾, videlicet *Msczychowo*⁶⁾, *Woycziski*⁷⁾, *Gasszyory*⁸⁾, *Gorzewo*⁹⁾, *Ladawy*¹⁰⁾, *Unyestawowo*¹¹⁾, *Zelgoski*¹²⁾ spectant et pertinent et incolae earum percipiunt sacramenta ecclesiastica. Cuius quidem ecclesiae rector pro tempore existens pro ipsius sustentatione et pastoralis curae onere ex antiquo habuit pro dote et fundo proventus infrascriptos, quorum et modernus est in possessione, videlicet imprimis in eadem villa et haereditate *Vyelyenyyno* habet circa ecclesiam unam aream pro curia plebanali, et in ea curiam satis competentem, in latitudine trium mansorum seu laneorum cum horto, et in eadem area sunt domunculae pro vicario et ministro scholae. Item de agris in quolibet campo per tres mansos in latitudine et longitudine, prout et aliorum emethonum eiusdem villae, ad limites cum rubetis, nemoribus et pratis se protendentibus et extendentibus progressive, necnon in uno campo iacente versus *Roznyathowo*, villam dictam *Poszwyathnyo*¹³⁾, habet certas excrescentias agrorum, vulgariter *przymyarky*, cum nemoribus usque ad limites *Roznyathowo* se protendentibus. Item habet decimam manipularem post omnes agros et mansos eiusdem villae scultetiae seu advocatae, in quibus advocatus sen in eorum parte locavit certos emethones, et partem residuam pro sua curia colit, et conducunt eam incolae ipsius advocatae in curiam seu dotem plebanalem curribus propriis, et nihil aliud solvunt. Item tabernae tres sunt archiepiscopales, habentes speciales agros, ex quibus etiam decima manipularis provenit pro plebano in eadem *Vyelyenyyno*, et conducunt eam similiter in horreum plebani tabernatores seu agrorum cultores; ex agris vero emethonalibus archiepiscopalibus decima manipularis proveniens spectat daturque pro mensa archiepiscopali; et plebano pro tempore existenti solvunt emethones missalia, videlicet de quolibet manso per tres coros siliginis et per tres coros avenae pro festo *sancti Martini* ad mensuram seu corum *Unyeoviensem*. Habet insuper ecclesia eadem et eius pro tempore plebanus unam specialem arcam modo desertam ex opposito areae plebanalis versus villam. Et nihil aliud solvunt emethones praeter denarium sancti Petri.

*Czepowo cossowskie*¹⁴⁾, villa sub eadem parochiali in *Vyelyenyyno*, de cuius villae agris omnibus praedialibus decima proveniens spectat et pertinet ad dictum plebanatum in *Vyelyenyyno* et eius plebanum, et conducit eam plebanus curru proprio pro placito suo; emethones vero loco colendae solvunt per unum corum siliginis et denarium sancti Petri; et similiter emethones de *Czepowo czyensky*¹⁵⁾ loco colendae solvunt per unum corum siliginis et denarium sancti Petri; et non sunt ibi aliqui (agri) praediales.

Roznyathowo, villa sub praedicta parochiali, de cuius villae certis agris praedialibus quinque pronunc nobilium curiarum decima manipularis proveniens spectat ad praefatam ecclesiam in *Vyelyenyyno* et eius plebanum, quam aestimat ad fertor-

¹⁾ Czepów Górny, Czepów Średni. ²⁾ Rozniatów. ³⁾ Kozanki Wielkie, Kozanki Podleśne, dziś tylko dwoje. ⁴⁾ Zaborów. ⁵⁾ Pęgów. ⁶⁾ i ⁷⁾ osady dziś nie znane. ⁸⁾ Gąsiorzy. ⁹⁾ Górzew. ¹⁰⁾ Ładawy. ¹¹⁾ Ubysław. ¹²⁾ Żelgoszcz. Prócz tych należą jeszcze do parafii osady: Brzezina Dąbrowa, Hipolitów, Kalinówka, Stanisławów, Stemplów, Swarzeń, Światonia, Wolka Żelgoszcka. ¹³⁾ Poświętne, dziś nie znane. ¹⁴⁾ Czepów Górny. ¹⁵⁾ Czepów Średni.

nem, aliquando magis, et aliam partem decimarum in eadem villa recipit praepositus collegiatae *Unyeoviensis*. Et ultra agros praediales ex excrescentiis alias *przymyarky* recipit decimam plebanus, et ibidem emethones loco colendae solvunt plebano unum corum siliginis.

Cozanki triplex et *Pangowo septuplex*, villae sub eadem parochiali nobilium, post quarum villarum omnium et singularum agros praediales decimae manipulares provenientes spectant et pertinent ad ecclesiam parochialem in eadem *Vyelyenyyno*, quas conducit plebanus curru proprio pro suo placito ad locum, ubi sibi placet, illas ipsas decimando ex certo decreto olim cardinalis *Frederici*¹⁾, quia in eisdem villis non sunt aliqui emethones neque agri aliqui emethonales, excepta *Pangowo*, *Przebluszczyno* seu *Gorzewo*, in qua sunt emethones colentes agrum, ex quibus solvunt decimam altaristae in ecclesia *Unyeoviensi*. Qui emethones nihil aliud solvunt ecclesiae suae parochiali in *Vyelyenyyno*, solummodo pro colenda per medium grossum et denarium sancti *Petri*. Et similiter in *Pangowo Zelgoskiego* emethones pronunc duo solvunt decimam in *Unyeow* et colendam pro parochiali in *Vyelyenyyno* per medium grossum. Item et in *Pangowo Unyestawowo* duo emethones, licet solvant decimam ecclesiae praedictae plebano in *Vyelyenyyno*, solvunt colendam per medium grossum.

Zaborowo, villa nobilium sub parochia eadem *Vyelyenyyno*; decima manipularis ex agris praedialibus proveniens spectat et pertinet ad parochialem ecclesiam in *Vyelyenyyno* et eius pro tempore plebanum existentem, quae conducitur per plebanum iuxta placitum ipsius et velle; de agris autem emethonalibus decima proveniens spectat et pertinet super (sic) praepositum ad ecclesiam *Unyeoviensem*.

Item eadem ecclesia taxata est ad duas marcas argenti et solvit collectori camerae apostolicae sancti *Petri* septem grossos pro denario sancti *Petri* et octavum pro quittance.

3. PHALIBOZYCZE.*)

Villa haereditaria pronunc generosi domini *Joannis Gnyady*²⁾ et aliorum cohaerendum, et in eadem parochialis ecclesia de iure patronatus laicorum haere-

¹⁾ Kardynał Fryderyk Jagiellończyk, arcybiskup gnieźnieński, biskup krakowski † 1503.

²⁾ Jan Gniady h. Ostoja, zapewne brat lub bliski krowny znakomitego opata tynieckiego, Andrzeja Gniadego, który umarł roku 1542. Piotr Gniady był marszałkiem dworu kardynała Fryderyka Jagiellończyka (Niesiecki, Korona II, 233).

*) Chwałborzyce, wieś szlachecka z kościołem parafialnym, o którym akta konsystorza gnieźnieńskiego wzmiankę czynią już na początku wieku XV. W roku bowiem 1416 dnia 17 marca występuje pleban tamtejszy Lambert (*Lamperus*) jako świadek przy czynności konsystorskiej względem dzieścien w *Drachowie* (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 23). Starożytny kościół drewniany zgorzał w roku 1766. W miejsce jego stanął wkrótce potem nowy również drewniany w formie krzyża nakładem dziedziców miejscowych, *Antoniego* i *Maryi* z *Przeradzkiej Morawskich*, który dotąd istnieje. Dla szczupłych dochodów parafia *chwałborzycka* w ostatnim czasie długo była bez pasterza, administrowana przez sąsiedniego plebana w *Świniarach*. Dopiero w roku 1862 na prośby parafian otrzymała stałego

dum de eadem *Phalibozycze* et *Chorzepyno*¹⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Boleszczyne*²⁾, actu presbyter, institutus ad praesentationem haeredum in praedictis *Phalibozycze* et *Chorzepyno*. Ad quam iure parochiali praedicta *Phalibozycze* et curia in *Chorzepyno*³⁾ spectant et pertinent, et percipiunt incolae in eadem ecclesiastica sacramenta. Qui plebanus propter parochianorum et proventuum paucitatem pro sui sustentatione non servat vicarium, solum ministrum, quem salariat, et habet pro dote et fundo in eadem villa, primo et principaliter circa ecclesiam versus orientem unam aream satis latam et spatiosam et in ea curiam cum hortis et pro allodio sufficientibus, et ex alia parte ecclesiae aliam parvam pro ministro; item unum mansum agri in quolibet campo cum pratis confinantibus et adiacentibus, in longitudine et latitudine se protendentibus, prout et emethonum eiusdem villae et haereditatis se protendunt. Item et decimas manipulares post omnes et singulos agros praediales provenientes, quas conducit curru proprio in horreum suum; emethones vero et scultetus seu advocatus solvunt loco colendae seu missalium de quolibet manso per unum corum siliginis ad mensuram seu corum *Unyeoviensem*; hortulani vero non solvunt siliginem, sed avenam, quilibet per unum coretum.

Chorzepyno, villa, cuius villae curia solum pertinet iure parochiali ad eandem parochialem in *Phalibozycze*, villa vero, quamvis exstat vicina, ad parochialem in *Suyenceze*, ex cuius curiae agris omnibus et singulis praedialibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Phalibozycze* et eius pro tempore plebanum, et conducit eam plebanus pro suo velle curru proprio; de agris vero emethonalibus decima provenit ad vicarios *Unyeovienses*.

*Leschno*⁴⁾, *Cothowycze*⁵⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Goraj*⁶⁾, de quibus villis decima manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens, necnon in *Leschno* post emethones quinque pronunc agros praediales ipsis emensuratos habentes, praeter desertos, provenit spectatque et pertinet ex antiquo ad dictam parochialem et eius plebanum in *Phalibozycze*, et conducit eam plebanus post curias curru proprio, et emethones eorum curribus in loca per plebanum designanda; de aliis vero agris emethonalibus residuis in praefata *Leschno* decimam manipulearem percipit plebanus in maiori *Chodowo*⁷⁾; in *Cothowycze* vero ex agris emethonalibus decimam manipulearem percipit plebanus pro tempore existens in *Dobrowo*⁸⁾.

*Lysszycze*⁹⁾, villa sub parochiali in *Pyeczowo*¹⁰⁾; ex eiusdem villae agris praedialibus seu curiarum decima manipularis proveniens etiam spectat ad praefatam ecclesiam in *Phalibozycze* et conducit eam plebanus de *Phalibozycze* curru proprio; de agris vero emethonalibus decima manipularis provenit in *Pyeczowo*.

Quae quidem plebania in *Phalibozycze* taxata est a tribus fertonibus argenti et collectori denarii sancti Petri solvit quatuor grossos cum quittance.

rzędzą w osobie *kr. Antoniego Bendkowskiego*, który kościół opustoszały zrestaurował i budynki plebańskie zupełnie zdezolowane podźwiął. W roku 1683 wynosiła liczba dusz w parafii 150, dziś wynosi 506. Na cmentarzu wznosi się kaplica publiczna murowana, niewiadomo kiedy i przez kogo wystawiona (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 86. 87).

1) *Chorzepin*. 2) *Jan z Boleszczyne*, pleban. 3) Dotąd dwór w *Chorzepinie* należy do parafii w *Chwałborzyczech*, a wieś sama do parafii w *Suwnicach*. 4) *Leszno*, 5) *Kotowice*, wsie dziś należące do parafii *Grabów*. 6) Kościół parafialny w *Goraju* wcielony został do parafii *grabowskiej*. 7) *Chodów*. 8) *Dobrow*. 9) *Lisiec*. 10) *Pięczeniów*.

4. WYELANOWO.*)

Villa et in ea parochialis ecclesia, tituli *sanctorum Adalberti et Stanislai*, de iure patronatus haeredum de eadem *Vyelanowo*, quam pronunc obtinet honorabilis quidam *Martinus de Iwanye*¹⁾, actu presbyter. Ad quam iure parochiali ex antiquo pertinent et spectant octo villae, videlicet praefata *Vyelanowo*, *Radyczyno*²⁾, *Lank*³⁾, *Sarbycze*⁴⁾, *Podluzycze*⁵⁾, *Cozubowo*⁶⁾, *Lyekaschyno*⁷⁾, *Brozówka*⁸⁾, *Czychmyana*⁹⁾, et incolae earum in eadem percipiunt ecclesiastica sacramenta. Circa quam plebanus pro tempore existens propter proventuum paucitatem non servat neque servare consuevit vicarium, solum ministrum. Habet tamen solum pro sui sustentatione pro dote et fundo proventus infrascriptos, videlicet primo in eadem villa circa ecclesiam habet unam aream satis competentem et in eadem domum cum horto; item certam partem fluvii ad obstacula et instrumenta capiendi pisces, ponendi, diciturque et appellatur plebanalis fluvius, alias *struga*. Decima etiam manipularis in eadem villa tam ex agris praedialibus quam emethonalibus omnibus ex integro proveniens spectat et pertinet ad dictam ecclesiam seu eius plebanum pro tempore existentem, et conducunt eam emethones de suis agris in horreum plebanalem curribus eorum absque solutione decimae aut lini seu canapi; de agris vero praedialibus decimam conducit plebanus curru proprio; nihilominus emethones in ibidem pro colenda eorum quilibet solvit per grossum unum, et molendinator loco colendae dat unum coretum farinae.

*Wolycza*¹⁰⁾, quondam villa, nunc vero haereditas deserta, de cuius agris decima manipularis proveniebat spectabatque in toto ad eandem ecclesiam parochialem in *Vyelanowo* et conducebatur per incolas eiusdem villae in locum decimalem per plebanum demonstrandum. Item in villis superius descriptis emethones et incolae pro eadem ecclesia et eius rectore pro colenda nihil aliud solvunt, solum de qualibet domo per medium grossum et denarium sancti Petri, iuxta consuetudinem a persona per denarium; in *Czychmyana* vero per unum grossum; decimas autem manipulares percipiunt alii seu illi, quibus debentur ex antiquo.

Item taxata est eadem ecclesia ad unum fertonem argenti et solvit octo grossos pro denario sancti Petri plebano villanorum in *Unyeow*, ex eo quia est filialis *Unyeoviensis*.

*) *Wilamów*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Wilamowskich* h. *Szassor*, do której należał *Jakób Wilamowski*, poseł *Zygmunta I* do *Solimana*, sultana tureckiego roku 1531 i *Jan Wilamowski*, biskup *komieniecki* † 1540 (*Niesiecki*, *Korona IV*, 530. 531), a która zapewne fundowała tam kościół parafialny przed drugą połową wieku XV, albowiem akta konsystorskie w tym czasie o nim wspominają (*Arch. Consist. Gnesn.*). W roku 1651 kościół ten i parafia zostawała pod interdyktem z powodu zabójstwa plebana przez kmieci miejscowych. Dzisiejszy kościół drewniany stanął w miejsce pierwotnego również drewnianego zapewne w końcu wieku XVII i dziś już chyli się ku upadkowi. Obecny rządcza jego pragnie zastąpić go nowym i już na ten cel przysposabia z wolna materiały (*Rubryc. cit. z r. 1877 f. 106*).

1) *Marcin z Iwanía*, pleban. 2) *Radyczyno*, dziś w parafii *Psary*. 3) *Łęg Wielki*. 4) *Sarbiec*. 5) *Podluzycze*. 6) *Kozubów*. 7) *Lekaszyn*. 8) *Brzozówka*. 9) *Cichmiana*. Później przybyły osady: *Augustynów*, *Biała Górka*, *Bór*, *Góry*, *Grabowa*, *Grodzińsko*, *Jaszczurów*, *Myżki*, *Sowienice*. 10) *Wolica*, dziś nie istnieje w parafii. Jest wieś tej nazwy w parafii *chełmieckiej*.

5. SWYENCZE.*)

Villa et in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Gothardi*, de iure patronatus laicorum haeredum in eadem *Swyencze*, quam modo obtinet honorabilis *Albertus de Zegrzany*¹⁾, actu presbyter dioecesis *Gnesnensis*, ex praesentatione moderni haeredis nobilis domini *Joannis*. Ad quam iure parochiali spectant villae infra-scriptae, videlicet praefata *Swyencze*, *Crasky*²⁾, *Chorzepyno*³⁾ quoad emethones, et quoad curiam in *Phalibozycze*⁴⁾, *Volya Swyenyeczka*⁵⁾, *Rogow*⁶⁾, *Pyasky*⁸⁾, *Drosdow*⁸⁾, *Dzyrawy duplex*⁹⁾, *Sakovycze*¹⁰⁾, *Kyky*¹¹⁾, et incolae earum prout de iure in ipsa percipiunt ecclesiastica sacramenta. Ad quam plebanus pro tempore existens pro sui sustentatione et pastoralis curae administratione, prout ex antiquo, servat vicarium et ministrum, quos iuxta posse suum salariat; et habet pro dote et fundo in eadem villa et haereditate, imprimis pro curia unam aream et in ea curiam plebanalem cum horto, et in eadem area posuit domunculam vicarii et ministri; item et per duos mansos agri in quolibet campo, inter agros emethonales iacentes, in latitudine et longitudine cum pratis eisdem mansis adiacentibus, prout et alii emethones habent. Item et decimam manipulare post omnes et singulos agros praediales curiae haeredis in ibidem, quam conducit plebanus in horreum suum curru proprio; emethones vero de quolibet ipsorum manso solvunt ratione colendae seu missalium per unum eorum siliginis eidem ecclesiae et plebano, tabernatores vero solum per unum grossum solvunt.

Crasky, vila sub eadem parochiali, in qua de duobus mansis scultetiae solum decima manipularis provenit pro eadem ecclesia et plebano in *Swyencze*; ex agris vero emethonalibus solvuntur maldrata canonicatui et praebendae in *Unyeow*, et plebano ratione missalium per tres coros parvos certae mensurae eorum, quam habent ex antiquo, dant et solvunt.

Drosdowo, *Dzyrawy binum*, *Sakovicze*, *Kiky*, *Rogowo*, villae sub praefata parochiali in *Swyencze*, post quarum villarum agros omnes et singulos praediales decimae manipulares provenientes spectant et pertinent ad praefatam parochialem

*) *Świnice (Świeńcze)* wieś szlachecka, według miejscowego podania dziedzictwo niegdyś *Jakóba Swinki*, arcybiskupa *gnieźnieńskiego*, który w niej miał fundować kościół parafialny około roku 1300 pod tyt. *ś. Gotharda*. Gdy się starożytny kościół drewniany zaczął chylić ku upadkowi na początku teraźniejszego wieku, parafianie wystawili obok niego nowy z drzewa roku 1828, który w kilka dni po swoim wykończeniu na dniu 30 maja wraz z starym kościołem zgorzał. Przez 30 lat nabożeństwo odprawiano się w lichej tymczasowej kapliczce. Dopiero w roku 1859 dziedzic miejscowy, *Kazimierz Karwowski*, przy pomocy parafian wystawił kościół mурowany, który na dniu 5 maja tegoż roku przez miejscowego plebana, *Jana Weigerta*, został pobenedygowany pod tyt. *ś. Kazimierza królewicza*. Tenże patron wystawił osobną dzwonnice z cegły palonej i cmentarz około kościoła murem opasał. Parafia liczy dziś przeszło dusz 1900 (Rubryc. cit. de a. 1877 f. 98).

¹⁾ *Zegrzanki*, wieś w parafii *zgierzskiej* w powiecie *łódzkim*. ²⁾ *Kraski*. ³⁾, ⁴⁾ *Chorzepin* wieś, dwór należy do parafii *Chwałborzyce*. ⁵⁾ *Wola Świniecka*. ⁶⁾ *Rogów*. ⁷⁾ *Piaski*. ⁸⁾ *Drosdów*. ⁹⁾ *Dzierzawy*. ¹⁰⁾ *Saków*. ¹¹⁾ *Kiki*. Przybyły osady: *Borek*, *Grabiszew*, *Głogowiec*, *Stawiszynek*, *Piotrówka*.

in *Swyencze* et eius pro tempore rectorem, quas et conducit plebanus curru proprio, ubi sibi placet, vel cui ordinaverit; emethones vero nihil aliud ecclesiae eidem solvunt, solum per unum eorum siliginis ratione colendae et decimas ad ecclesiam *Unyeoviensem* et similiter in *Chorzepyn*.

*Ljkowo*¹⁾, sub parochiali ecclesia in *Grodzysko*²⁾, post cuius villae omnes et singulos agros tam praediales quam incolarum in ibidem decimam manipulare alternatis vicibus praedicta ecclesia in *Swyencze* cum parochiali in praedicta *Grodzysko* (vel) ipsarum pro tempore rectores percipiunt, et conducunt eam incolae de eorum agris curru proprio, et de praedialibus plebanus, cui pro sua vice cedit; et incolae ipsius villae, quando inundationem aquarum contingit evenire, propter non accessum securum ad parochialem in *Grodzysko* ex quadam certa ordinatione antiqua solent in parochiali ecclesia in *Swyencze* ecclesiastica sacramenta percipere.

Item ecclesia haec taxata est ad unam marcam argenti, collectori autem denarii sancti Petri per septem grossos cum quittance solvit.

6. GRODZYSKO.*)

Villa hereditaria pronunc nobilis domini *Joannis* haeredis in *Nyewyesch*³⁾, et in eadem ecclesia parochialis sub titulo *conversionis sancti Pauli apostoli*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum in eadem *Grodzysko*, quam pronunc obtinet honorabilis quidam *Martinus de Luthomirsko*⁴⁾, actu presbyter, ex praesentatione praefati nobilis *Joannis Nyewyesky*, haeredis in *Nyewyesch*, ad quam

¹⁾ *Ljków*. ²⁾ *Grodzisko*.

*) *Grodzisko*, wieś szlachecka, w wieku XV i XVI własność rodziny *Chebédów z Niewieszka Niewieskich*, którzy, jak opis powyższy wskazuje, fundowali tam i hojnie uposażyli kościół parafialny, nadając mu na własność całą wieś rzeczoną. Wspominają o nim akta konsystorskie w drugiej połowie wieku XV. W roku bowiem 1462 *Jan*, pleban z *Leźnicy*, *Jakób* i *Andrzej*, bracia rodzeni, dziedzice wsi *Kossowa (Kossowscy)*, zapozwani zostali przed sąd konsystorza *gnieźnieńskiego* przez *Wojciecha z Łabiszyna*, plebana z *Boleszczyna* o dziesięciny należące mu się z *Kossowa*. Pozwani tłumaczyli się, że dziesięciny te dawali w ostatnim czasie plebanowi w *Grodzisku*, do którego parafii wieś *Kossowa* należy, a który od nich żadnych nie ma danin za administrowanie im Sakramentów świętych i z tego powodu odmawiał im niekiedy posługi duchownej. Konsystorz przyznał dziesięciny plebanowi w *Boleszczynie*, a wymienionym trzem dziedzicom nakazał, aby niezwłocznie donosili, gdyby pleban *grodziski* miał im kiedykolwiek odmówić udzielania Sakramentów świętych (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 434). W roku 1612 *Jan Rudnicki*, kasztelan *sieradzki*, dziedzic miejscowy, wystawił w miejsce dawnego kościoła drewnianego dzisiejszy mурowany, a w roku następnym darował plebanom jego wieś swoją dziedziczną *Gusin* z obowiązkiem utrzymania przyzwoitego dwóch wikaryuszów, którzyby rano i po południu odprawiali z obowiązkami utrzymania przyzwoitego dwóch wikaryuszów, którzyby rano i po południu odprawiali kurs *de Beata*, oraz bezustannej plebana przy kościele rezydencyi pod utratą dochodów z wsi rzeczonej, od którego obowiązku nawet Stolica apostolska dyspensować go nie była powinna. Od tego uciążliwego obowiązku uwolnił przeciw siebie i następców swoich za pośrednictwem arcybiskupa *Wacława Leszczyńskiego* w roku 1660 pleban miejscowy, *Stanisław Kossowski*. Prawo prezentowania ustąpił wspomniany fundator w roku 1613 arcybiskupom *gnieźnieńskim*. Parafia *grodziska* liczy dziś dusz 1518 (Rubryc. cit. z roku 1877 f. 90).

³⁾ *Jan Chebda z Niewieszka* (Acta Capit. Gnesn.). ⁴⁾ *Marcin z Lutomińska*, pleban (Acta Consist. Gnesn.).

iure parochiali novem villae, videlicet praefata *Grodzysko*, *Zbyluczyce*¹⁾, *Caznowo*²⁾, *Cossowo*³⁾, *Zymne*⁴⁾, *Parsky*⁵⁾, *Lykowo*⁶⁾, *Byelawy*⁷⁾, *Gussyno*⁸⁾ spectant et pertinent, ac in eadem ecclesiastica incolae percipiunt sacramenta. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore rector pro dote et fundo habet totam eandem villam *Grodzysko* et eius totam haereditatem, ut dicitur, per praedecessores praefati domini *Joannis Nyewyesky* eidem ecclesiae parochiali et eius plebano donatam et pro dote adscriptam, in qua modo est solum unus emetho et hortulanus, et alii agri et areae quatuor iacent deserti. Et solvit emetho ex possessionato agro, prout ante alii solvebant, de quolibet per viginti grossos, per viginti ova et per duos pullos, et laborare tenebatur unum campum, mansum in *Zbyluczyce* videlicet colere, agrum disponere, frumentis plebani superseminare et tandem metere et frumenta in horreum plebani conducere, et prata similiter certa disponere, modo tamen stante desertatione, quia unicus est emetho ex nova locatione cum eo per plebanum facta, laborat unam diem in septimana, et hortulanus sex grossos de censu, prout ante solvebant, solvere tenetur; decima autem proveniens de et super emethone super plebanum (sic) spectat et pertinet, et conducunt eam emethones in horreum plebani; item molendinum in eadem haereditate per haeredes in eadem *Nyewyesch* ex antiquo locatum pertinet ad haeredes in eadem *Nyewyesch*, solvit tamen et solvere tenetur ex omnibus emolumentis decimum eorum emolumentorum, molendini decimi cori (sic), uti fruitur modernus plebanus.

Zbyluczyce, villa sub eadem parochia *Grodzysko* et ex cuius haereditate praefata villa *Grodzysko* in sortem ecclesiae est educta et emensurata in eadem villa et haereditate: nihilominus praefata ecclesia in *Grodzysko* et eius pro tempore plebanus habet unum mansum cum area et horto, necnon prata ad eundem mansum spectantia, cuius agri area cum horto iacet in fine villae eundo in *Swyencze*; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Grodzysko*, et conducunt eam in horreum per plebanum locandum curribus propriis; et ultra hoc tam emethones quam hortulani solvunt colendam per unum grossum et denarium sancti Petri.

Lykowo, villa sub parochia eadem, de cuius villae omnibus et singulis agris decimam manipularem, uti praemissum est, alternatis vicibus praefata ecclesia in *Grodzysko* cum parochiali in *Swyencze*, alias ipsarum plebani, singulis annis percipiunt; colendam vero et denarium sancti Petri percipit plebanus in *Grodzysko* semper et continue.

Gussyno et *Parsky* ac *Zymne*, de cuius agris (sic), villae sub eadem parochia; decimas manipulares ex agris praedialibus provenientes percipit ecclesia parochialis eadem in *Grodzysko* seu eius rector pro tempore existens, et colendam per unum grossum cum denario sancti Petri; ex agris vero emethonalibus in eisdem villis decimam manipularem, uti praemissum est, percipit canonicus ecclesiae *Unyeoviensis*, et similiter in *Byelawy*, *Gussyno*, *Cossowo* decima manipularis provenit pro

¹⁾ *Zbyluczyce*. ²⁾ *Kaznowo*. ³⁾ *Kossowo*. ⁴⁾ *Zimne*. ⁵⁾ *Parski*. ⁶⁾ *Lykovo*. ⁷⁾ *Bielawy*. ⁸⁾ *Gusin*.
Przybyły później osady: *Chęcin*, *Gaj*, *Holandry Zbyluczyckie*, *Polosinek*, *Popielarze*, *Podgórze*, *Podłęże*, *Rydzyca*.

canonico praefato de agris emethonalibus, et colendam percipit plebanus; ex molendinis vero sub eadem parochia consistentibus, more aliorum in flumine locatorum, molendinatores solvunt per unum eorum siligineae farinae.

Kaznowo et *Cossowo*, villae eiusdem parochiae; decimam manipularem ex agris praedialibus, videlicet ex *Cossowo* in *Boleszczyno*, ex *Caznowo* vero in *Jezyersko* ecclesiis parochialibus provenientes curiae in ibidem dant et solvunt; emethones vero ex agris emethonalibus *Cossowo* canonico ecclesiae *Unyeoviensis*, in *Caznowo* vero pro mensa archiepiscopali similiter dant et solvunt; dictae vero suae parochiali in *Grodzysko* emethones nihil aliud dant, solum colendam per unum grossum et denarium sancti Petri more consueto per unum denarium.

Item haec capella (sic) taxata est seu dicta ecclesia ad duas marcas argenti.

7. WARTHKOVICZE. *)

Villa haereditaria, et in eadem ecclesia parochialis sub titulo *Nativitatis beatae Mariae Virginis*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum in eadem *Warthkovicze* et in *Gostkowo*¹⁾, quam modo obtinet honorabilis *Gregorius de Unyeow*, actu presbyter, ex praesentatione haeredum de villis praedictis. Ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praedicta *Warthkovicze*, *Gostkowo*, *Sadowo*²⁾, *Nyr*³⁾, *Zawadka*⁴⁾, *Clodna*⁵⁾, *Bronowko*⁶⁾, *Spandosszyno*⁷⁾ et in eadem incolae earum percipiunt ecclesiastica sacramenta. Habetque eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus pro dote et fundo infrascripta, quorum et modo exstat in possessione; imprimis in eadem villa et haereditate circa ecclesiam unam aream pro domo et curia plebanali satis latam et spatiosam cum hortis in postico eiusdem curiae et allodii et eiusdem areae, incluso horto eidem ecclesiae et pro tempore plebano per nobilem *Mathiam Wartkowsky* pro certis damnis et iniuriis ecclesiae et plebano eidem illatis perpetuo donato, alias latius in actis consistorii *Unyeoviensis* dicitur contineri; et in eadem area est situs pro ministro. Vicarium vero propter tenuitatem proventuum ex antiquo non consuevit servare. Habet insuper piscinulas in eadem area sua in horto; insuper et duos mansos de agris in quolibet campo in latitudine et longitudine, quilibet mansus continens in se septem bissulcos ad latum, in longitudine vero se protendens sicut et aliorum

*) *Wartkovicze*, wieś szlachecka, w wieku XVI, a zapewne dawniej dziedzictwo rodziny *Wartkowskich*, jak dowodzi opis powyższy, miała kościół już w pierwszej połowie wieku XV, jak świadczą wzmianki w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego*. W miejsce starożytnego kościoła drewnianego zupełnie upadłego *Wiktorya z Szóldrskich Zaluska*, wdowa po *Janie Prosperze Zaluskim*, kuchmistrowi litewskim, dziedziczka *Wartkovicze*, wystawiła nowy drewniany w roku 1660 pod tyt. *Narodzenia N. Maryi P.* tegoż roku pobenedygowany, który gdy już po 50 latach zaczął się chylić ku upadkowi, zastąpiony został dzisiejszym kościołem drewnianym pod tyt. *śś. Wawrzynca i Anny*.

¹⁾ *Gostkowo*. ²⁾ *Sądów*. ³⁾ *Ner*. ⁴⁾ *Zawada*. ⁵⁾ *Kłodna*. ⁶⁾ *Brudnowek*. ⁷⁾ *Spandosszyn*.
Osady później przybyte lub opuszczone: *Biała Góra*, *Chodów*, *Dęby*, *Mehów*, *Mrówna*, *Pelzew*, *Pelzyska*, *Pieńki Kłodzińskie*, *Starzyny*, *Starzynki*, *Syberya*, *Wola Niedźwiedzia*, *Wólka* i *Zygmanca* (*Ostrowidz* król. Pol. t. II, 343).

emethonum et haeredum. Iacent autem dicti mansi hincinde inter mansos emethonales separatim. Item et prata cum lacu speciali et silva circa limites haereditatum *Nyr*, *Volya* et *Varthkovicze* iacentia, de quibus pratis pro hac vice possunt colligi ad minus unus acervus cum medio fœni, quia certa pars pratorum memoribus exstat occupata. Item habet eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus decimam manipulearem ex omnibus et singulis agris praedialibus, etiam inter duos emethones, videlicet *Nicolaum* et *Joannem Narzeczny* emensuratis ex eisdem agris praedialibus, et conducit eam plebanus ex agris, quos pro curiis colunt, curru proprio, et emethones praedicti curribus eorum in dotem plebanalem; ex agris vero emethonalibus decima provenit pro mensa archiepiscopali; solvunt nihilominus emethones ex omnibus et singulis agris de omni manso per unum coretum siliginis messalium.

Gosthkowo, villa sub eadem parochiali ecclesia, in qua modo sunt duae curiae, agros praediales habentes, ex quibus decima manipularis proveniens, prout ex antiquo, pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum, quam et conducit; ex agris vero emethonalibus spectat ad decanum ecclesiae *Lanciciensis* et percipit eam vicedecanus, et solvunt etiam emethones de eadem dictae suae et eius plebano ecclesiae (sic) de quolibet manso per unum coretum siliginis.

Nyr, villa eiusdem ecclesiae parochialis, in qua sunt speciales agri praediales curiae in ibidem, de cuius curiae praedialibus omnibus et singulis agris decima manipularis spectat ad eandem ecclesiam et eius plebanum, et conducit eam curru proprio; ex agris vero emethonalibus provenit ad canonicatum et praebendam *Unyeovienses*. Emethones solvunt etiam ratione colendae eiusdem ecclesiae plebano pro missalibus per unum coretum siliginis, et similiter in *Zawadky* solvunt missalia per unum coretum siliginis, et decimam percipit canonicus in *Unyeow*. Molendinarios etiam ex molendinis in *Spandosszyn* et *Drosdowsky* solvunt per unum coretum farinae.

*Byala gora*¹⁾, villa sub parochia in *Chodowo minori*²⁾, in qua non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales ex antiquo, de quorum agrorum certa parte media versus *Stharzyny* et *Pelczyska* iacente decima manipularis pertinet in toto ad ecclesiam parochialem in *Varthkovicze* et eius plebanum, de alia vero parte agrorum iacente versus *Gosthkow* decimam manipulearem percipit plebanus in *Thur*.

Spandosszyn, *Sandow*, *Clodna* et *Bronowko*, *Zawadka*, villae sub eadem parochiali ecclesia, in quibus incolae nihil aliud dictae suae parochiali ecclesiae et plebano solvunt, solum colendam per unum grossum de quolibet manso; decimas vero de *Spandosszyn* canonico *Unyeoviensi*, et de duobus mansis, in quibus sedent emethones *Joannes Ubynka* et *Mathias Coralyk*, solvunt decimam manipulearem ad ecclesiam parochialem in *Thur*, in *Sandowo* cuidam canonico *Lanciciensi*, in *Clodna* pro mensa archiepiscopali in toto, licet ibi resident nobiles, in *Zawadka* et *Bronowko* autem praedicto canonico *Unyeoviensi*, cui et in *Nyr*.

Item taxata est praedicta ecclesia ad decem scotos argenti.

¹⁾ *Biała Góra* wraz z innymi osadami wyżej podanymi należała do kościoła niegdyś parafialnego w *Chodowie*, który dawno przed czasem powyższego opisu wcielony został do kościoła w *Wartkowicach*.

8. NYEWYESCH.*)

Villa et in eadem ecclesia parochialis, sub titulo *Omnium Sanctorum*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum, quam pronunc obtinet honorabilis *Laurentius de Rzeczicza*¹⁾, actu presbyter, ex praesentatione moderni haeredis domini *Joannis Nyewyesky*, cuius ecclesiae pro tempore rector propter paucitatem proventuum et parochianorum ad eandem ex antiquo spectantium non consuevit servare vicarium, solum ministrum, habetur tamen altaris, qui in administratione curae pastoralis plebano (sic) sublevat. Ad quam iure parochiali villae infrascriptae spectant et pertinent, videlicet praefata *Nyewyesch*, *Byernacice*²⁾, *Vylezkowo*³⁾, *Carnycze*⁴⁾ et curiae militares villarum *Boczky*⁵⁾ et *Schepulky*⁶⁾, quoad emethones vero praedictarum villarum spectat (sic) ad ecclesiam parochialem in *Unyeow*. Item eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus habet pro dote et fundo ex antiquo infrascripta, videlicet imprimis in eadem villa et haereditate circa ecclesiam unam specialem aream pro curia cum horto eidem adiacente, satis competentem et sufficientem, et in eadem est locus seu spatium pro ministro scholae seu pro vicario, quando servabatur; item unum pratum circa limites *Boczky* et prata domini *Boczkwowsky*, et inter emethones de *Nyewyesch* et haereditatem *Grocholice*⁷⁾, de quo possunt colligi sex currus fœni et aliquando magis. Item in haereditate *Bussynoviche*⁸⁾ habet specialem campum agri, qui solet dividi in tres campos, pro frumentis aestivalibus, hiemalibus et *na ugor*, et prata in eodem campo ipsis agris adiacentia. Decimam manipulearem in praefata *Nyewyesch* habet post omnes et singulos agros

*¹⁾ *Niewiesz*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Chebów z Niewiesza Niewieskich*, do której należeli: *Jan Chebda z Niewiesza*, protonotaryusz apostolski, dziekan *gnieźnieński*, archidyakon *kujawski*, kanonik *krakowski*, mąż wielkich cnot, zabity w roku 1440 od własnego brata, *Lastka Chebdy z Grabia* i pochowany w *Gnieźnie* (*Paprocki, Herby* str. 538, *Niesiecki* l. c. I, 250. *Łętowski, Katalog* t. II, 109), *Jan Chebda z Niewiesza*, nazywany niekiedy *Pella* albo *Felka*, proboszcz *gnieźnieński* 1428 (*Archiv. Capit. Gnesn.* No. 390, 391), *Mikołaj Chebda z Niewiesza*, proboszcz *kruszycki*, kanonik *gnieźnieński*, po śmierci arcybiskupa *Wincentego Kota* kilku głosami w kapitule następcą jego obrany roku 1448, który się zrzekł praw swoich na korzyść *Władysława Oporowskiego* (*Acta decr. Capit. II*, 111). Kościół parafialny tamże fundowała też rodzina najpóźniej na początku wieku XV, albowiem około roku 1455 arcybiskup *Jan z Sprowy*, wykonawca ostatniej woli wspomnianego wyżej *Jana Chebdy*, proboszcza, a później archidyakona *gnieźnieńskiego*, który na domaganie się króla *Władysława Jagielly*, ustąpić musiał probostwo *gnieźnieńskie* siostrzeńcowi jego, *Aleksandrowi*, księżęciu *mazowieckiemu* (*Zywoty Arcyb., Pralatów i Kanon. gnieźn. ks. Korytkowskiego Ms.*), erygował z pozostawionego przezeń legatu altaryę przy tymże kościele od dawna istniejącym. Dzisiejszy kościół murowany pięknej struktury z wyniosłą wieżą stanął w roku 1874 za usilnem staraniem obecnego rządcy jego, *Aleksandra Mrozowskiego*, nakładem *Józefa Zakrzewskiego*, dziedzica miejscowego i *Feliksa Lisieckiego*, dziedzica *Biernacie*, przy pomocy legatu jakiegoś pobożnego starszka z *Podgbie* 4000 złt. wynoszącego. Nowe organy sprawili w roku 1876 *Artur* i *Aleksandra Dzierżbicy*, dziedzice *Biernacie*. Plebania i budynki gospodarcze wystawione zostały kosztem parafian w roku 1870 (*Rubryc. dyec. kuj.-kal.* z roku 1877 f. 94. 95).

¹⁾ *Wawrzyniec z Rzeczycy*, pleban (*Acta Consist. Gnesn.*). ²⁾ *Biernacice*. ³⁾ *Wilczków*. ⁴⁾ *Karnice*. ⁵⁾ *Boczki*. ⁶⁾ *Sempulki*. Przybyły osady: *Czekaj*, *Felicyanów*, *Józefów*, *Leśniki*, *Sędów*, *Wojciechów*. ⁷⁾ *Grocholice*. ⁸⁾ Osada nieznana.

tam emethonales quam praediales provenientes spectat et pertinet (sic) ad plebanum pro tempore existentem et conducit eam plebanus curru proprio ex agris praedialibus; ex agris vero emethonalibus, dum plebanus conducit eam curru proprio, percipit decimam lini a emethonalibus de quolibet manso per duos grossos, quando vero emethones eam conducunt curribus eorum, nihil solvunt.

Byernacice, villa sub eadem parochiali ecclesia, cuius villae ex agris omnibus et singulis praedialibus, necnon de uno emethone, dicto *Byernath*, decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum, et conducit eam emetho in ibidem opera plebani; ex agris vero emethonalibus aliis pertinet ad canonicatum et praebendam *Unyeovienses*.

Boczky et Schepulki, villae sub eadem parochiali ecclesia, ex quarum agris omnibus et singulis praedialibus decima manipularis proveniens debetur eidem ecclesiae parochiali et eius plebano pro tempore existenti, ex agris vero emethonalibus spectat et pertinet ad canonicatum et praebendam *Lancicienses*, et plebano solvunt colendam per unum grossum de manso.

Carnyceze et Vylczkowo, villae sub parochiali eadem, in quibus decima manipularis, videlicet in praefata *Vylczkowo* de uno manso advocatae seu scultetiae, in *Carnyceze* vero de omnibus et singulis agris praedialibus et unius thabernae pertinet spectatque ad praefatam parochialem ecclesiam in *Nyewyesch* et eius plebanum pro tempore existentem et conducitur opera plebani; emethones vero nihil aliud solvant eidem ecclesiae, tantummodo colendam per unum grossum.

Altare, tituli *Assumptionis beatissimae Virginis Mariae, sanctorum Joannis Baptistae, Adalberti, Leonardi et sanctae Barbarae* in eadem ecclesia parochiali in *Nyewyesch*, de iure patronatus haeredum in eadem *Nyewyesch*, et si plures essent, senioris fratris, per olim reverendissimum in Christo patrem *Joannem de Sprowa*, archiepiscopum et primatem *Gnesnensem*, tamquam executorem olim venerabilis *Joannis Chebde de Nyewyesch*, sedis apostolicae protonotarii, decani *Wladislaviensis* et archidiaconi *Gnesnensis*, ad instantiam petitionemque nobilium, olim *Nicolai et Joannis Chebde*, haeredum et successorum praefati decani et archidiaconi, fundatum et erectum exstat, quod pronunc obtinet honorabilis *Mathias de Wimrovicze*, iuxta dispositionem privilegii erectionis actu presbyter et nullum aliud beneficium habens. Quod quidem altare et eius pro tempore altarista iuxta dispositionem litterarum foundationis et erectionis habet pro dote et fundo, et primo in eadem *Nyewyesch* et eius haereditate unam specialem aream, dictam *crawczowskye*, et in ea domum cum horto, iacentem penes aream plebanalem, necnon et prato (sic) ad eandem aream ex antiquo spectante. Habet insuper octo marcas pecuniarum pro ducentis marcis pecuniarum monetae et numeri polonicae in et super *Nyewyesch* et *Grocholicze*, villis haereditariis in terra *Stradiensi* et districtu *Schadkoviensi* sitis, per praefatum olim archiepiscopum *Joannem* apud praefatos olim *Joannem et Nicolaum Chebde*, in dictis villis haeredibus (sic) in perpetuum, alias in vim reemptionis, emptas et comparatas, et pro festo *sancti Martini* singulis annis ex censibus de dictis villis altaristae pro tempore existenti sub censuris ecclesiasticis solvendo obligatas. Item habet liberam scissuram lignorum in bonis praedictae villae et haereditatis *Nyewyesch* pro aedificiis et foco necessariis, in locis ubi emethones pro tempore habent eis designata; item idem altarista obligatur ex fundatione ad onera infra-scripta, videlicet omni septimana explere quatuor missas, unam die dominico de

sancta Trinitate, feria secunda pro defuncto sacerdote seu pro defunctis, tertiam feria quinta de *Corpore Christi* et sabbato de *beata Virgine*, tenebitur sub poena excommunicationis per se vel per alium. Item in eadem parochiali superpiliciatus in ecclesia eadem incedere et processionibus interesse debet. Insuper, si plebanus eiusdem ecclesiae aliqua necessitate aut infirmitate praeventus esset, aut vicarium habere non posset, altarista pro tempore existens eundem in audiendis confessionibus parochianorum et sacramentorum administratione, maxime temporibus solemnibus Paschae, ipsum plebanum iuvare tenetur, et ingruente necessitate ad infirmos ire, cui plebanus de equo providere tenetur. Plebanus autem ratione huiusmodi onerum supportationis tenetur altaristae pro tempore existenti de vino, pane pro sacrificio et cera providere. Idemque altarista nullum beneficium cum dicto altari obtinere potest, nec ad illud praesentari aliquis, nisi sit actu sacerdos, nec se absentare potest absque speciali licentia loci ordinarii.

9. BELDRZICHOW.*)

Villa monasterii *Suleoviensis*, in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Egidii*, de iure patronatus et praesentandi abbatis et conventus eiusdem monasterii *Suleoviensis* ordinis *Cisterciensis*, quam obtinet pronunc honorabilis *Florianus de Luthomyrsko*¹⁾, actu presbyter saecularis, ex provisione Sedis apostolicae, prout dicta ecclesia ex antiquo consuevit regi et gubernari per clericum saecularem et non religiosum. Ad quam iure parochiali villae infrascriptae spectant et pertinent, videlicet praefata *Beldrzichow, Bussyna*²⁾, *Pudlowo duplex*³⁾, *Brathkow duplex*⁴⁾ etiam, *Zernyky*⁵⁾, *Dambrowka*⁶⁾, *Wyrambowo*⁷⁾, *Borky*⁸⁾, *Lypky*⁹⁾, *Porczyny*¹⁰⁾, *Nowawysz* dicta *Drogomirz*¹¹⁾, *Vylazlowo*¹²⁾, et curia in *Gorra*¹³⁾ abbatis, cum molen-

*) *Baldzzychów*, wieś niegdys klasztoru *sulejowskiego*, darowana mu w roku 1176 przez księcia polskiego *Kazimierza* wraz z kościołem i jego dochodami („*Ecclesiam quoque de Beldzzychow cum decimis etc.*“ *Rzyszczewski i Muczka. Kod. dypl. I, 12. 13*), który to kościół arcybiskup *Piotr* w tym samym roku dziesięcinami opatrzył (*Damalewicz, Series Archiep. Gnesn. f. 118*). Kościół ten spalili w r. 1331 Krzyżacy przy swoim zradzieckim na Polskę napadzie (*Lites ac res gestae I, 68*). Odbudowany z drzewa, po 160 latach otrzymał nową erekcyą od opata *Mszczuga*, który powiększył dochody plebana i przeznaczył uposażenie dla dwóch wikaryuszów dnia 15 kwietnia roku 1491. W roku 1710 *Stefan Zakrzewski*, pleban miejscowy, zakonnik z klasztoru *sulejowskiego*, do którego kościół *baldzzychowski* od niepamiętnych czasów był wcielony, przybudował do niego kaplicę murowaną pod tyt. *Różańca i. Anny*. Z strony przeciwnej kościoła istniała już dawniej kaplica drewniana wystawiona na cześć *i. Anny*. W roku 1780 sprawiła nowe organy *Anna Mogilnicka*, starościna *nieszawska* za 2000 złt. Kościół ten spalił się w roku 1824, w którego miejsce parafianie w roku 1847 wystawili nowy z cegły palonej, w roku 1870 za staraniem obecnego rządu swego zrestaurowany i nowymi organami opatrzone. Oprócz kościoła parafialnego miał dawniej *Baldzzychow* kaplicę murowaną za wsią ku *Rusinie* położoną, którą na początku teraźniejszego wieku zniesiono (*Rubryc. cit. z r. 1877 f. 106. 107*).

¹⁾ *Floryan z Lutomińska*, pleban. ²⁾ *Busina*. ³⁾ *Pudłów i Pudłówek*, dziś w parafii *Wierzchy*. ⁴⁾ *Bratków Dolny i Bratków Górny*, ostatni dziś położony w parafii *Wierzchy*. ⁵⁾ *Zerniki*, w tejże parafii leżące. ⁶⁾ *Dąbrówka Szadkowska*. ⁷⁾ *Wyřebów*. ⁸⁾ *Borki Lipkowskie*. ⁹⁾ *Lipki*. ¹⁰⁾ *Porczyny*. ¹¹⁾ *Nowawieś*. ¹²⁾ *Wylazłów*. ¹³⁾ *Góra*. Prócz tych należą do parafii osady: *Borysów, Budy Bratkowskie, Dąbrowa Stara, Madajka, Malenie, Podgórze, Trzuskawice, Zarębów*.

dino; eiusque ecclesiae plebanus seu rector pro sui et curae pastoralis administratione (debet), prout ex antiquo, circa eandem ecclesiam parochialem tenere et servare duos presbyteros similiter saeculares, necnon et ministrum clericum, prout et modo servat et salariis competentibus pro posse salariat. Habetque dicta ecclesia et eius pro tempore rector ex antiquo pro dote et fundo, quorum et modo est in possessione, primo et principaliter in eadem villa *Beldrzychow* et haereditate circa ecclesiam unam aream specialem versus orientem iacentem et in ea curiam et domum plebanalem cum hortis eidem adiacentibus pro curia, allodiis et segetibus sufficientibus, se ab ecclesia usque ad flumen *Nyr* protendentem, et in ea sunt modo piscatores, in quo fluvio et spatio latitudinis areae et dotis plebanalis habet ex antiquo omne ius et proprietatem in dicto fluvio eiusdem spatii obstacula in capturam piscium per se vel per suos piscatores ponendi et locandi, necnon libertatem in eodem fluvio aliis retibus et instrumentis capiendi et piscandi, incipiendo ab haereditatibus *Bussyna* et *Podgorzyce* progressive usque ad locum, dictum *preszcoczen*, ubi terminatur haereditas *Beldrzychow* et *Poddambycze* et limites ipsarum, per se vel per alium. Item habet et alias duas areas speciales pro vicariis penes aream plebanalem et ad latus cimiterii versus meridiem iacentes, et tertiam pro ministro circa fores dotis plebanalis iacentem. Insuper et duas alias areas pro tabernis, unam penes areas vicariales cum horto et prato post hortum usque ad fluvium *Nyr* in spatio latitudinis areae, et aliam in parte dotis plebanalis cum horto versus aquilonem iacentem. Item habet in eiusdem villae *Beldrzychow* haereditate pro agris unum specialem campum, divisibilem in tres campos, in confiniibus agrorum emethonalium eiusdem villae versus stratam publicam tendentem in *Uryeow* iacentem; item et unum pratum in tergo areae et dotis plebanalis circa fluvium et ex altera parte fluvii per plebanum extirpatum, de quo colligi solent aut possent unus acervus cum medio foeni. Item habet libertatem ligna pro structura in silvis, ubi et emethones monasterii eiusdem, pro necessitate infra limites dictae haereditatis *Beldrzychow* scindendi; item habet ex speciali donatione monasterii certum spatium terrae pro piscina erigenda in loco, dicto *strugy*, in confiniibus agrorum emethonalium eiusdem villae, eundo de eadem villa in *Vylazlowo*. Decima vero manipularis ex omnibus et singulis agris eiusdem villae emethonalibus proveniens, demptis agris plebanalibus, spectat ad monasterium *Suleoviense*, et emethones conducunt eam curribus ipsorum pro arbitrio domini abbatis; plebano vero nihil aliud solvunt, solum colendam de quolibet manso, emethones per unum eorum siliginis et tabernatores cum hortulanis per medium grossum.

Bussyna, *Pudlow maior*, villae sub eadem ecclesia parochiali, in quibus sunt speciales agri praediales ex antiquo et emethonales; decima etiam manipularis ex agris praedialibus, etiam pro emethonibus ex praediis emensuratis, videlicet in *Bussyna*, quos colunt pronunc *Andreas Skora*, *Petrus Skowronek*, *Vyczorek* et *Joannes Szoltyssek*, in *Pudlowo* vero praedicto *maiori*, quos colunt *Thomas Włodarczyk*, *Jacobus Panczyk*, *Adam Sobyeray*, spectant (sic) ad praedictam parochialem et plebanum in *Beldrzychow*, et conducit eas plebanus curru proprio. Quarum aestimat plebanus valorem ad duas marcas, aliquando magis, aliquando minus. Ex agris vero emethonalibus decimam manipularem emethones in *Bussyna* abbati et monasterio *Suleoviensi*, in *Pudlowo* vero decano *Lancieniensi* ex integro dant et solvunt ac ipsas conducunt, in *minori* vero *Pudlowo* decima manipularis proveniens spectat

et provenit ex agris praedialibus pro plebano ad praedictam ecclesiam, quam plebanus disponit pro arbitrio suo, cuius valorem aestimat ad quatuor marcas; nihilominus emethones in *maiori Pudlowo* de quolibet manso per unum eorum siliginis, hortulani vero in ibidem, necnon emethones in *Bussyna* et *minori Pudlowo* pro colenda dicto eorum plebano dant et solvunt, molendinatores vero in *Bussyna* et *Pudlowo* dant per unum grossum.

Bratkowo, *Lypky* et aliud *Bratkowo minor*, *Dambrowka*, *Wyrambowo*, villae sub eadem parochiali, in quibus villis ex agris duntaxat praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad praedictam parochialem in *Beldrzychow*, et conducit eam plebanus pro arbitrio suo; ex agris vero emethonalibus etiam, in quibus colunt certi nobiles, videlicet in *Bratkowo wdowye*¹⁾ ultra praediales agros decimae manipulares spectant ad decanum *Lancieniensem*, in *Wyrambowo* vero pro mensa archiepiscopali, et solvunt nihilominus emethones praedictae ipsorum ecclesiae et plebano pro colenda per unum eorum siliginis de quolibet manso, in *Wyrambowo* vero solvunt per unum grossum.

*Lubna*²⁾, sub parochia *Wanglczow*³⁾, in qua sunt duae curiae et duae partes villae, quas torrens dividit; decima manipularis ex omnibus et singulis agris emethonalibus utriusque partis proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum in *Beldrzychow*, et conducunt eam emethones curribus propriis ad loca per plebanum designanda absque solutione decimae lini aut canapi; solet autem non de iure sed ex beneplacito plebanus locare in utraque parte, quam aestimat ad octo marcas; ex agris vero praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Wanglczow*.

*Nyedanye*⁴⁾ et *Czyenya*⁵⁾, sub parochia *Gruscicze*⁶⁾ villae, in quarum una, videlicet *Czyenya*, sunt curiae nobilium agros praediales habentes, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Gruscicze*; ex agris vero emethonalibus in utraque villarum praedictarum spectat et pertinet ad parochialem et eius plebanum in *Beldrzychow*, et conducunt eam emethones curribus propriis ad loca per plebanum in *Beldrzychow* designanda, quarum valorem aestimat ad tres marcas.

*Jassyona*⁷⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Woykow*, in qua modo sunt duae curiae nobilium agros speciales praediales habentes, de quibus decimam manipularem ad ecclesiam parochialem in *Woykow* dant et solvunt; ex agris vero emethonalibus omnibus et singulis similiter decimam manipularem incolae agros emethonales, etiam hortos colentes ex antiquo in *Beldrzychow*, ad quam spectant, dant et solvunt, quam et conducunt curribus eorum ad locum decimalem absque solutione decimae lini.

*Byczyna*⁸⁾ et *Lassky*⁹⁾, villae sub parochiali in *Poddambicze*¹⁰⁾, in quibus sunt speciales agri praediales, de quibus duntaxat decima manipularis provenit spectatque ad parochialem ecclesiam et eius plebanum in *Beldrzychow*, quae conducitur opera et impensis plebani; ex agris vero emethonalibus pro abbate *Suleoviensi* spectat et pertinet.

Item taxata est ecclesia eadem ad tres marcas argenti, collectori vero camerae apostolicae denarii sancti Petri solvit sex scotos et unum grossum pro quittance.

1) Bratkowo Wdowie. 2) Lubna. 3) Wąglczew. 4) Niedoń, wieś w parafii Wójków. 5) Cienia. 6) Gruscicze. 7) Jasionna. 8) Byczyna. 9) Łęzki. 10) Poddembice.

10. MALYN.*)

Villa et in eadem parochialis ecclesia, tituli *sancti Andreae apostoli*, de iure patronatus et praesentandi haeredum in eadem, quam pronunc obtinet honorabilis dominus *Joannes Ottha de Crzepczow*¹⁾, actu presbyter, qui sui pro sustentatione et curae pastoralis administratione, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam servat duos vicarios et ministrum, quos et salariat. Ad quam iure parochiali ex antiquo spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Malyn*, *Jezow*²⁾, *Clonyschow*³⁾, *Zaborow*⁴⁾, *Banky*⁵⁾, *Boguczicze*⁶⁾, *Choszczowa*⁷⁾, *Crococzka Volya*⁸⁾, *Crococzycze*⁹⁾, *Lychawa*¹⁰⁾, *Lobodzicze*¹¹⁾, *Volya Loboczka*¹²⁾, *Magnusche*¹³⁾, *Przerownycza*¹⁴⁾, *Piorunow*¹⁵⁾, *Piorunowek*¹⁶⁾, *Nyerwanycze*¹⁷⁾, *Pucznyew*¹⁸⁾, *Volya Pucznyowska*¹⁹⁾ et incolae earum in eadem ecclesia percipiunt ecclesiastica sacramenta; habetque eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus pro dote et fundo, et primo in eadem villa et haereditate unam aream satis latam et spatiosam cum hortis pro curia et allodiis circa ecclesiam versus occidentem iacentem; item et pratum a curia seu dote plebanali in eadem latitudine, prout area cum hortis, usque ad fluvium *Nyr* se protendens, attamen circa fluvium, ubi terminatur, minoris latitudinis, prout et aliorum villanorum eiusdem villae terminatur; item alias speciales areas ex opposito domus plebanalis versus meridiem pro vicariis et ministro; item unum specialem agrum eiusdem latitudinis, prout est situs dotis et curiae ac hortorum plebanalium versus meridiem, incipiendo ab areis vicariorum et ministri usque ad limites dictae haereditatis versus *Lychawa* se protendentem, alias usque ad nemora, quae mediant inter *Lychawa* et *Malyn*. Decima etiam manipularis ex omnibus tam praedialibus quam emethonalibus agris in eadem villa *Malyn* proveniens ad eiusdem parochialis ecclesiae plebanum spectat pertinetque in toto, et conducit eam plebanus curru proprio in eius horreum; quando vero huiusmodi ducturam facit curru proprio, percipit ex emethonibus decimam lini de quolibet manso per duos grossos, alias si permittit emethonibus ducturam, nihil percipit, et solvunt

*) *Malyn*, wieś szlachecka nad rzeką *Nerem* musiała mieć kościół parafialny w krótko po zaprowadzeniu chrześcijaństwa w Polsce, jak to wnosić należy z rozległego cmentarzyska pogańskiego z mnóstwem grobów, odkrytego w pobliskiej wsi *Jeżowie* w roku 1875. Dla okolicy zatem tak gęsto zaludnionej niezawodnie rychło postarano się o posługę duchowną, gdy wiarę Chrystusową przyjęła. Dzisiejszy kościół drewniany stanął za staraniem rządcy swego, *Stanisława Gajewskiego h. Ostoja*, w roku 1752. Budowany jest we formie krzyża i ma pięć ołtarzy. Konsekrował go w roku 1791 *Jan Mikołaj Dembowski*, biskup koadjutor *kamieniecki*. W roku 1785 i 1840 gruntownie zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony został za staraniem plebanów miejscowych (*Rubryc. cit. z r. 1877 f. 51. 52*).

1) *Krzepczow*. 2) *Jeżow*. 3) *Kloniszew*. 4) *Zaborow*. 5) *Baki*. 6) *Boguoice*. 7) *Choszczowa*. 8) *Wola Krokocka*. 9) *Krokocice*. 10) *Lychawa*. 11) *Lobodzicze*. 12) *Wola Lobudzka*. 13) *Magnusze*. 14) *Przyrównica*. 15) *Piorunow*. 16) *Piorunowek*. 17) *Jerwonice*. 18) *Pucznyew*. 19) *Wola Pucznyowska*. Później przybyły osady: *Dabrzań*, *Felinka*, *Jeziórek*, *Johanowo*, *Lobzów*, *Maksymilianowo*, *Murcelin*, *Piarki*, *Rochów*, *Ruda*, *Sikory*, *Stefanów* (*Ostrowidz król. pols. z r. 1877*).

pro colenda singuli tam emethones quam hortulani et tabernatores per medium grossum.

Jezow, *Clonyschow*, *Banky*, villae sub eadem parochiali ecclesia, in quibus decimae manipulares tam ex agris praedialibus quam emethonalibus provenientes spectant in toto ad eandem parochialem et plebanum in *Malyn*, et solvunt decimam lini emethones in praedictis *Jezow* et *Clonyschow*, quando plebanus deciman conducit curru proprio, quando vero ducturam faciunt, nihil solvunt praeter colendam per medium grossum; in *Banky* vero non solvunt decimam lini, sed ducturam faciunt, et colendam ex eadem percipit minister.

Crococzicze, *Lobodzicze*, *Lychawa*, villae sub eadem parochiali ecclesia, in quibus curiae nobilium habentes speciales agros praediales, ex quibus decimae manipulares provenientes spectant ad dictam parochialem et eius plebanum in *Malyn* et conducit eas curru proprio, alias ipsius opera; ex agris vero emethonalibus percipiunt eas mansionarii ecclesiae collegiatae *Unyeoviensis* ratione parochialis ecclesiae in *Spicimirz*, plebano vero suo solvunt emethones colendam per unum grossum.

Zaborowo, villa sub eadem parochiali, in qua licet sint praediales agri et emethonales, decima tamen manipularis tam ex agris praedialibus quam emethonalibus proveniens etiam spectat in toto ad eandem ecclesiam et plebanum, percipiunt tamen eam vicarii in sortem salarii, et conducitur per emethones in horreum per vicarios locandum, et colendam percipiunt vicarii de manso per unum grossum.

Przerownycza, *Piorunowek*, *Nyerwanycze*, *Boguczicze*, villae sub parochiali eadem in *Malyn*, in quibus sunt curiae nobilium agros praediales habentes, de quibus manipularis decima proveniens spectat ad eandem parochialem in *Malyn* et eius pro tempore plebanum, attamen eas percipiunt vicarii in sortem salarii, et colendam ex emethonibus de quolibet manso per unum grossum, solum in *Boguczicze* per unum corum siliginis de manso et nihil aliud; ex emethonalibus vero agris praepositus *Lanciciensis* in *Przerownycza*, *Piorunowek*, *Nyerwanycze*, et in *Boguczicze* mansionarii in *Unyeow* decimas manipulares percipiunt ratione parochialis ecclesiae in *Spicimirz*; et similiter in *Piorunow* praedialem plebanus praedictae parochialis in *Malyn*, et post emethonales agros praepositus *Lanciciensis* decimas manipulares percipiunt, item et colendam vicarii de manso per unum grossum.

Crococzka Volya, *Lychawa*, *Choszczowa*, *Pucznyew*, villae sub parochiali eadem in *Malyn*, in quibus decimae manipulares ex agris omnibus et singulis praedialibus provenientes spectant ad parochialem praedictam et eius plebanum in *Malyn*, quas dat in salarium ministro, videlicet in *Crococzka Volya*, *Lychawa*, *Choszczowa* et de uno praedio in *Pucznyew*, dicto *Wylkowsky*, post curiam vero *Wansz* et *Mucha* percipit ea pro se; ex agris vero emethonalibus, videlicet *Crococzka Volya* ad parochialem in *Poddambycze*, in *Lychawa* pro mansionariis in *Unyeow* ratione parochialis in *Spicimirz*, in *Choszczowa* similiter pro mansionariis, et in *Pucznyew* pro praeposito *Lanciciensi* decimae manipulares tolluntur et percipiuntur, in *Volya* vero *Pucznyowska* pro mensa archiepiscopali.

Item taxata est ecclesia eadem ad duas marcas argenti.

11. LUTHOMYRSKO*), OPPIDUM.

Et in eodem ecclesia parochialis, habens duas ecclesias, unam matricem sub titulo *sancti Bartholomaei*, et aliam filiam tituli *Assumptionis beatissimae Virginis Mariae* in oppido, ad quam sacramenta extant translata, videlicet fons baptismalis et eucharistia, de iure patronatus et praesentandi laicorum et haeredum in eodem oppido duntaxat, quam primum obtinet honorabilis *Joannes de Gzow*, actu presbyter, ex praesentatione modernorum haeredum in eodem, videlicet generosorum *Matthiae Czolczynsky*¹⁾ et *Petri succamerarii Stradiensis* de eadem *Luthomyrsko*. Ad quam iure parochiali pertinent praefatum oppidum cum anteoppidanis, necnon villae infrascriptae, videlicet *Bachnicze*²⁾, *Czolczyn*³⁾ et *Wrancza*⁴⁾; habetque praefata ecclesia ex antiquo et eius pro tempore rector pro dote et fundo, in haereditate imprimis praefati oppidi circa ecclesiam praedictam *sancti Bartholomaei* matricem versus oppidum unam specialem aream pro curia et horto, cimiterio contiguam seu adiacentem, et demum alium hortum unum versus *Kazimirz* in fine hortorum oppidanorum iacentem; item certum agrum in uno campo satis spatiosum versus *Czolczyn* et boram iacentem. Item decimam manipularem in eadem haereditate oppidi *Luthomyrsko* post omnes et singulos agros praediales haeredum, videlicet qui coluntur primum pro curia domini *Petri succamerarii*, quam conducit plebanus curru proprio in curiam suam pro placito; ex agris vero oppidanorum ratione decimae maldratas solvunt et pro plebano missalia, videlicet de agro eorum quilibet per medium eorum siliginis et eorum avenae, altero vero anno per unum eorum avenae et per medium siliginis, alternatis vicibus, necnon et colendam, et solvit quilibet agrum possidens per medium grossum, mechanici vero seu artifices et simi-

*) *Lutomiersk*, od roku 1274 miasteczko (Baliński, l. c. I, 210. 211), dziś osada o pięć mil od *Sieradza* odległa, gniazdo rodziny *Lutomierskich* h. *Jastrzębiec*, która się pisała z *Chelmic* w ziemi *dobrzyńskiej*, a z której *Ścibor*, starosta *dobrzyński* i *malborski*, za dzielną obronę ziemi *dobrzyńskiej* naprzeciw *Krzyżakom* otrzymał od króla *Władysława Jagiełły* połowę *Lutomierska* w roku 1406 (Paprocki, Herby str. 174). Istniał tam już naówczas zapewne kościół parafialny przez monarchów polskich fundowany, ile że okolica od dawna była ludna i zyzna. Akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim w drugiej połowie wieku XV (Acta Consist. Gnesn.). W tym czasie było miasto *Lutomiersk* wraz z innemi okolicznemi dobrami własnością rodziny *Nakmierowskich* h. *Poraj* (Paprocki l. c. str. 467), na początku zaś wieku XVI *Czolczyńskich*, w drugiej połowie tegoż wieku *Grudzińskich*. *Balcer Lutomierski*, starosta *sieradzki* i *leżeński*, porzuciwszy wiarę ojców, odebrał katolikom kościół *lutomierski* i oddał go roku 1570 w ręce predykantów sekty swojej, których atoli *Stefan Grudziński*, starosta *wjski*, *pilecki* i *lolemowski*, nabywszy *Lutomiersk* z miasta wypędził i kościół katolikom przywrócił (Niesiecki, Korona II, 318. Baliński l. c. I, 210. 211). Dzisiejszy kościół murowany wystawiła w miejsce dawnego drewnianego w roku 1780 księżna *Barbara z Duninów Sanguszkowa*, marszałkowa wielka *litewska*, dziedziczka miejscowa (Rubryc. cit. de a. 1878 f. 143). Oprócz kościoła parafialnego posiada *Lutomiersk* kościół murowany z klasztorem oo. *Reformatów*, fundowany roku 1650 przez *Andrzeja Grudzińskiego*, wojewodę *rawskiego* (tamże f. 128).

¹⁾ *Czolczyński* z *Czolczyna*, familia heraldykom naszym nie znana. ²⁾ *Bechoice*. ³⁾ *Czolczyn*. ⁴⁾ *Wrząca*. Przybyły później osady: *Antonin*, *Borek*, *Brzoska*, *Florentynów*, *Folusz*, *Grabczyna*, *Józefów*, *Kwirynów*, *Prusinowiczki*.

liter inquilini per unum grossum. Cuius colendae maiorem partem percipit minister et aliam partem plebanus cum vicario percipiunt.

Czolczyno, villa sub eadem parochiali ecclesia, in qua de agris praedialibus omnibus et singulis, necnon certis emethonalibus, videlicet in quibus primum resident, videlicet *Holko*, *Matthias Szmyelowycz* et *Bartholomaeus Szmyelowycz*, decima manipularis provenit spectatque ad dictam parochialem et eius pro tempore plebanus et conducitur per emethones; et nihilominus solvant vicario in ibidem omnes et singuli emethones ex agris eorum colendam per medium eorum siliginis et per medium eorum avenae, necnon per medium grossum pecuniarum. Insuper praeter superius descriptos agros praediales et trium emethonum de residuis agris emethonalibus decima manipularis pro praepositura *Lanciciensi*.

Bachczize, villa sub eadem parochiali ecclesia, in eadem est curia habens agros praediales speciales, post quos quidem agros decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praedictam parochialem ecclesiam in *Luthomyrsko* et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero emethonalibus proveniens spectat ad praeposituram ecclesiae *Lanciciensis*.

Item ecclesia eadem taxata est ad viginti scotos argenti.

12. GORKA.*)

Villa haereditaria in maiori parte, et in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Martini* et *sanctae Mariae Magdalenae*, de iure patronatus laicorum ex antiquo, videlicet haeredum de praedicta *Gorka*, necnon *Gorzew*¹⁾, *Wodzyn*²⁾ et *Golygow*³⁾, quam modo obtinet honorabilis dominus *Petrus Szoski* a triginta sex annis ex praesentatione eorundem, circa quam, prout ex antiquo, pro sui sustentatione et curae pastoralis administratione continue servat vicarium manuale et ministrum. Ad quam ex antiquo iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Gorka*, *Gorzew*, *minor Gorka* alias *Syekyelow*⁴⁾, *Potrykozy*⁵⁾, *Pyatkowysko*⁶⁾, *Cudrowicze*⁷⁾, *Conyn*⁸⁾, *Poczischovicze*⁹⁾, *Swyathnyki*¹⁰⁾ et *Coczewo*¹¹⁾, quae modo extat haereditas deserta, et incolae earum percipiunt ecclesiastica sacramenta. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus ex antiquo habuit et

*) *Górka Pabijańska*, wieś szlachecka z kościołem parafialnym, już przynajmniej w początku wieku XV założonym, skoro opis jego powyższy nadmieniam, że *ab antiquo* służyły mu dochody w nim wyszczególnione. Starożytna świątynia drewniana stała się w roku 1858 pastwą płomieni i odtąd nabożeństwo parafialne odprawiano się aż do roku 1875 w publicznej kaplicy pod tyt. *ś. Maryi Magdaleny* na cmentarzu z drzewa przez plebana miejscowego, *ks. Józefa Papińskiego* wystawionej, a później jego i parafian nakładem rozprzeżerzonej. Tenże pleban zajął się przygotowaniem materiałów do odbudowania kościoła, lecz śmierć przerwała rozpoczęte dzieło. Dopiero w roku 1875 stanęła z tychże materiałów nowa świątynia murowana blachą żelazną pobita, bez wieży, kosztem parafian przy pomocy należytości z kasy ogniowej im wypłaconej w ilości 2000 rubli ((Rubryc. cit. z r. 1879 f. 93).

¹⁾ *Gorzew*. ²⁾ *Wodzyn*, wieś w parafii *srockiej*. ³⁾ *Golygow*, wieś w tejże parafii. ⁴⁾ *Szynkielów*. ⁵⁾ *Petrykozy*. ⁶⁾ *Piatkowisko*. ⁷⁾ *Kudrowice*. ⁸⁾ *Konin*. ⁹⁾ *Porzewice*. ¹⁰⁾ *Świątniki*. ¹¹⁾ *Kossów*, wieś w parafii *grodziskiej*. Później przybyły osady: *Klimkowizna*, *Majówka*, *Markówka*, *Okolowice*, *Przytoń*, *Ruda*, *Smulsko*, *Terenin*, *Wola Żytowska*.

modo habet pro dote et fundo, imprimis in eadem villa et haereditate unam specialem aream satis latam pro curia plebanali cum hortis eiusdem latitudinis eidem adiacentibus et in eadem curiam, domum vicariam et ministri versus aquilonem ab ecclesia iacentem. Item agrum seu certam partem cum prato circa silvam seu nemus, dictum *Nyedzwycz*¹⁾ et limites *Swyathnyki* in dicta haereditate *Gorka* iacentem, de quo prato colligi solent duo currus de foeno et aliquando magis; item et decimam manipulearem de tota sorte seu parte totius villae nobilium ex omnibus et singulis agris tam praedialibus curiarum quam emethonalibus, necnon et decimam lini de manso per duos grossos, dum et quando possidentur agri per emethones et non per nobiles, conduciturque eam plebanus in domum et curiam suam curru proprio; de parte vero villae eiusdem capitulum ecclesiae *Cracoviensis* concernentis emethones in eadem locati solvunt decimam manipulearem pro praeposito *Lanciciensi*, pro plebano vero nihil solvunt praeter colendam per unum grossum de quolibet domo, prout et emethones nobilium, et tabernatores ac hortulani solvunt similiter et inquilini, si qui essent.

Gorzew, *Sykyelow* seu *minor Gorka*, villae sub eadem parochiali in *Gorka*, in quibus villis decimae manipulares post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales provenientes spectant ad praedictam parochialem et eius plebanum, et conducunt eam emethones in eisdem ipsorum curribus ad loca per plebanum in eisdem pro tempore locanda, solvunt tamen nihilominus et decimam lini de quolibet manso per duos grossos, necnon et colendam per unum grossum.

Conyn, villa sub eadem parochiali, in qua villa sunt speciales duo mansi quondam emethonales, nunc vero quos possidet quidam nobilis *Stanislaus Rzepeckzy*, de quibus duobus mansis decima manipularis datur pro praepositura *Lanciciensi*, ex aliis vero omnibus et singulis agris tam praedialibus quam emethonalibus, alias totius villae proveniens, spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam et eius plebanum in *Gorka*, et conducitur curru plebani de praediis nobilium, ex emethonalibus vero agris per emethones, dum et quando locatur in eadem villa, et non solvunt decimam lini, solum emethones colendam per unum grossum.

Swyathnyky, villa quondam nobilium haereditaria, nunc vero capituli *Cracoviensis*, in qua fuit curia habens agros speciales praediales, ex quibus omnibus et singulis agris praedialibus, necnon uno manso, dicto *Mydlowsky*, decima manipularis spectabat, prout et modo spectat, ad dictam parochialem ecclesiam in *Gorka*, quam et conducit plebanus curru proprio, eam aut in domum suam conducens aut in dicta haereditate locans; ex agris autem emethonalibus aliis datur pro praepositura *Lanciciensi*, plebano vero emethones omnes et singuli praeter mansum praedictum *Mydlowsky* ipsius decimalem nihil aliud solvunt, nisi colendam per grossum.

Coczewo, quondam villa, nunc vero haereditas deserta, de qua decima manipularis in toto proveniens spectabat ad eandem parochialem et plebanum, modo tamen nihil percipit, quia in eadem nemora iam excreverunt et nihil colitur de agris.

Potrikozy, villa sub eadem parochiali capituli *Cracoviensis*, in qua sunt agri speciales praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectabat ad dictam parochialem in *Gorka*, cuius et ipse modernus plebanus, praedictus *Petrus*, per plures annos continue (est) in possessione, attamen per quondam dominum *Joannem*

¹⁾ *Niedzwiedz*.

*Podlodowsky*¹⁾, canonicum *Cracoviensem*, *Pabyanicze* et dictae villae tenutarius de facto, ut dicitur, visa eius inopia et defectu sanitatis spoliavit (sic) pro capitulo *Cracoviensi* citra vel ultra a novem annis. Cuius successor post mortem (sic) dominus *Joannes Lathalsky*²⁾, praepositus *Gnesnensis*, *Lanciciensis* et *Cracoviensis* et dictorum bonorum *Pabyanicze* tenutarius huiusmodi spolium continuat, et eandem decimam non pro capitulo *Cracoviensi*, sed pro se, videlicet praepositura *Lanciciensi* tollit, ex eo quia decima ex agris emethonalibus spectat ad dictam praeposituram *Lanciciensem*. Emethones etiam in eadem villa nihil aliud praeter colendam solvunt.

*Prussynovicze minor*³⁾, sub parochiali ecclesia in *Mykolajovicze*⁴⁾, in qua sunt speciales agri praediales, de quibus manipularis decima proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Gorka* et eius pro tempore plebanum, quam plebanus conducere solet curru proprio; ex agris vero emethonalibus venit pro praepositura *Lanciciensi*.

Wodzyn maius et *Golygowo*, villae sub parochiali ecclesia in *Sroczo*, in quibus villis non fuerunt aliqui agri emethonales, videlicet in *Golygowo*, solum in *Wodzyn maiori*, ex quarum villarum omnibus et singulis agris praedialibus et emethonalibus decimae manipulares provenientes in toto spectant ad ecclesiam parochialem in *Gorka* et eius plebanum, et conducuntur per incolas curribus eorum ad loca decimalia.

Wodzyn minus, villa sub parochiali in *Sroczo*, in qua villa decimam manipulearem ex omnibus et singulis agris tam praedialibus quam emethonalibus proveniente praedicta parochialis ecclesia in *Sroczo* cum ecclesia parochiali praedicta in *Gorka* seu eorum plebani percipiunt alternatis vicibus, videlicet unus uno anno et alter alio anno, etiam econverso, et conducitur per incolas villae curribus propriis eorum.

Item taxata est eadem ecclesia ad duas sexagenas argenti.

(*Donationes et adauctiones ecclesiae in Gorka per venerabile capitulum Cracoviense factas et anno Domini 1648 inscriptas in calce libri istius ingrossatas attende.*)

13. PABIANICZE OPPIDUM.*)

In eodem ecclesia parochialis, tituli *sancti Laurentii martyris* et *Mathaei apostoli et evangelistae*, de iurepatronatus et praesentandi venerabilis capituli *Cracoviensis*,

¹⁾ *Jan Podlodowski*, kanonik *gnieźnieński* i *krakowski* † roku 1510 (*Acta decr. Capit. Gnesn. IV, 38*). ²⁾ *Jan Latański*, późniejszy arcybiskup i prymas. ³⁾ *Prusinowice*. ⁴⁾ *Mikolajewice*.

*) *Pabianice*, pierwotnie *Chropy* (*Chroppy*), miasto niegdyś kapituły *krakowskiej* przez księcia *Władysława Hermana* na prośby pobożnej małżonki jego *Judyty* wraz z okolicznymi włościami przed rokiem 1186 tejże kapitule darowane (*Długosz, Hist. Pol. lib. IV, 308. Liber Benef. 273*), było już naówczas kasztelaniją, od której cała okolica otrzymała swą nazwę (*Długosz, Lib. Benef. 273*) i ztąd naówczas kasztelaniją, od której cała okolica otrzymała swą nazwę (*Długosz, Lib. Benef. 273*) i ztąd wnosić należy, że już przedtem miała kościół parafialny przez książąt polskich założony. Potwierdzają to przypuszczenie wzmianki w starych dokumentach o tem miejscu zachodzące (*Dr. Piekosiński, Kod. dyplom. katedry krak.*). *Długosz*, opisując kościół *pabianicki*, podaje: „*ibi est ecclesia parochialis sub tit. SS. Mathaei Evangelistae et Stanislai Martyris lignea et exilis, fundata per Jaroslaum Gnesnensem archiepiscopum*“ (*Lib. Benef. I, 272*). Kapituła *krakowska* zmuszoną była sprzedać tę dobra jednemu z poprzedników *Kazimierza Sprawiedliwego*, lecz ten, wywdzięczając się za jej ku sobie przy-

de iure patronatus et praesentandi venerabilis capituli *Cracoviensis*, quam pronunc obtinet honorabilis *Martinus de Ploczko*, qui pro sui sustentatione et curae pastoralis administratione, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam tenet duos vicarios et ministrum, quos pro posse salariat. Habetque eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus pro dote et fundo, et primo in eodem oppido circa ecclesiam unam aream specialem satis competentem pro curia plebanali cum horto inter curiam capituli et oppidum sitam, necnon et alias duas areas pro vicario et ministro circa cimiterium et tertiam aream post aream scholae versus oppidum, quae modo iacet deserta; item alium hortum ante oppidum inter hortos pronunc *Stanislai Kunthor* et *Pauli Zaparth* parte ex altera, ad instar in latitudine areae dotis plebanalis; item duos mausos agri inter agros oppidanorum in duobus campis, prout eiusdem oppidani habent, eiusdem latitudinis et longitudinis. Insuper et tria prata, videlicet unum maius post curiam capituli et dotem plebanalem iacens, de quo colligi possunt ut communiter de foeni citra vel ultra duo acervi; item aliud pratum circa villam *Jutrkowycze*¹⁾, dictum *Pryszcz*, quod locatur pronunc seu venditur pro decem octo, aliquando pro viginti grossis; item tertium pratum ab altera parte fluvii, etiam sub dicta villa *Jutrkowycze* iacens, dictum *Gawrony*, quod solet vendi seu locari pro sex grossis. Item decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales curiae capitularis in eadem *Pabianicze*, quam conducit curru proprio in curiam suam pro arbitrio; de agro etiam proprio praedicto decimam manipulearem nemini solvit. Decima autem manipularis post omnes alios eiusdem oppidi agros pertinet spectatque ad praepositum *Lanciciensem*. Oppidani vero pro plebano et eius ecclesia praedicta parochiali nihil aliud solvunt praeter colendam de qualibet domo per unum grossum cum medio et similiter inquilini, et percipiunt colendam vicarii pro salario. Item ad eandem ecclesiam ultra praedictum oppidum iure parochiali villae infrascriptae spectant et pertinent ex antiquo, videlicet *Sulanthkovicze*²⁾, *Bychlow*³⁾, *Jutrkovicze*⁴⁾, *Carnyschevicze*⁵⁾, *Rypulthovicze*⁶⁾, *Laskovicze*⁷⁾, *Choczyanovicze*⁸⁾, *Gathka*⁹⁾ *Volya Rypulthowsha*¹⁰⁾, *Rethkynya*¹¹⁾, necnon et *Ruda*, incolaeque eam percipiunt ecclesiastica sacramenta.

Choczyseschow, villa sub parochiali ecclesia in *Drusbieze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros tam emethonales quam praediales proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam parochialem et plebanum in *Pabianicze*, et conducit eam plebanus curru proprio; solvunt etiam emethones in ibidem de quo-

chylnosc, przywrócił jej takowe, dołączając do nich inne. Dopiero za *Zygmunta Augusta* znajdujemy dowód, że *Pabianice* były miastem r. 1565 (Baliniski l. c. I, 210. 211). Dzisiejszy kościół murywany stanął w miejsce dawnego drewnianego kosztem tejsze kapituły w roku 1583, konsekrowany dnia 15 listopada tegoż roku przez *Pawła Dębskiego*, sufragana *krakowskiego*, który będąc naówczas rządcą dóbr *pabianickich*, budowlę kościoła prowadził. (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 144). Jest to gmach okazały i obszerny, ale wielokrotne przebudowania odebrały mu cechę pierwotnego stylu. W wieku bieżącym już po dwakroć zmieniano kopułę wieży z coraz mniejszym gustem (Tygodn. illustr. warsz. t. VI, str. 16. Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 101. 102).

¹⁾ *Jutrkowice*. ²⁾ *Nieodgadnionc*. ³⁾ *Bychlew*. ⁴⁾ *Jutrkowice*. ⁵⁾ *Karniszewice* (*Kornyszewice*). ⁶⁾ *Rypulowice*. ⁷⁾ *Lyskowice*. ⁸⁾ *Chocianowice* (*Kocianowice*). ⁹⁾ *Gadka*. ¹⁰⁾ *Wola Rypulthowska*. ¹¹⁾ *Retkinia*. Prócz tych należą jeszcze do parafii osady: *Biesiaga*, *Bugaj*, *Chachula*, *Charzew*, *Chocianowiczki*, *Czereczyn* młyn, *Dąbrowa*, *Górka*, *Jadwinin*, *Joachim*, *Karolew*, *Ksawerów*, *Lubinek*, *Maleuszów*, *Młodzieniaszek*, *Pawłowice*, *Pliszka* młyn, *Potażnia*, *Ruda Pabijańska*, *Rydzyny*, *Syręczyn*, *Tekłów*, *Widzew*, *Władysławów*, *Wola Zaradzynska* wieś i folwark, *Żdziary*.

libet manso per duos grossos pro decima lini, et valor eius aestimatur ad sex marcas, aliquando magis, aliquando minus.

Rypulthovicze, villa capitularis sub eadem parochiali in *Pabianicze*, in qua duo sunt speciales mansi, in quibus pronunc sedet *Ffrassyo* et *Laurentius* filius eius, *Joannes Okoy* et *Muzye* (sic), de quibus duobus mansis decima proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam et plebanum, cuius valor aestimatur ad duas marcas; et ultra praedictos duos mansos de uno campo iacente post piscinam versus *Gorlea* etiam spectat ad praedictam parochialem et eius plebanum; ex aliis autem omnibus et singulis agris emethonalibus decima proveniens et scultetiae manipularis pertinet ad praeposituram *Lanciciensem*, et ultra praemissa omnes et singuli emethones plebano ratione colendae solvunt de qualibet domo per unum corum siliginis.

Choczyanovicze, villa sub eadem parochiali, in qua similiter sunt duo mansi emethonales, de quibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam parochialem et eius plebanum in *Pabianicze*; de aliis autem agris emethonalibus decima provenit pro praepositura *Lanciciensi*, et pro plebano solvunt per unum corum siliginis ratione colendae.

*Dobrony*¹⁾, sub parochiali ecclesia in *Lasko*²⁾, in qua sunt certi agri praediales, de quibus decima manipularis proveniens pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem in *Pabianicze*, et valor eius aestimatur ad viginti grossos, aliquando magis et aliquando minus; ex agris autem emethonalibus decima provenit mansionariis in *Lasko*.

Rethkynya, villa capitularis sub eadem parochiali, de qua ecclesia parochialis in *Pabianicze* et eius plebanus nihil aliud percipit, solum ratione colendae per unum grossum de qualibet domo, quam vicarii recipiunt pro salario ipsorum.

Sulanthkovicze, *Bychlow*, *Jutrkovicze*, *Carnyschevicze*, *Laskovicze*, *Gathka*, *Volya Rypulthowska*, villae praedictae sub parochiali eadem, de quibus incolae seu emethones pro dicta ipsorum parochiali ecclesia et plebano nihil aliud solvunt, solum colendam per unum coretum siliginis, et faciunt in valore, quemlibet corum ad unum grossum aestimando, ex omnibus suprascriptis villis duas sexagenas; decimas autem manipulares solvunt pro praepositura *Lanciciensi*.

Item taxata est eadem ecclesia ad duas cum media marcas argenti et solvit camerae apostolicae pro denario sancti Petri sex scotos et unum grossum pro quittantia.

14. MIKOLAYOWICZE.*)

Villa haereditaria nobilium, et in ea parochialis ecclesia, tituli *Nativitatis beatae Mariae Virginis* et *beatorum Petri et Pauli apostolorum*, de iurepatronatus

¹⁾ *Dobron*, wieś dziś z kościołem parafialnym. ²⁾ *Lask*.

*) *Mikolajewice*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Mikolajewskich* (*Niesiecki* l. c. III, 262. *Parocki*, *Herby* str. 191), która tam niezawodnie fundowała kościół parafialny, w opisie powyższym *dawnym* (ab antiquo) nazwany. *Stanisław Kwiatkowski*, dziedzic na *Zalesiu*, wystawił przy tymże kościele (drewnianym) w końcu wieku XVI piękną kaplicę i dochodami ją opatrzył (*Nakielski*, *Miechovia* f. 25). W roku 1711 zgorzała ta starożytna świątynia, w której miejsce pleban *Józef Skaliński* własnym nakładem nową z drzewa kostkowego wystawił (*Rubryc. cit.* z r. 1879 f. 100).

et praesentandi laicorum haeredum de eadem *Mikolajovicze*, ad quam iure parochiali pertinent ex antiquo villae infrascriptae, videlicet praefata *Mikolajovicze*, *Zalewo triplex*¹⁾, *Prussynovicze minor*²⁾, *Prussynovicze maior*³⁾, *Zythowicze*⁴⁾, *Janowicze*⁵⁾, *Zalyessye*⁶⁾, *Kyky*⁷⁾, *Carssow*⁸⁾, *Chorzeschow*⁹⁾, *Vodzirady*¹⁰⁾, *Dzyewtharzew*¹¹⁾. Quam quidem ecclesiam pronunc obtinet honorabilis dominus *Joannes* de *Szythno*, habetque dicta ecclesia ex antiquo et eius pro tempore plebanus pro dote et fundo infrascripta, videlicet imprimis in eadem villa et haereditate unam specialem aream satis latam et spatiosam cum hortis, allodio, pomerio et aliis utilitatibus fiendis, necnon et vinariis, et in eadem sunt aliae areae pro vicario et ministro; habet etiam pro sui subsidio et curae pastoralis administratione vicarium manualement et ministrum, quos salariat pro posse. Item et specialem campum agrorum, videlicet a via, quae vadit in *Zythowicze* in parte occidentali et protenditur usque ad praedium haeredum in latitudine simul cum prato in eadem haereditate, et non habet aliquos alios agros praeter dictum campum; item habet et aliud pratum, quod iacet in alio campo ad partem septentrionalem penes piscinam, seu in latere piscinae haeredis, pronunc *Georgii*, de quo ut communiter colligi possunt septem currus foeni; item et decimam manipulearem post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales habet, quam conducere solet curru proprio in dotem plebanalem, et solvunt emethones decimam lini de manso per duos grossos et pro colenda unum grossum.

Dzyewtharzew, *Zalewo triplex*, villae sub eadem parochiali, post quarum villarum omnes et singulos agros praediales emethonales decimae manipulares provenientes in toto spectant ad dictam parochialem et eius pro tempore plebanum, et conducuntur opera et impensa plebani curru proprio, et non solvunt decimam lini, solum in *Dzyewtharzew* emethones solvunt similiter de quolibet manso per duos grossos et colendam per unum grossum.

Prussynovicze maior, villa sub eadem parochiali, uti supra, cuius villae ex agris omnibus et singulis praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad parochialem ecclesiam in *Mikolajovicze* et eius plebanum, et conducitur per plebanum curru proprio; ex agris vero emethonalibus spectat ad praeposituram *Lanciciensem*, similiter et in *minori*, et plebano nihil aliud solvunt, solum colendam per unum grossum, similiter et in *minori Prussynovicze*, in qua decima praedialis pertinet pro plebano in *Gorka*.

Zythowicze, villa eiusdem parochialis, capituli *Cracoviensis* tenuta, in qua decima manipularis proveniens spectat ad parochialem in *Dalikow*, et post emethonales agros pertinet pro praepositura *Lanciciensi*; et pro plebano nihil solvunt praeter colendam per unum grossum et similiter in *Janowicze*; de praedialibus agris decimam manipulearem percipit plebanus in *Schadek*, et de emethonalibus mansionarii in *Lasko*, et pro plebano solum colendam per unum grossum.

¹⁾ Zalew, dziś tylko jeden. ²⁾ Prusinowiczki. ³⁾ Prusinowice. ⁴⁾ Żytovice. ⁵⁾ Janowice. ⁶⁾ Zalesie. ⁷⁾ Kiki. ⁸⁾ Karzew. ⁹⁾ Chorzyszów. ¹⁰⁾ Wodzierady. ¹¹⁾ Dzierżarzew. Później przybyły osady: *Alfonsów*, *Apolonia*, *Babinieo*, *Elodya*, *Hipolitów*, *Huta Janowska*, *Jesionna*, *Józefów*, *Julianów*, *Kajetanów*, *Katarzynów*, *Kazimierzów*, *Legędzin*, *Ludwiczyn (Ludowiuoka)*, *Magdalenów*, *Maryanów*, *Mawryców*, *Nowyświat*, *Pelagia*, *Rembów*, *Stanisławów*, *Teodorów*, *Teresbór*, *Włodzimierz*, *Wygoda*, *Wysieradz*, *Zielonka*.

Zalessye, *Kyky*, *Carssow*, villae sub eadem parochiali ecclesia haereditariae, in quibus sunt agri praediales et curiae nobilium, ex quibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum in *Mikolajovicze*, ex agris vero emethonalibus spectat ad archidiaconatum *Unyeoviensem*; et pro plebano emethones nihil aliud solvunt praeter colendam per unum grossum.

Vodzirady, *Chorzeschow*, villae etiam sub eadem parochiali, in quibus ex omnibus et singulis agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad parochialem in *Mikolajovicze* et eius plebanum pro tempore existentem, ex agris vero emethonalibus provenit pro praepositura *Lanciciensi*; et plebano nihil aliud emethones solvunt praeter colendam de quolibet manso per unum grossum.

Item taxata est eadem ecclesia ad duas marcas argenti et solvit collectori camerae apostolicae denarii sancti Petri quatuor scotos et grossum pro quittance.

15. QWYATHKOVICZE.*)

Villa haereditaria nobilium et in eadem parochialis ecclesia tituli *sancti Nicolai* et *Dorotheae*, de iure patronatus laicorum haeredum in praedicta *Qwyathkovicze*, necnon in *Czarnysch*¹⁾ et *Czarnyska Volya*²⁾, quam pronunc obtinet honorabilis dominus *Martinus*, haeres in eadem *Qwyathkovicze*, qui prout ex antiquo pro sui subsidio et pastoralis curae administratione circa eandem ecclesiam servat vicarium manualement et ministrum, quos salariat iuxta posse, illis salaria providendo. Ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Qwyathkovicze minor* et alia *maior*³⁾, necnon *Lesznycza*⁴⁾, *Dobruchow*⁵⁾, *Wrzasszowa*⁶⁾, *Czarnysz* et *Czarnyska volya*. Quae quidem ecclesia pro nunc, prout antea, obtinet habetque pro dote et fundo infrascripta, videlicet imprimis in eadem villa et haereditate circa ecclesiam unam specialem aream ad partem meridionalem cum horto, et in eadem etiam est locus pro ministro seu schola; pro vicario vero area habet situm circa cimiterium in parte occidentali eiusdem ecclesiae cum horto parvo; item

*) *Kwiatkowiec*, wieś pierwiastkowo książęca, którą około roku 1280 *Leszek Czarny*, książę sieradzki, nadał na własność *Jawom* w nagrodę za ich wysługi znakomite w ojczyźnie (Nakielski, *Miechovia* f. 24. 25). Odtąd ciż *Jawowie Kwiatkowskimi* pisac się poczęli, używając herbu *Gryf*, wspólnego całej rodzinie *Jawów*. W końcu wieku XIV *Marcin Jawa Kwiatkowski*, syn *Mikolaja*, wystawił i uposażył kościół parafialny w *Kwiatkowicach* (Nakielski l. c. f. 25. cfr. *Niesiecki* l. c. II, 754), który w drugiej połowie wieku XVI *Anna Puczkowa* wdowa, dziedziczka miejscowa, gruntownie zrestaurowała i bogatemi sprzętami i aparatami opatrzyła, oraz dochody jego znacznie powiększyła z obowiązkiem odprawiania codziennie kursu *de Beata* (Nakielski l. c. f. 25). Dzisiejszy kościół murowany stanął w r. 1606 kosztem *Kaspra Puczka z Sarnowa* h. *Rola* pod tyt. *ś. Doroty* i *ś. Mikolaja* (Rubryc. cit. z r. 1879 f. 96). *Jakób Kozielski*, pleban tamtejszy, występuje w roku 1460 jako świadek przy pewnej czynności w konsystorzu *gnieźnieńskim* (Excerpta ex actis Consist. f. 457^b).

¹⁾ *Czarnyż*, ²⁾ *Czarnyżska Wola*, wsie do parafii należące. ³⁾ *Kwiatkowiec* i *Kwiatkowiecki*. ⁴⁾ *Leźnica*. ⁵⁾ *Dobruchow*. ⁶⁾ *Wrzasszawa*. Później przybyły osady: *Wandzin*, *Dobków pustk.*, *Podlesie*.

specialem agrum in haereditate praedicta *Qwyathkovicze* in campo versus *Czarnysch* iacentem in latitudine citra vel ultra viginti bissuleorum, penes agros praediales dominorum haeredum in eadem *Qwyathkovicze*, cum prato iacente in confinibus eiusdem agri plebanalis, necnon alium agrum seu campum agri in haereditate *Czarnysch*, dicto prato confluentem in latitudine citra vel ultra viginti quatuor bissuleorum, in longitudine vero citra vel ultra trium stadiorum, alias se protendentem progressive ad aliud pratum, cuius prati medietas spectat ad eundem agrum et plebanum in *Qwyathkovicze* et medietas ad haeredem in *Czarnysch* versus fluvium. Decima etiam manipularis in eadem villa *minori Qwyathkovicze* post omnes et singulos agros praediales et emethonales in toto spectat ad eandem ecclesiam et eius plebanum et conducunt eam emethones curribus eorum ex ipsorum agris absque quavis solutione decimae lini; de agris vero praedialibus plebanus curru proprio, et solvunt pro colenda de quolibet manso per unum grossum.

Czarnysch, villa sub ipsa parochiali in *Qwyathkovicze*, in qua villa nullum est praedium neque agri praediales, solum emethonales, de quibus omnibus, prout ex antiquo, datur solviturque decima pecuniaria de quolibet manso per decem grossos pro eadem ecclesia et plebano in eadem *Qwyathkovicze*, et percipit illam modo vicarius pro salario.

Wolya Czarnyska, villa sub parochia eadem in *Qwyathkovicze*, in qua decima manipularis tam ex agris praedialibus quam emethonalibus proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et eius plebanum, et conducunt eam emethones propriis curribus in locum decimalem absque solutione decimae lini, et pro colenda emethones tam in *Czarnysch* quam in *Wolya* praedicta solvunt de manso quolibet per unum grossum.

Leschnyjeza, villa sub eadem parochiali; in eadem est curia habens agros praediales, de quibus decima manipularis provenit pro eadem parochiali et plebano in *Qwyathkovicze*, et de emethonalibus pro praepositura *Lanciciensi*, emethonesque nihil aliud solvunt praedicto plebano, solum colendam de quolibet manso per unum grossum.

Qwyathkovicze maior, in eadem villa sub parochiali praedicta, in qua sunt speciales agri quondam praediales, in quibus sunt locati emethones, modo videlicet illos obtinent *Mathias Sdun* et *Stanislaus Troszka*, necnon taberna habens agros, quos tenet idem *Sdun*, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem in *Qwyathkovicze*, et conducunt eam emethones absque solutione decimae lini, quam modo percipit vicarius in partem salarii; de agris vero emethonalibus omnibus et singulis datur pro praepositura *Lanciciensi*, et pro plebano colendam similiter de manso per unum grossum solvunt.

Dobruchow, villa sub eadem parochiali, in qua modo sunt tres curiae nobilium agros praediales habentes, necnon certi emethones, videlicet *Petrus Okleka*, *Albertus Mazurek* et *Braly*, agros praediales possidentes seu colentes, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad parochialem praedictam et eius plebanum in *Qwyathkovicze*; praedictus *Braly* solum de uno campo solvit decimam praedictam, et conducit eam emetho locans decimam huiusmodi sine solutione decimae lini; de agris vero emethonalibus emethones dant decimam praeposito *Lanciciensi*, et plebano colendam solvunt de manso per unum grossum.

Wrzasszova, villa sub parochiali eadem, cuius incolae decimam pecuniam pro mensa archiepiscopali et pro plebano colendam per unum grossum de quolibet manso solvunt.

Item haec ecclesia taxata est ad viginti scotos argenti.

16. WYRZCHY.*)

Villa haereditaria nobilium et in ea parochialis ecclesia tituli *sancti Nicolai confessoris*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum de eadem *Wyrzchy*, ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Wyrzchy*, necnon *Piotrow*¹⁾, *Iwanye*²⁾, *Dzyerzazna*³⁾, *Chodaky*⁴⁾ et *Oruschyn*⁵⁾ haereditas deserta; quam pronunc obtinet honorabilis *Albertus de Chrzasthow* ex praesentatione de praefata *Wyrzchy* haeredum, qui propter paucitatem parochianorum et proventuum circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, non sufficit (sic) servare vicarium, solum ministrum, quem salariat iuxta posse. Quae quidem ecclesia habet pro dote et fundo modo, prout et antea, imprimis in eadem villa et haereditate *Wyrzchy* unam aream pro curia plebanali cum horto pro alodio, pomerio et aliis utilitatibus extra ecclesiam in villa; item unum mansum agri in quolibet campo, non tamen eiusdem mensurae, sicut in uno campo, sic in alio, sed differenter, quia in uno magis quam in alio, cum uno prato circa agros et inter prata dominorum haeredum iacente, de quo colligi solent aliquando septem aut sex currus foeni. Item et decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales, quam conducit, prout ex antiquo, plebanus curru proprio in horreum suum; ex agris vero emethonalibus decima provenit manipularis ad parochialem in *Nyemyslow*, et plebano in *Wyrzchy* seu ecclesiae missalia de quolibet manso per unum corum siliginis.

Chodaky, *Craschyno* et *Dzyerzazna*, villae sub parochiali eadem in *Wyrzchy*, in quibus villis sunt agri praediales et emethonales, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales spectat ad eandem ecclesiam parochialem et eius plebanum pro tempore existentem, et conducit eam plebanus propriis impensis aut curru proprio absque solutione decimae lini, praeter villam *Dzyerzazna*, ubi emethones ratione decimae lini de quolibet manso solvunt per duos grossos et pro colenda de eadem *Dzyerzazna* per unum grossum, quo

*) *Wierzchy*, wieś szlachecka, z starodawnym kościołem parafialnym, jak opis powyższy świadczy, wspomnianym po kilkakrotnie w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego* w drugiej połowie wieku XV (Acta Consist. Gnesn.). Obecny kościół drewniany wystawił w roku 1727 *Walenty Drogoński*, kanonik *uniejski*, pleban miejscowy, który w roku 1785 dziedzic *Jan Kanty Golembowski* w fundamentach podmurował i cały zrestaurował. W roku 1683 liczyła parafia tylko 300 dusz, dziś liczy ich przeszło 1600 (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 59).

1) *Piotrów*. 2) *Iwonie*. 3) *Dzierżazna*. 4) *Chodaki*. 5) *Kruszyn*. Przybyły później osady: *Annysin*, *Bratków Górny*, *Bronilas*, *Grabina*, *Kania*, *Młyn Pudłowski*, *Pudłów*, *Pudłówek*, *Żerniki*.

vero ad *Chodaky*, de quolibet agro per unum coretum avenae, quantum vero ad incolas *Iwanye* et *Piotrow*, per unum eorum siliginis et hortulani per unum eorum avenae.

Item taxata est dicta ecclesia ad viginti scotos argenti et solvit collectori camerae apostolicae pro denario sancti Petri duos grossos et unum pro quittance.

17. ZADZYM.*)

Villa haereditaria nobilium, et in ea parochialis ecclesia, tituli *sanctae Margarethae virginis*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum in praefata *Zadzim* et de *Wolya flaszczyna*, ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet *Zadzim*, *Rzeczicza utraque*¹⁾, *Ralewice*²⁾, *Wolya Sypynska*³⁾, *Wolya flaszczyna*⁴⁾, *Piotrachy*⁵⁾, *Rosczyessyn*⁶⁾, *Gorley*⁷⁾, *Zwyasthy*⁸⁾, *Othok duplex*⁹⁾, *Zalyessye*¹⁰⁾, *Zygry*¹¹⁾, *Conopczyna Wolya*¹²⁾. Quam quidem ecclesiam pronunc

*) *Zadzim*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Zadzimskich* (Niesiecki I. l. c. IV, 368), którym zapewne zawdzięcza kościół parafialny, wspomniany w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego* już na początku wieku XV. W roku bowiem 1416 dnia 23 maja pleban tamtejszy, *Stanisław*, świadczy przed sądem tegoż konsystorza w sprawie o dziesięciny z *Wielkiego Rylna*, należące do proboszcza *gnieźnieńskiego*, *Aleksandra*, księcia *mazowieckiego* (Excerpta ex actis Consist. f. 38). W dawnym kościele drewnianym pochowany był w roku 1538 *Jan Bużeniński z Bużenina*, gdzie miał pomnik marmurowy z tablicą miedzianą następujący noszący napis: „*Generoso domino Joanni de Buženin et in Ralawice (Ralewice) haeredi defuncto anno Domini 1538 die 22 Mrii et eiusdem fidae coniugi Catharinae de Dziatkowice, quae obdormivit in Domino anno Domini 1526, die decima quarta Januarii; parentibus suis longe charissimis Hieronymus Bużeniński, zupparius Cracovien. ac sacrae R. M. a secretis suae erga illos singularis fidei et amoris perpetuum munimentum erigi curavit anno Domini 1544*“ (Paprocki, Herby str. 462). W miejsce tego kościoła od starości upadłego *Aleksander z Otoka Zalewski*, podsekretarz *sieradzki*, późniejszy referendarz koronny, wystawił dzisiejszy piękny kościół murowany, który na jego prośbę arcybiskup *Jan Wężyk* wyniósł do godności prepozytury, ustanowiwszy przy nim kolegium mansjonarzy i wcieliwszy do nich utrzymanie dwa kościoły parafialne: w *Glinie* i *Brodni*, za co wspomniany fundator w swoim i następców imieniu zrzekł się prawa prezentowania na rzecz arcybiskupów *gnieźnieńskich*. Tę zmianę czyli nową erekcją zatwierdził król *Władysław IV* na sejmie walskim dnia 29 września roku 1641. Chrzcicielnicę w formie ołtarza i nowe organy sprawił swoim kosztem proboszcz miejscowy, *Izydor Dworzaniński* około roku 1780. Dzisiejszy rzadca kościoła wielce przyczynił się do przyozdobienia jego, położyłszy w nim marmurową posadzkę, odnowiłszy wszystkie ołtarze i t. p. We wsi parafialnej *Zygry* jest kaplica murowana, w końcu wieku zeszłego w miejsce dawnej drewnianej wystawiona, pod tyt. *ś. Wojciecha*; przez kogo pierwotnie i następnie fundowana, nie wiadomo. Nadto we wsi *Rzeczycy* była niegdyś kaplica drewniana wystawiona w roku 1770 kosztem *Macieja Rudnickiego*, dziedzica miejscowego i kanonika *uniejowskiego*, która przed kilkudziesięciu laty zniszczona została (Rubryc. cit. z r. 1877. f. 61. 62).

¹⁾ *Rzeczycza*, wieś prestymonialna kanonii *uniejowskiej* niegdyś fundowanej przez rodzinę *Rudnickich*, którzy tę wieś na ten cel darowali. ²⁾ *Ralewice*. ³⁾ *Wola Sypynska*. ⁴⁾ *Wola Flaszczyna*. ⁵⁾ *Piotrachy*. ⁶⁾ *Rosczyessyn*. ⁷⁾ *Górki Zadzińskie*. ⁸⁾ Osada dziś nie znana. ⁹⁾ *Otok*, dziś tylko jeden. ¹⁰⁾ *Zalesie*. ¹¹⁾ *Zygry*. ¹²⁾ *Wola* dziś *Zalewska*. Prócz wymienionych należą jeszcze do parafii osady: *Cegielnia*, *Grabina*, *Henryków*, *Hilarów*, *Huta Szklanna*, *Huta Rzeczycka*, *Marcinków*, *Ołwet*, *Pilki*, *Piła*, *Rozaliów*, *Rudniki*, *Skępczno*, *Szczawno*, *Rzeczycka Osada*, *Ustronie*, *Zielona Wygoda*.

obtinere venerabilis dominus *Felix Naropynsky*¹⁾, canonicus *Gnesnensis*, qui iuxta consuetudinem antiquam circa eandem ecclesiam servat, prout ex antiquo (sic), vicarium manualementem et ministrum, quos iuxta posse salariat; habetque eadem ecclesia pro dote et fundo ex antiquo infrascripta, videlicet primo et principaliter in eadem villa et haereditate unam aream cum hortis eidem adiacentibus cum curia, allodiis pro curia, pomeriis et aliis commoditatibus, et in eadem etiam erat situs vicarii et ministri, modo tamen domus vicarialis est in area altaristae altaris in *Powycz*²⁾ translata, et scholae domus in altera parte ecclesiae et cimiterii. Habet insuper in eadem haereditate quatuor mansos, alias *dzyaly*³⁾ de agro, videlicet tres in parte haereditatis haeredis eiusdem villae *Pruskowsky*, videlicet in qualibet divisione campi unum mansum eiusdem latitudinis et longitudinis sicut aliorum emethonum se protendentem et inter agros emethonales iacentem, cum pratis paucis eidem agris confinantibus, quartum vero mansum seu *dzyal* in sorte seu parte eiusdem villae *Flaska*⁴⁾ in postico areae plebanalis iacentem et ab eadem usque ad limites se protendentem; item prata, unum videlicet pratum parvum in silva, dictum *Pyska*, de quo colligi potest unus currus foeni, in haereditate vero villae *Othok* aliud speciale pratum, de quo colligi solent de foeno aliquando unus acervus, quod iacet in campo inter agros haeredum in ibidem, et aliud pratum in *Piotrachy* alias *Rosczyessyn*, super quod inter plebanum modo defunctum et haeredes lis pendebat et adhuc pendet indecisa. Item decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales in eadem *Zadzim*, videlicet quondam trium curiarum, in quorum parte agrorum praedialium sunt locati emethones, quos videlicet pronunc obtinent et colunt, videlicet *Nicolaus Klonek* et *Stanislaus Cowalyk* et *Vyeczek*, cuius ager exstat desertus, necnon et post tabernatorum agros dicta ecclesia et eius pro tempore plebanus habet et conducit eam plebanus curru proprio ex agris, qui adhuc pro curiis coluntur; ex agris vero inter emethones divisos emethones absque solutione decimae lini dant et conducunt in horreum plebani; ex agris vero emethonalibus decima manipularis spectat ad archidiaconum ecclesiae *Unyeoviensis*, quam archidiaconus opera sua et per suos factores conducit, et percipit ex emethonibus decimam lini de quolibet manso per duos grossos, plebano vero emethones dant et solvunt colendam de manso quolibet per unum grossum.

Zalyessye, *Zygry*, *Rzeczicza utraque*, *Othok utraque*, *Wolya flaszczyna* et *Wolya Sypynska*, ac *Conopczyna Wolya*, necnon *Piotrachy*, villae sub eadem parochiali in *Zadzim*, in quibus sunt agri speciales praediales, ex quarum villarum agris omnibus et singulis praedialibus decimae manipulares provenientes spectant pertinentque ad praedictam parochialem et eius plebanum et conducuntur per plebanum curru proprio; ex agris vero emethonalibus videlicet in *Zalyessye* et aliis suprascriptis pro ecclesia *Unyeoviensi*, videlicet archidiacono et aliis, et pro plebano nihil aliud datur, solum de quolibet manso emethones in eis residentes colendam per unum grossum.

¹⁾ *Felix Naropiński*, był potem dziekanem *kujańskim*, kanonikiem *krakowskim* i *poznańskim*, archidyakonem *łęczyskim* (Żywoty arcyb. i kanon. gnieźn. ks. Korytkowskiego Ms.). ²⁾ Powidz. O przeniesieniu tamdotąd altary patrz pod tem miastem. ³⁾ *Działy*. ⁴⁾ *Flaska* dziś nie istnieje, tylko *Wola Flaszczyna*.

Ralewicze, in eadem tam ex agris praedialibus quam emethonalibus decima manipularis in toto proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et conduit eam plebanus curru proprio tam post emethones quam agros praediales, et solvunt emethones decimam lini de manso per grossos duos et colendam more aliarum.

Gorley, Pyotrachy, Rosczyessyn et Zwyasthy, villae sub eadem parochiali, in quibus non sunt aliqui emethones, solum nobiles agros praediales possidentes, ex quibus omnibus villis et earum agris decima manipularis proveniens spectat in toto pro eadem parochiali ecclesia et eius plebano pro tempore existenti.

*Ponyathow*¹⁾, villa sub parochiali in *Goszonow*²⁾, in qua est curia habens agros praediales modo pro duabus curiis divisos, ex quibus agris praedialibus decimam manipulem praedicta ecclesia in *Zadzym, Goszonow* cum suprascripta in parochiali *Zadzym*, seu earum rectores eam alternatis vicibus percipiunt. Valor eius aestimatur ad unam marcā, et aliquando magis et aliquando minus.

*Wlyn*³⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Camyonacz*⁴⁾, in qua sunt speciales agri praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad praedictam parochialem ecclesiam in *Zadzym*, ex emethonalibus vero pro mensa archiepiscopali.

18. ROSSOSCHICZA.*)

Villa haereditaria nobilium et in ea parochialis ecclesia tituli *sancti Laurentii*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haereditum de eadem *Rossoschicza*, quam obtinet pronunc honorabilis *Petrus de Siradia*, ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, imprimis videlicet praefata *Rossoschicza, Rozdzaly*⁵⁾, *Lypyny*⁶⁾, *Boczky*⁷⁾, *Cobylya*⁸⁾, *Myedzwne*⁹⁾ et *Okraglicza*¹⁰⁾ haereditas deserta, eiusdemque

¹⁾ Pomiatów. ²⁾ Goszczanów. ³⁾ Wlyn. ⁴⁾ Kamionacz.

*) *Rossoszyca*, wieś szlachecka, miała kościół parafialny już na początku wieku XV; w roku bowiem 1416 na dniu 1 października rozprawia się *Wojciech*, pleban tamtejszy z *Jakobem*, plebanem z *Czarnocina* o dziesięciny w *Kale (Kal)* przed konsystorzem w *Gnieźnie* (Excerpta ex actis Consist. f. 34). W miejsce dawnego kościoła drewnianego, konsekrowanego, *Bogumił Pstrokoński*, chorąży *piotrkowski*, dziedzie miejscowy wystawił w roku 1770 nowy również drewniany, który w jedenaście lat potem w sobotę przed Zielonemi Świątkami w nocy roku 1781 stał się pastwą płomieni. W dwa lata później *Maksyma z Szembeków Pstrokońska*, wdowa po *Bogumile* wspomnianym, wystawiła na fundamencie kamiennym kościół drewniany, który na dniu 21 grudnia tegoż roku pobenedykował *Adam Smardzewski*, Jezuita, z upoważnienia konsystorza *lowickiego*. Z powodu szczupłego uposażenia swego kościół ten rzadko miał stałych rządców swoich, administrowany zwykle przez sąsiednich plebanów lub zakonników. Obecny rządcza jego wielce się przyczynił do restauracji i wewnętrznej jego ozdoby. W roku 1800 parafia liczyła dusz 494; dziś liczy ich przeszło 2140. Na cmentarzu parafialnym znajduje się kaplica publiczna murowana fundacji *Ignacego Pstrokońskiego*, dziedzieca *Rossoszyoy* (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 54).

⁵⁾ *Roźdzaly*. ⁶⁾ *Lipiny*. ⁷⁾ *Boczki*. ⁸⁾ *Kobyła Chmielowa*. ⁹⁾ *Miedźno*. ¹⁰⁾ *Okraglicza*, dziś w parafii *Chojne*. Prócz tego należą do parafii osady: *Bednarze, Boczki Nowe, Borek Lipiński, Chorażka, Góra, Gozdy, Józefka, Lasek, Lipina, Miedzo, Miłobądz, Pierzchnia, Raszelki, Szczawno, Ulesie, Urata*.

ecclesiae rector propter parochianorum paucitatem et proventuum ac decrecentiam, prout ex antiquo, circa eandem ecclesiam non servat vicarium, solum ministrum, quem salariat pro posse. Habet enim ipsa eadem ecclesia et eius rector proventus et obventiones infrascriptos, et primo in eadem villa et haereditate aream pro curia plebanali, necnon allodio, pomerio, ac aliis commoditatibus satis competentibus, curiae vicinam, et aliam aream pro ministro circa ripam piscinae; item et decimam manipulem post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales eiusdem villae *Rossoschicza*, quam emethones ex eorum agris conducunt curribus propriis absque solutione decimae lini, ex agris vero praedialibus plebanus curru proprio; emethones autem plebano colendam solvunt de manso quolibet per unum grossum. Item et agros videlicet in tribus campis et eorum in quolibet per unum mansum agri in longitudine, prout agri praediales et emethonales se protendunt, in latitudine vero octo bissulcorum, et iacent huiusmodi agri inter agros praediales ex una et emethonales parte ex altera.

Boczky, Cobylya et Lypyny, villae sub parochiali eadem, in quibus sunt agri speciales praediales ex antiquo, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum in *Rossoschicza*; ex agris vero emethonalibus emethones dant decimam ad parochialem in *Schadek*, solvunt tamen emethones parochialis praedictae rectori colendam de manso per unum grossum.

Okraglicza, quondam villa, nunc vero haereditas deserta, ex qua eiusque agris omnibus et singulis, prout ex antiquo, decima manipularis proveniebat, prout et modo ex agris, qui coluntur, pro parochiali eadem et eius plebano provenit.

Myedzwne, villa sub eadem parochia, in qua non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales, ex quibus emethones seu incolae solvunt loco decimae de quolibet manso per quinque grossos et non solvunt colendam, solum falestrant unum pratum plebani, alias hortum iacentem post tabernam, et aliud pratum ab eodem horto parum distante in decursu aquae, alias *smuk*, eiusdem ecclesiae plebano, quibus plebanus tenetur dare expensas diurnas; solum enim habet dicta ecclesia et eius plebanus praedictum hortum et in decursu praedicto aliud pratum et tertium pratum in borra inter prata emethonum; in *Rozdzaly* autem incolae pro dicta ipsorum parochiali ecclesia et eius plebano nihil aliud solvunt, solum colendam de manso quolibet per unum grossum.

*Slonkowo duplex*¹⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Wroblow*, necnon in *Cobylerzyczko maiori et minori*²⁾ etiam sub parochiali in *Wroblow*, in quibus villis sunt praedia haereditaria nobilium habentia agros speciales praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad praedictam parochialem et eius plebanum in *Rossoschicza*.

*Gdzykow*³⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Blasky*⁴⁾, in qua villa sunt agri praediales, de quibus decima solum manipularis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Rossoschicza* et eius plebanum pro tempore existentem, et conducitur per plebanum opera et impensa ipsius.

¹⁾ *Slonków Suchy i Slonków Mokry*, ²⁾ *Kobierzyczo*, wsie należące do parafii *wroblewskiej*.

³⁾ *Gzików*. ⁴⁾ *Blaszki*.

*Rzymko*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Milkowicze*²⁾, ex cuius villae (sic) decima manipularis proveniens spectat ex agris praedialibus curiae in ibidem duntaxat ad dictam parochialem in *Rossoschicza*.

*Kowale*³⁾, villa et in eadem est ecclesia parochialis, in qua villa de agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad praefatam parochialem et eius plebanum in *Rossoschicza* et conducitur opera plebani.

Item taxata est ecclesia eadem ad viginti scotos argenti et solvit collectori camerae apostolicae pro denario sancti Petri duos scotos et unum grossum pro quittantia.

16. MANKA.*)

Villa regalis ad castrum *Siradiense* pertinens, et in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Adalberti*, de iure patronatus et praesentandi regiae majestatis,

¹⁾ *Rzymko*. ²⁾ *Milkowice*. ³⁾ *Kowale*.

*) *Męka*, wieś królewska z kościołem parafialnym według tradycyi powszechnej na tem miejscu wystawionym, na którym niegdyś *ś. Wojciech*, udający się rzeką *Wartą* do *Gniezna*, mszą *ś.* odprawił i lud w zasadach wiary *ś.* pouczał. Pierwiastkowo wystawiono na tem miejscu krzyż na pamiątkę, a następnie kaplicę drewnianą; nareszcie król *Władysław Jagiello* z wdzięczności ku Bogu za świetne zwycięstwo nad Krzyżakami pod *Grunwaldem* odniesione w miejsce owej kapliczki wybudował piękny kościół z drzewa modrzewiowego, jak dotąd opiewa tablica kamienna umieszczona w oltarzu w. z odnośnym napisem. Że król wspomniany tu właśnie dzwignął świątynię Pańską na pamiątkę tego ważnego w dziejach polskich wypadku, do tego spowodowało go zwycięstwo szlachty *sieradzkiej* pod przywództwem *Zaremby* nad tymi zaciętymi Polaki wrogami na tem miejscu niegdyś odniesione. Kościół przez siebie wystawiony i hojnie uposażony oddał tenże król w porozumieniu z arcybiskupem *Mikołajem Trąbą* pod zarząd kanoników regularnych laterańskich, których opatrzył sześciu włokami najlepszej ziemi w *Męce*, karczma, młynem *Krępa* i drugim młynem z łąkami i ogrodami, łąkami w *Męce* i *Rudzie*, 2½ włokami lasu, dziesięcinami wytycznemi z *Wóznik* i *Męki*. W roku 1570 beneficjum to wcielone zostało do kolegiaty *ŚŚ. Trójcy* w *Sieradzu*, która utrzymywała tam tylko wikaryuszów, niedbających o dobro kościoła, w skutek czego świątynia *jagiellońska* zupełnie podupadła. Ulitował się nad nią *Andrzej Trzebiecki*, biskup *krakowski*, który w niej chrzest *ś.* otrzymał, urodziwszy się we wsi *Męce*; polecił krewnemu swemu wystawić w jej miejsce nowy kościół murowany, lecz ten, żałując wydatków, zamiast murowanego drewniany postawił, w tej nadziei, że biskup sędziwy nie będzie już oglądał dzieła swego. Inaczej się przecieży stało. Biskup zapowiedział niespodzianie odwiedzin miejsca swego rodzinnego i wystawionego tam przybytku Pańskiego. Krowny, dowiedziawszy się o tem, w przeciagu dwóch miesięcy kazał ów kościół drewniany zewnątrz obmurować cegłą paloną, aby się z cheiwością swoją nie wydać. Tym sposobem kościół rzeczony jest dotąd zewnątrz murowany, wewnątrz zaś drewniany. Konsekrował go w roku 1722 *Franciszek Kraszkowski*, suffragan *gnieźnieński*. Nowe ołtarze, organy, konfesyonaly, chrzcielnicę kamienną i t. p. sprawił swoim kosztem *Andrzej Urbański*, kanonik kolegiaty *sieradzkiej*, który był miejscowym plebanem od roku 1756. Kanonicy regularni przez króla *Władysława* do *Męki* sprowadzeni przeniesieni zostali w roku 1458 do kościoła *ś. Mikołaja* w *Kaliszu*. Odtąd aż do roku 1570, w którym arcybiskup *Uchański* wcielił beneficjum w *Męce* do kolegiaty *sieradzkiej*, zawiadowali niem kapłani świeccy, od roku zaś 1570 aż do zniesienia tejże kolegiaty utrzymywani tam byli tylko z ramienia jej komendarze. Kościół przez *Trzebieckiego* wystawiony z szkodliwych i zabiegów obecnego swego rządcy w dobrym znajduje się stanie, który go całkiem zrestaurował, wewnątrz odnowił, ołtarzami, obrazami i nowymi organami przyozdobił, wydawszy na to przeszło 3000 rubli. Nadto częścią swoim nakładem częścią z składek parafian wystawił nową plebanią (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 52. 53).

quam pronunc obtinet venerabilis dominus *Mathias Goreczky*¹⁾ canonicus *Calissiensis* ex praesentatione serenissimi *Sigismundi* regis Poloniae. Ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Manka*, necnon *Vosnyky*²⁾, *Padlanzyce*³⁾, *Polkow*⁴⁾, *Czechy*⁵⁾, *Trzebyczna*⁶⁾, *Volya manczka*⁷⁾, *Borowskye*⁸⁾ et *Ruda*⁹⁾. Cuius quidem ecclesiae plebanus seu rector ex antiquo pro sui subsidio et pastoralis curae administratione servat unum vicarium et ministrum, quos salariat; habetque pro dote et fundo in eadem villa et haereditate, imprimis partem situs villae circum circa plebanali, necnon pro duobus emethonibus versus villam et pro taberna, hortulano et schola et vicario ac in eisdem pronunc domos emethonum, tabernae, hortulani, scholae et vicarii cum hortis necnon pratis quoad curiam plebanalem et emethones, necnon et tabernac ac hortulano adiacentibus; necnon protensive sine quavis interruptione idem spatium se continuat ab utraque (parte) fluvii seu torrentis dicti et appellati *Crampa*¹⁰⁾ seu *Trzebyczna*, usque ab una parte ad haereditatem et limites *Maczka Wolya* et molendinum dictum *Crampa*, et ab alia parte fluvii praedicti usque ad finem ad ripas piscinae eiusdem molendini fines (sic), de cuius molendini ex quadam ordinatione medietas ratione transpositionis in ripam haereditatis *Maczka Wolya* pertinet ad eandem ecclesiam et plebanum in *Maka*, quod ante transpositionem pertinebat in toto ad dictam parochialem et plebanum, iacetque dictum spatium pertinens ad parochialem in *Maka* inter vias, ab una parte quae ducit in *Volya* et ab alia in *Trzebyczna*, alias ad molendinum praedictum *Crampa*, et in eodem spatio habet eadem ecclesia et plebanus aliam piscinam cum molendino, necnon et prata certa pro curia plebani et tabernatore, hortulano et molendinatoribus seu molendinis praedictis, et solvuntur pro censu ex molendino *Crampa* praedicto per molendinatorem pro parte plebani tres fertones et tres fertones pro haerede in *Maczka Wolya*, de molendino vero inferius iacente manuali tantum quantum locari et conduci potest. Habet insuper alia prata, videlicet unum inter prata emethonalia emethonum de villis *Maka* et *Ruda*, praeter prata emethonalia ad emethones concernentia, aliud vero iacet inter pascua communia post campum sub villa *Vosnyky*¹¹⁾ et versus *Siradiam* iacentem; item in agris plebanum in eadem villa et haereditate *Maka* concernentibus et inter emethonales agros eiusdem villae iacentibus locati sunt duo emethones, taberna et hortulanus, et in certis pratis eosdem agros concernentibus, et solvit quilibet emetho pro censu omni anno per tres fertones, per duos gallos, viginti ova, per unam mensuram avenae, tabernator vero per mediam marcam et hortulanus per fertonem, tenenturque emethones omni septimana laborare per unam diem et tabernator per mediam diem, dum et quando facit labores cum pecoribus, curru ut emethones, quando vero pedester, tenetur per totam diem ut hortulanus per totam diem (sic) laborare. Decima etiam manipularis post omnes et singulos eiusdem villae agros spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Manka*, et conducit eam

¹⁾ *Maciej Gborecki*. ²⁾ *Wózniki*. ³⁾ *Podłężyce*. ⁴⁾ *Polków*. ⁵⁾ *Czechy*, dziś w parafii *Zduńska Wola*. ⁶⁾ *Trzebieczka*, dziś w parafii *korczewskiej* (Ostrowidz król. Pol. II, 230). ⁷⁾ *Wola Męka*. ⁸⁾ *Borowskie*, dziś w parafii *męckiej* nie istnieje. ⁹⁾ *Ruda*. Przybyła później osada *Czwartki*. ¹⁰⁾ *Krępa*. ¹¹⁾ *Wózniki*, wieś do parafii należąca.

plebanus curribus propriis, cui emethones de quolibet manso ratione decimae lini solvunt per duos grossos et colendam per unum grossum, et similiter scultetus.

Polkow, Czechy, villae sub eadem parochiali regales, de quarum omnibus et singulis agris tam emethonalibus quam scultetialibus decima proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam parochialem, et conducit eam plebanus curru proprio in loca decimationis, et emethones plebano solvunt ratione decimae lini de manso quolibet per duos grossos et pro colenda per unum grossum.

Podlanzyce, villa haereditaria nobilium, in qua sunt curiae nobilium habentes agros praediales speciales, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales, necnon uno campo *Rzektha*, iacente versus *Podlanzyce*, proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam parochialem in *Maka* pro salario et cum colenda per unum grossum de quolibet manso.

Borowskie villa, in qua solum est curia nobilis et hortulanus pro hac vice; de cuius villae omnibus et singulis agris (decima) spectat et pertinet ad praedictam parochialem et eius plebanum in praefata *Maka*, et conducit eam plebanus curru proprio.

Ruda, Volya Maczka, villae etiam sub eadem parochiali, in quibus emethones seu incolae ex quadam institutione haeredum loco decimae solum solvunt de quolibet manso per quatuor grossos, et sunt in qualibet earum per duodecim lanei.

Trzebyczna, villa in parte maiori regalis et in parte haereditaria, de cuius villae decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus seu haereditariis nobilium et scultetiae proveniens spectat ad parochialem in *Maka*, et percipit eam minister pro salario, ex agris vero emethonalibus, alias ex parte, datur decima manipularis pro mensa archiepiscopali.

Wosnyky, villa regalis, in eadem sunt certi agri praediales, de quibus solum decima manipularis proveniens spectat ad dictam parochialem ecclesiam in *Maka*, ex agris vero emethonalibus datur pro altarista *Gnesnensi*, et quoad scrutum seu milium datur pro mensa archiepiscopali pro castro *Unycoviensi*; solvunt tamen emethones colendam de quolibet manso per duos grossos plebano.

*Wojslawicze*¹⁾, villa regalis sub parochiali in *Korczow*²⁾, in qua decima manipularis post omnes et singulos agros praediales spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Maka*, ex agris vero emethonalibus pertinet ad parochialem in *Czarymyerz*³⁾.

*Dzwygorzow*⁴⁾, villa regalis sub parochiali in *minori Charlupya*⁵⁾, in qua decima manipularis post omnes et singulos agros praedii regalis et hortulanarum proveniens spectabat ex antiquo et modo spectat ad parochialem in *Maka* et ad eius plebanum, modo tamen pendet causa indecisa super eadem in curia *Gnesnensi* inter plebanum dictae parochialis in *Maka* et *Charlupya*, post latam sententiam per reverendissimum dominum *Joannem de Lasko*, archiepiscopum et primatem *Gnesnensem*, pro parte parochialis in *Maka*; ex aliis vero agris, videlicet duobus campis emethonalibus datur pro mensa archiepiscopali, et de tertio pro parochiali in *Charlupya*.

*Garbow*⁶⁾, villa hospitalis *Siradiensis*, quondam per magnificentissimum dominum *Joannem Zarembo* de *Calynova*, palatinum *Calissensem* de facto occupata tyran-

¹⁾ *Wojslawice*. ²⁾ *Korczew*. ³⁾ *Kaźmierz*. ⁴⁾ *Dzigorzew*. ⁵⁾ *Charlupia*. ⁶⁾ *Garbów*, wieś należąca do parafii *Kalinowa*.

nide¹⁾ ac post depositionem emethonum in praedium appropriata, in eadem de duobus mansis, in quibus sedebant quidam cantor et quidam alius emetho, decima manipularis ex antiquo spectabat et spectat ad ecclesiam parochialem in *Maka* et eius plebanum, et de aliis vero agris ex donatione archiepiscopi *Gnesnensis* ad mansionarios in *Calynova*.

Item haec capella seu ecclesia taxata est ad tres marcas argenti.

20. GLYNNO.

Villa regalis et in eadem parochialis ecclesia tituli *sancti Viti*, matrix, necnon in *Brodnya*²⁾ alia ecclesia tituli *sancti Stanislai* filialis, unam tamen utraque parochialem et parochiam repraesentantes et constituentes, de iure patronatus et praesentandi regiae maiestatis, ad quam iure parochiali ex antiquo villae infrascriptae spectant et pertinent, videlicet praefata *Glynno*, *Dzyerzazna*³⁾, *Brzeg*⁴⁾, *Brodnya* et *Lubolya*⁵⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Fabianicze*, actu presbyter, qui, prout ex antiquo, pro sui subsidio et curae pastoralis administratione circa praedictam filialem ecclesiam in *Brodnya* vicarium et circa utramque ministrum servat, quos salariat, habetque pro dote et fundo eadem ipsa ecclesia et ipsius rector, quorum modo extat in possessione, videlicet fructus et proventus infrascriptos, et primo in praefata villa et haereditate *Glynno* specialem aream pro curia, allodio et horto satis competentem circa ecclesiam et ex opposito eiusdem versus orientem sitam, item et aliam pro ministro versus occidentem iacentem, item agros videlicet in campis hinc inde inter agros emethonales per quatuor bissulcos et aliquoubi per unum bissulcum divisos et se protendentes in longitudine, prout agri emethonales se protendunt, praeter accrescentias alias *przymyarky*; item unum pratum satis magnum in litore fluvii *Wartha* iacens, de quo colligi solent de foeno duo acervi, aliquando magis, aliquando minus; item et decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales, necnon tabernae et hortulanarum, quam percipit minister pro salario in eadem *Glynno*; ex agris vero emethonalibus omnibus et singulis datur decima ad ecclesiam collegiatam *sancti Michaelis* in *Ploczko* pro praeposito, pro plebano vero in ibidem emethones solvunt de manso quolibet per unum grossum.

Dzyerzazna, villa praepositi *sanctae Trinitatis* castri *Siradiensis*, in qua sunt duo lanei scultetiales, quos pronunc possidet *Mathias Broda*, de quibus duo-

¹⁾ Cfr. uwagi przy opisie kościoła w *Kalinowej*.

²⁾ *Glinno*, wieś królewska z starodawnym kościołem parafialnym niezawodnie przez królów polskich fundowanym, do którego od niepamiętnych czasów affiliowany został kościół niegdys parafialny w *Brodni*, oba zaś w roku 1636 lub 1637 przez arcybiskupa *Jana Wężyka* do kościoła w *Zadzimiu* wcielone na powiększenie dochodów świeżo wtedy tam ustanowionej prepozytury i collegii mansyonarzów, odłączone zostały od tegoż kościoła w roku 1866, i w prawdzie w ten sposób, że kościół w *Brodni* ustanowiony został jako parafialny, a kościół w *Glinnie* przydany mu jako filia. Obadwa kościoły drewniane, nie wiadomo kiedy wystawione, zrestaurowane zostały w roku 1860 i wewnątrz starannie przyozdobione przez ówczesnego wikarynsza, *Romana Kalinowskiego* (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1877 f. 85. 86).

³⁾ *Brodnia*. ⁴⁾ *Dzierma*. ⁵⁾ *Brzeg*. ⁶⁾ *Lubola*. Prócz tych należą jeszcze do parafii osady: *Dąbrowa Lubolska*, *Ferdynandów*, *Jadwiczna Stara*, *Jadwiczna Nowa*, *Jósefska*, *Prusno*, *Zagórki*.

bus mansis decima manipularis proveniens spectat ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Glynno* et percipit eam minister pro salario ad arbitrium plebani, et colendam de quolibet manso per unum grossum; decima vero de emethonalibus agris pecuniaria, videlicet per unum fertonem de quolibet manso, pro mensa archiepiscopali.

Brzeg, villa regalis sub eadem parochiali in *Glynno*, de cuius villae duobus campis et de tertio campo decima manipularis in toto spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Glynno* et conducunt eam emethones eorum curribus in haereditatem *Glynno* et dotem plebanalem absque solutione decimae lini; et solvunt nihilominus emethones colendam de quolibet manso per unum grossum, de duabus vero partibus tertii campi decima manipularis datur pro decano *Lanciciensi*, quam similiter conducunt emethones eorum curribus in eadem haereditate ad locum locationis decimae.

Brodnya, villa regalis et in eadem praedicta filialis ecclesia, in qua villa praedicta ecclesia et eius plebanus in *Glynno* habet pro dote et fundo duos emethones, habentes unum mansum agri, et solvit quilibet de suo medio manso pro censu annuali per unam sexagenam pecuniarum, et laborant per annum per quatuordecim dies labores per plebanum designandos; item et unam tabernam, et solvit tabernator pro censu annuali per quadraginta grossos et laborat solum duos dies in anno; item et hortulaniam unam, in qua sunt locati hortulani duo, qui pro censu solvunt unam sexagenam et tres dies laborant; habent enim praedicti tabernator et hortulani specialem partem agrorum. Decima etiam manipularis post omnes et singulos (agros) praediales, necnon hortulaniarum et praedictae plebanalis tabernae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum; cuius partem, videlicet post omnes hortulanas et tabernam praedictas, plebanus dat pro salario vicario in ibidem curam animarum et sacramenta ecclesiastica administranti, residuum vero, videlicet ex agris praedialibus, pro se tollit. Colendam etiam post omnes et singulos emethones plebanus de quolibet manso per grossum recipit et vicarius post hortulanos et tabernas; ex agris vero emethonalibus, necnon tabernarum, praeter plebanalem superius descriptam, decima manipularis in toto spectat ad decanum ecclesiae *Lanciciensis*, quam conducunt incolae propriis curribus absque solutione decimae lini.

Lubolya, villa regalis sub parochiali eadem in *Glynno*, in qua emethones ex omnibus et singulis agris eorum pro dicta ipsorum parochiali et plebano solvunt loco colendae missalia de quolibet manso per unum corum siliginis et unum avenae; ex agris vero advocatae seu scultetiae loco decimae manipularis dantur maldratae, videlicet decem octo coros (sic) siliginis et decem octo avenae; decimam vero manipulare ex agris emethonalibus percipit decanus ecclesiae collegiatae *Lanciciensis*.

21. PYACZNOW.*)

Villa haereditaria nobilium et in ea parochialis ecclesia tituli *sanctae Catharinae*, de iure patronatus laicorum haeredum in eadem *Pyacznow*, ad quam iure

*) *Pięczniów*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Pięczniowskich* albo *Pięcznowskich* h. *Korab*, do której należy *Marcin Pięcznowski*, kanonik *kujawski* i opat *hebdowski* † 1630. (*Niesiecki*, *Korona III*,

parochiali pertinent villae infrascriptae, videlicet praefata *Pyacznow*, *Popow*¹⁾, *Rudnyki*²⁾, *Popowska Wolya*³⁾ et *Syedlantkowo*⁴⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus de Zwysthowicze*, qui propter defectum proventuum et parochianorum paucitatem non servat circa eandem ecclesiam, nec consuevit vicarium servare, solum ministrum; habetque dicta ecclesia et eius rector pro dote et fundo, et primo in eadem villa et haereditate imprimis aream pro curia plebanali et alodio cum horto usque ad paludem se protendentem et aliam aream pro ministro circa ecclesiam; item per unum mansum agri habet in quolibet campo in longitudine et latitudine se protendentem, prout et emethonales se protendunt, et iacet inter agros emethonales; item et pratum satis magnum pro conditione plebani circa limites haereditatis *Popowo* et penes pratum haeredis ex altera parte iacens, de quo colligi possunt et solent citra vel ultra tres acervi de foeno. Decima etiam manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales eiusdem villae proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum, et conducit eam plebanus curru proprio in horreum suum, cui solvunt emethones decimam lini de manso per duos grossos et colendam per grossum.

Popowo, *Rudnyki*, villae sub parochiali eadem, in quibus sunt agri praediales ex antiquo ab agris emethonalibus distincti, de quibus agris praedialibus in utraque villa decima manipularis proveniens spectat ad parochialem et eius plebanum in *Pyacznow*, et conducit eam plebanus curru proprio; de agris vero emethonalibus in *Popowo* pro mansionario collationis capituli ecclesiae collegiatae *Lanciciensis*, in *Rudnyky* vero pro canonicatu et praebenda collegiatae *Unyeviensis*, quos pronunc dominus *Nicolaus Czepel* obtinet, decimae spectant et pertinent, et nihil aliud emethones et incolae in eisdem villis pro praedicta parochiali ecclesia et eorum plebano solvunt, solum colendam de qualibet domo in *Popowo* per unum grossum, in *Rudnyki* vero quilibet agrum colens integrum aut medium per unum grossum, tabernatores vero et hortulani per medium grossum.

Popowska Wolya, sub eadem parochiali villa deserta, in qua solum est unicus emetho possessionatus et in eadem quondam villa nunc vero haereditate deserta fuit et modo est unus mansus advocatae seu scultetialis, de quo manso solum decima manipularis proveniens spectabat et spectat pro eadem parochiali et eius plebano, ex emethonalibus vero pro praefata mansionaria, prout et in *Popowo*.

584), z kościołem parafialnym, zapewne przez tęż familią fundowanym, lecz nie wiadomo kiedy. Akta konsystorskie wspominają o nim w drugiej połowie wieku XV (Arch. Consist. Gnesn.). Dzisiejszy kościół drewniany zawdzięcza byt swój dziedzicowi miejscowemu, *Tomaszowi z Głogowa Kossowskiemu*, który go w roku 1761 w miejsce dawnego spustoszonego własnym nakładem wystawił. Parafia liczyła w roku 1790 940 dusz, dziś ma ich przeszło 2650 (Rubryc. dycc. kuj.-kal. z r. 1877 f. 95).

1) *Popów*. 2) *Rudniki*. 3) *Wola Popowska*, dziś nieznana. 4) *Siedlątków* z kościołem dawniej parafialnym, nie wiadomo przez kogo fundowanym, dziś filialnym, murowanym, pod tyt. *ś. Marka Ewangelisty* w miejsce podupadłego drewnianego przez dziedzica miejscowego po roku 1683 wystawionym, gdyż wizyta z tego roku wspomina o kościele drewnianym. Kościół ten stanął pierwotnie z powodu obrazu *N. Maryi P.* powszechnie za cudowny uważanego, który się tam miał zjawić. Oprócz kościoła obrazu powstała w roku 1876 na cmentarzu parafialnym kaplica murowana na cześć *N. Maryi P.*, która się tam również miała objawić, zbudowana z ofiar wiernych (Rubryc. cit. f. 95. 96). Oprócz wymienionych należą jeszcze do parafii osady: *Dąbrowa Nowa*, *Dąbrowa Stara*, *Jesion*, *Karólew*, *Krawczynki*, *Lysz-kowice*, *Nerki*, *Osowiec*, *Przywidz*, *Wielkopole* i *Wylaszów*.

Syedlanthkow, villa sub eadem parochiali et in eadem est curia habens agros praediales, ex quibus solum decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem in *Pyacznow* et eius plebanum, ex agris vero emethonalibus proveniens pertinet pro praepositura *Unyeoviensi*, de qua villa emethones nihil aliud solvunt pro parochiali eorum et eius plebano, solum colendam de quolibet manso per grossum unum; item in eiusdem villae haereditate praefata ecclesia in *Pyacznow* et eius plebanus habet per medium mansum agri in quolibet campo, quem agrum conducit (sic) pro posse, item et certam partem silvae.

Item in eadem villa alias extra villam habetur oraculum seu capellania sub titulo *sancti Marci* per haeredes eiusdem villae iam dudum erectum, fabricatum et fundatum, cuius quidem oraculi capellanus habet speciale fundum, videlicet aream specialem et unam villam dictam *Lyekaschyno*¹⁾ sub parochiali in *Vyelanow*²⁾ cum omni iure, dominio et proprietate, censibus et utilitatibus universis; cuius capellaniae praebendarius servat circa dictum oraculum continue capellanum et salariat pro posse; et eiusdem collatio seu ius patronatus spectat ad praedictos certos patronos laicos.

Item taxata est eadem ecclesia ad duas marcas argenti et solvit collectori camerae apostolicae denarii sancti Petri per undecim grossos et grossum pro quittantia.

22. DRUSBYN.*)

Villa haereditaria et in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Stanislai*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum in eadem *Drusbyn*, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes Rudnyczky*, qui, prout ex antiquo, circa eandem ecclesiam pro sui subsidio et pastoralis curae administratione servat unum vicarium manualet et ministrum; ad quam iure parochiali villae infrascriptae spectant, videlicet praefata *Drusbyn*³⁾, *Rzektha*⁴⁾, *Borky*⁵⁾, *Wolya Pomyanova*⁶⁾, *Carchowo duplex*⁷⁾, *Zawady*⁸⁾, *Suchorzyno quadruplex*⁹⁾; habetque eadem ecclesia et eius

¹⁾ *Lekoszyn*. ²⁾ *Wilamów*.

*) *Drużbin*, wieś szlachecka, gniazdo familii *Drużbińskich* (Niesiecki l. c. II, 97. Okolski, Orbis Pol. I, 421), na początku wieku XVI własność *Rudnickich*, a w drugiej połowie tegoż wieku *Zadzików* h. *Korab*, gdzie się w roku 1582 urodził *Jan Zadzik*, biskup *krakowski* (Rubryc. dyec. kuj. kal. z roku 1787 f. 46). Kościół parafialny także zapewne przez *Drużbińskich* fundowany istniał co najmniej już w początku wieku XV. W roku bowiem 1444 toczył się przed sądem konsystorza *gnieźnieńskiego* spór o prawo prezentowania plebana pomiędzy dziedzicami *Drużbina*, *Grabna* i t. d. po śmierci rządcy tegoż kościoła (Excerpta ex actis Consist. f. 276^b). Pierwotnie był kościół *drużbiński* drewniany, który gdy na początku wieku XVII zaczął się z starości chylić ku upadkowi, *Jakób Zadzik*, biskup *krakowski*, wystawił w roku 1630 piękny kościół murowany, który sam w roku 1635 uroczystie konsekrował. Kościół ten dotąd istniejący za usilnem staraniem obecnego rządcy swego zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony, w roku 1876 nowe otrzymał organy, na które za cny kmieć z parafii, *Idzi Szymański*, ofiarował 10,000 złt. (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 46. cfr. Niesiecki l. c. IV, f. 637).

³⁾ *Drużbin*. ⁴⁾ *Rzektha*. ⁵⁾ *Borki*. ⁶⁾ *Wola Pomianowa*. ⁷⁾ *Charchów Szlachecki* i *Charchów Książ*. ⁸⁾ *Zawady Szadkowskie A i B*. ⁹⁾ *Suchorzyn*, dziś tylko jeden. Przybyły później osady: *Alfonów*, *Antonina*, *Dybow*, *Ursulin*, *Zarębow*.

pro tempore plebanus pro dote et fundo, et primo eadem in villa et haereditate imprimis unam specialem aream pro curia plebanali cum horto eidem adiacente, cum prato eiusdem adiacente (sic), necnon et duas alias areas pro vicario et ministro praedictae areae plebanali vicinas; item agros speciales in triplici campo in latitudine et longitudine differentes, quia in uno campo habet viginti bissulcos citra vel ultra, in aliis vero minoris latitudinis, sed protensionis eiusdem, prout emethonales agri se protendunt. Hortulania etiam aliquando fuit emensurata ex latitudine areae plebanalis. Decima etiam manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum et conducunt eam emethones ex agris eorum curribus propriis; de agris autem praedialibus plebanus conducit curru proprio, et solvunt emethones nihilominus loco colendae de quolibet manso per unum corum avenae et tabernatores per unum grossum.

Borky, *Pomyanova Wolya*, *Rzektha*, *Suchorzyno quadruplex*, villae sub eadem parochiali, de quibus villis et earum agris tam praedialibus quam emethonalibus omnibus et singulis decimae manipulares provenientes spectant ad praedictam parochialem et eius plebanum in *Drusbyn* et conducunt eas emethones ex agris ipsorum curribus propriis absque solutione decimae lini; ex agris vero praedialibus conducit eas plebanus curru proprio. Solvunt etiam emethones colendam de manso quolibet per unum corum avenae ex omnibus villis et hortulani per medium grossum.

Carchowo minor, alias nobilium, villa sub parochiali eadem, de cuius villae omnibus et singulis agris praedialibus et emethonalibus praeter unum medium mansum agri, quem pronunc possidet *Stanislaus Chodak*, decima manipularis spectat proveniens ad eandem parochialem et plebanum in *Drusbyn*, et conducunt eam emethones ipsorum curribus, de agris vero praedialibus plebanus curru proprio; de dicto vero medio manso emethonali decima manipularis pertinet ad archidiaconum in *Unyeow*, quam recipiunt in *Carchowo* maius villam fundi archidiaconalis, et nihilominus emethones solvunt eidem ecclesiae et plebano pro colenda de quolibet manso per unum corum siliginis. In *Carchowo* verò maiori praedicto archidiaconali praefata ecclesia in *Drusbyn* et eius plebanus nihil aliud habet, solum emethones de quolibet manso loco colendae solvunt per unum corum avenae et decimam manipularem pro archidiacono.

Zawadky, villa sub eadem parochiali in *Drusbyn*, in qua decima manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum in *Drusbyn*, de agris vero emethonalibus ad archidiaconum *Unyeoviensem*; solvunt etiam emethones dictae eorum parochiali pro colenda per unum corum siliginis de quolibet manso possesso.

*Rosdzaly*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Rossoschieza*²⁾, de cuius villae agris omnibus et singulis praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad parochialem ecclesiam praefatam in *Drusbyn*, quam plebanus conducit curru ipsius proprio aut alias opera eius.

Item taxata est haec capella (sic) ad duas marcas argenti, solvit etiam collectori denarii sancti Petri sex grossos et septimum pro quittantia.

¹⁾ *Roźdzaly*. ²⁾ *Rossoszyca*.

23. NYEMYSŁOW.*)

Villa archiepiscopalis et in ea parochialis ecclesia tituli *sancti Michaëlis*, de provisione archiepiscopi *Gnesnensis* pro tempore existentis, quam pronunc obtinet honorabilis *Jacobus de Wolborz* ex provisione reverendissimi domini *Joannis* dei gratia archiepiscopi et primatis *Gnesnensis de Lassko*, alias suae paternitatis vicarii in spiritualibus, qui pro hac vice propter decrescentiam proventuum et parochianorum circa eandem ecclesiam pro sui subsidio et curae pastoralis administratione, prout ante, non servat vicarium, solum ministrum; ad quam iure parochiali villae infrascriptae spectant et pertinent, videlicet praefata *Nyemyslow*, *Borzewyczko*¹⁾, *Lubyschovicze Volya*²⁾, *Lyskowska Volya*³⁾, molendinum dictum *Kziazy mlyn*⁴⁾, molendinum *Borowy*⁵⁾, molendinum *Leszny*⁶⁾, *Zaspy*⁷⁾, *Crampa*⁸⁾, *Smyachowo*⁹⁾. Quae quidem ecclesia et eius plebanus habet pro dote et fundo ex antiquo, et modo est in possessione, infrascripta, videlicet primo et principaliter in eadem villa et haereditate unam aream satis latam et spatiosam in latitudine ex una parte ecclesiae pro curia plebanali et eius allodio, necnon vicario ac ministro, necnon taberna circa viam, quae vadit in *Unyeow*, sufficientem; item hortum in latitudine satis spatiosum, non tamen in longitudine, ex altera parte ecclesiae versus meridiem iacentem, in cuius parte dicuntur aliquando fuisse hortulani; protenditur enim eiusdem horti latitudo, prout se protendit area plebanalis in alia parte ecclesiae sita. Item habet agros in quolibet campo, videlicet in campo versus villam *Porczyny* duos mansos cum medio, item ex opposito areae dotis plebanalis duos mansos, in tertio vero campo versus *Borzewyczko* iacente unum mansum agri, inter agros cmethonales iacentem, protendentem se in longitudine, prout agri cmethonales se protendunt et extendunt; prata etiam inter agros eisdem et in confinibus eorundem iacentia. Item in eadem villa non fuit praedium aut agri praediales, sed solum agri cmethonales et advocatiales, tamen propter desertationem eiusdem villae, ut dicitur, *Jacobus de Syenno* olim archiepiscopus *Gnesnensis* pro utilitate mensae archiepiscopalis, seu suae paternitatis tunc capitaneus *Unyeoviensis* locavit praedium et pro eodem agros cmethonales desertos coli ordinavit, prout eodem modo ex eadem ordinatione pronunc etiam coluntur, et ad arbitrium archiepiscopi pro tempore existentis pro ecclesia parochiali et eius plebano loco missalium ex antiquo ad

*) *Nyemysłów*, wieś niegdyś arcybiskupów *gnieźnińskich*, którzy tam kościół parafialny fundowali, lecz nie wiadomo, w którym czasie. Akta konsystorskie wspominają o nim w drugiej połowie wieku XV (Arch. Consist. Gnesn.). Dzisiejszy kościół drewniany w formie krzyża budowany zapewne w końcu wieku XVII, ma dwie kaplice, z których jedna murowana pod tyt. *śś. Aniołów Stróżów*, druga drewniana pod wezwaniem *N. Maryi P.* Przy pierwszej zaprowadzone zostało bractwo *śś. Aniołów* w roku 1661. We wsi parafialnej *Borzewisko* jest kaplica drewniana na cześć *N. Maryi P.* wystawiona, lecz niewiadomo, kiedy i przez kogo (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1877 f. 94).

¹⁾ *Borzewisko*. ²⁾ *Lubiszewice*. ³⁾ *Wólka Lyszkowska*. ⁴⁾ *Książę Młyn*. ⁵⁾ *Borowy Młyn*, dziś nie istnieje. ⁶⁾ *Leśny Młyn*, tak samo. ⁷⁾ *Zaspy*, osada dziś w okolicy nie znana; wieś tego miana znajduje się w parafii *milkowickiej*. ⁸⁾ *Krepa*. ⁹⁾ *Śmiechów*. Przybyły później osady: *Dzierżyna*, *Izabellów*, *Kalinka*, *Leśniki*, *Paulinów*.

eandem ecclesiam dari solitorum decima manipularis dabatur. Decima enim manipularis ex omnibus agris cmethonalibus proveniens spectat pro mensa archiepiscopali, quae alias solvitur cum censu loco manipularis et per duodecim coros avenae de quolibet manso; plebano vero seu dictae ecclesiae nihil aliud ex agris cmethonalibus per cmethones provenit, solum de quolibet manso possesso per duos coros siliginis et per duos avenae, sculteti vero de scultetia seu agris eiusdem decimam manipulare solvunt praedictae ecclesiae et eius plebano.

Crampa, *Borzewyczko*, *Smyachowo*, villae sub eadem parochiali in *Nyemyslow*, in quibus villis sunt curiae habentes agros praediales, ex quibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum, et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero cmethonalibus percipiunt eas decimas manipulares, in *Crampa* canonicatus, quem pronunc obtinet dominus *Nicolaus Czepeł*, collegiatae, in *Borzewyczko* vero praepositus ad *sanctum Nicolaum*, et in *Smyachow* vicarius perpetuus dicti canonicatus in *Unyeow*; pro ecclesia vero praedicta parochiali in *Nyemyslow* cmethones in praedictis villis *Crampa* et *Smyachow* de quolibet manso loco colendae per unum corum avenae, in *Borzewyczko* per unum grossum colendae solvunt.

Molendinum ksiazy, circa quod molendinum habent situm piscatores aliquot mensae archiepiscopalis, non habentes aliquos agros, solum hortos, inter quas areas et situs sunt duae areae pro piscatoribus ad praefatam parochialem in *Nyemyslow* spectantes, in quibus aliquando residebant piscatores, solventes digeria piscium plebano, modo desertae iacent, et archiepiscopales piscatores nihil aliud solvunt praedictae ecclesiae, tantum pro colenda per unum grossum, et similiter piscatores dicti ad *Borzewyczko* pertinentes colendam solvunt, molendinatores vero per unum corum farinae.

Lubyschovicze Volya et alia *Volya Lyskowska*, villae sub eadem parochiali, in quibus cmethones agros colentes pro praefata ecclesia parochiali et eius plebano nihil aliud solvunt praeter missalia de quolibet manso per duos coros siliginis et per duos coros avenae; molendinatores vero ex eorum molendinis sub eadem parochia consistentes solvunt ratione colendae plebano per unum coretum farinae, in *Zaspy* autem similiter piscatores, ut alii sub parochia consistentes, solvunt plebano colendam per unum grossum.

*Wyrzchy*¹⁾ villa, in eadem est ecclesia parochialis, de cuius villae cmethones ex omnibus et singulis agris cmethonalibus decimam manipulare solvunt ecclesiae parochiali et eius plebano in *Nyemyslow* et conducunt eam cmethones curribus ipsorum in horreum per plebanum locandum. Nobiles etiam, qui colunt agros cmethonales desertos, solvunt etiam pariter cum cmethonibus praedicto plebano in *Nyemyslow*, et conducitur per plebanum.

*Piotrowo*²⁾ et *Iwanje*³⁾, villae sub parochiali ecclesia in *Wyrzchy*, de quarum villarum ex agris cmethonalibus duntaxat decima manipularis proveniens spectat ad praedictam parochialem et eius plebanum in *Nyemyslow*, et conducunt eam cmethones curribus eorum; ex agris vero praedialibus plebanus decimam percipit in *Wyrzchy* et conducitur per plebanum.

Item taxata est ecclesia haec ad unam marcam argenti.

¹⁾ *Wierzchy*. ²⁾ *Piotrowo*. ³⁾ *Iwonie*.

DECANATUS RURALIS WARTHENSIS.

24. BOLESCZYNO.*)

Villa mensae archiepiscopalis *Gnesnensis*, in eadem ecclesia parochialis tituli *beatorum Petri et Pauli apostolorum*, de iure patronatus et provisione archiepiscopi *Gnesnensis* pro tempore existentis, quam modo obtinet honorabilis *Thomas Strzemesky*¹⁾, qui, prout ex antiquo, pro curae pastoralis administratione et sui subsidio servare consuevit vicarium et ministrum, quos et salariat. Spectant enim ad eandem ecclesiam iure parochiali villae infrascriptae, videlicet praefata *Boleszczyno*, *Banthkowo*²⁾, *Zyronycze minor*³⁾, *Zyronicze podleszne*⁴⁾, *Zyronicze maior*⁵⁾, *Dobrovicza*⁶⁾, *Smolsko*⁷⁾, *Balice*⁸⁾, *Coczyatky*⁹⁾, *Colowa*¹⁰⁾, *Szymany desertae*¹¹⁾, necnon molendina *Dobrowyczky*¹²⁾, *Schlöp*¹³⁾, molendinum *Zyronyczky*¹⁴⁾; habetque eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore rector pro dote et fundo infrascripta, videlicet primo et principaliter in eadem villa et haereditate *Boleszczyno* aream specialem pro curia plebanali satis in latitudine latam et spatiosam, etiam cum horto eiusdem latitudinis, et in eiusdem parte curiam plebanalem, allodium et hortum et in altera parte tabernam et hortulanum cum hortis eisdem areis adiacentibus, necnon alias duas areas ex altera parte ecclesiae pro vicario et ministro absque hortis. Habet et unum specialem campum pro agris praedialibus curiae plebanalis sufficientem, ex quo campo taberna et hortulanus habent agros eis per plebanum emensuratos, necnon et prata eidem campo et agris adiacentia et confinantia. Insuper et unum iuger agri inter nemora in longitudine unius stadii, in latitudine vero citra vel ultra viginti bussulcorum, qui iuger (sic) dicitur et appellatur *Wydalczyńska nywa*, iacet enim dictus campus cum pratis in eadem haereditate *Boleszczyno* inter *Banthkowo* et *Smolsko*. Habet insuper dicta ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate ex agris scultetiae seu advocatae decimam manipulearem, quam advocati in horreum plebani eorum curribus conducunt absque solutione decimae lini; ex agris vero emethonalibus possessis emetho-

*) *Boleszczyń*, wieś niegdyś arcybiskupów *gniźnieńskich* z kościołem parafialnym przez nich fundowanym, w aktach konsystorza *gniźnieńskiego* w roku 1462 jako dawno istniejącym wspomnianym; w tym bowiem roku *Wojciech z Labiszyna*, pleban tamtejszy, zapożywa przed sąd tegoż konsystorza dziedziców wsi *Kossowa* w *Sieradzkim*: *Jana*, plebana z *Leźnicy*, *Jakóba* i *Wojciecha*, braci rodzonych, o dziesięciny w *Kossowie*, odwołując się na dawne prawa swoje (Excerpta ex actis Consist. f. 484). W roku 1756 arcybiskup *Adam Komorowski* wcielił beneficjum w *Boleszczyń* do kolegiaty *uniejskiej*, lecz następca jego *Władysław Eubiński*, odłączył je napowrót od tejże kolegiaty dnia 25 września roku 1761. Kościół dawny drewniany spalił się dnia 28 kwietnia roku 1809. Pleban ówczesny, *Dominiłk Wartycki*, wystawił w miejsce jego nowy murowany, który na dniu 6 sierpnia roku 1821 został pobenedykwany (Acta Visit. et Ecclesiae. Rubryc. cit. z r. 1877 f. 85).

¹⁾ *Tomasz Trzemeski* (Acta Consist. Gnesn.). ²⁾ *Bądków*. ³⁾ *Zeroniczki*. ⁴⁾ *Zeronice Podlesne*, dziś nie istnieją. ⁵⁾ *Zeronice*. ⁶⁾ *Dąbrowica*. ⁷⁾ *Smolsko*. ⁸⁾ *Balice*, dziś nieznanne. ⁹⁾ *Kociaty*. ¹⁰⁾ *Kołowa*. ¹¹⁾ *Szymany*, dziś nieznanne. ¹²⁾ *Młyn Dąbrowicki*. ¹³⁾ *Człopek*. ¹⁴⁾ *Młyn Żeronicki*. Przybyły później osady: *Ewinów*, *Jablonka*, *Kaorka*, *Wichertów*, *Włodzimierz*.

nes loco decimae manipularis solvunt eidem ecclesiae et plebano maldratas de quolibet manso per septem coros siliginis, per sex avenae et tres tritici ac per tres coros hordei, necnon et per sex grossos pecuniarum; ex praedictis autem septem coris siliginis minister loco colendae ad rationem salarii a plebano eiusdem ecclesiae unum corum percipit et plebanus sex.

Banthkowo, villa sub parochiali eadem, in qua modo sunt tres curiae nobilium et certi agri emethonales; decima tamen manipularis tam ex agris dictarum curiarum quam emethonalibus, dempto uno manso, quem colunt *Stanislaus Swynka* et *Joannes Drap*, spectat in toto ad ecclesiam praedictam et plebanum in *Boleszczyno* et conducit eam plebanus ex agris, quos colunt nobiles, ex agris vero emethonalibus emethones curribus eorum; de praedicto autem manso spectat pro mensa archiepiscopali.

Zyronicze podleszne et *maior Balicze*, villae sub eadem parochiali ecclesia in *Boleszczyno*, in quibus villis sunt curiae habentes agros praediales, de quibus omnibus agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam, etiam in *Zyronicze maiori* praedicta, de agris scultetiae ad plebanum dictae ecclesiae in *Boleszczyno*, cui etiam plebano et ecclesiae emethones in eadem ex agris possessionatis seu de manso (solvunt) per duos grossos et per unum corum siliginis ratione missalium et colendae, et molendinum in ibidem unum grossum; in *Podleszne* vero *Zyronicze* et *Balicze* decima manipularis ex agris emethonalibus spectat pro mensa archiepiscopali, et pro plebano solum datur colenda de manso quolibet per unum grossum.

Dobrovicza, *Szymany* et *Colowa*, *Coczyatky*, villae sub eadem parochiali in *Boleszczyno*, in quibus villis et earum agris omnibus et singulis decima manipularis proveniens in toto spectat ad ecclesiam parochialem et eius plebanum in *Boleszczyno*, et plebanus ipsius opera conducit pro suo arbitrio curru proprio eas ipsas decimas; et nihil aliud dant, solum denarium sancti Petri incolae earundem villarum.

Smolsko, villa sub eadem parochia archiepiscopalis, in qua emethones ex agris emethonalibus ratione colendae solvunt eidem ecclesiae et plebano per unum corum siliginis et sculteti de duobus mansis ratione decimae seu maldratarum per sex grossos, et inquilini necnon et tabernatores de taberna qualibet per medium grossum, emethones autem ratione decimae manipularis solvunt maldratas pro mensa archiepiscopali.

Cossowo, villa sub parochiali ecclesia in *Grodzysko*, in qua ex agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem in *Boleszczyno*, ex qua plebanus ex certa quadam ordinatione ab haeredibus annuatim percipit per mediam marcam.

Item taxata est dicta ecclesia ad duas marcas argenti.

25. DOBRA*), OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis sub titulo *Nativitatis beatae Mariae Virginis*, de iure patronatus et praesentandi haeredum eiusdem oppidi *Dobra*, quam pronunc

¹⁾ *Dobra*, niegdyś miasto, dziś osada, już w wieku XV własność familii *Grabskich z Grabia* h. *Pomian*, w którym to wieku *Katarzyna Grabska*, wdowa po *Janie z Grabia*, kasztelanie *spicimirskim*,

obtinet honorabilis *Paulus de Clobya*¹⁾, ex praesentatione generosi domini *Stanislai Grabsky*, de eodem oppido *Dobra* haeredis, ad quam iure parochiali pertinet praefatum oppidum et villae infrascriptae, videlicet *Lyne*²⁾, *Chrapczewo*³⁾, *Długawysz*⁴⁾, *Pothworowo*⁵⁾, *Czyenyno*⁶⁾, *Dzyrzbothky*⁷⁾, *Ozepowo*⁸⁾. Cuius quidem ecclesiae rector circa eandem ecclesiam pro sui subsidio et pastoralis curae administratione servat, prout ex antiquo, duos vicarios et ministrum, quos salariat iuxta posse suum, habetque pro dote et fundo, videlicet primo et principaliter in eodem oppido aream pro curia plebanali cum horto eidem areae adiacenti, necnon et alias tres areas cimiterio contiguas, duas pro vicariis et tertiam pro ministro. Insuper alias sex areas pro oppidanis, iacentes inter aream praedictam plebanalem versus circumlunum et inter aream, quam pronunc obtinet quidam *Vyzegala* oppidanus, ex altera parte contigue iacentem, cum hortis in postico dictarum arearum versus piscinam se protendentibus, quarum sex arearum pronunc tres extant possessionatae et tres desertae et igne devastatae. De quarum arearum incolae alias quaelibet illa ipsarum pro censu quolibet annuatim plebano pro tempore existenti solvunt per fertonem; habet etiam duos hortos, unum in *Długawysz* -et alium in *Czarnowa*⁹⁾ ultra curiam domini haeredis. Decima etiam manipularis post omnes et singulos agros oppidanos necnon praediales proveniens in toto spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Dobra* et conducitur per oppidanos curribus eorum in horreum plebanale seu in dotem plebanalem absque solutione decimae lini; ex agris vero praedialibus plebanus conducit curru proprio; solvunt etiam nihilominus colendam de qualibet domo per medium grossum et inquilini per sex obolos.

Lyne, villa sub parochiali eadem in *Dobra*, in qua villa praedicta parochialis ecclesia et plebanus habet unum mansum agri cum area et horto ad dictum mansum spectantibus, necnon decimam manipularem ex eodem, necnon aliis duobus, videlicet quos possident emethones *Nicolaus Pelifex*, *Paulus Szczepanowycz*, *Gregorius* et *Zalzech* et quibusdam aliis agris desertis, qui coluntur in eadem villa pro curia, et conducunt eam emethones in horreum a plebano locandum; dictum autem mansum plebanus locat pro posse; de aliis autem agris emethonalibus omnibus et singulis provenit pro mensa archiepiscopali, et solvunt emethones decimam pro

fundowała także za miastem kościół pod tyt. *Ojzarowania N. Maryi P., śś. Stanisława i Malgorzaty*, jak widać z powyższego opisu. Fundacyą tę potwierdzili: król *Kazimierz Jagiellończyk* i arcybiskup *Jan Sprowski*. *Dobra* była już naówczas miastem i od dawna posiadała kościół parafialny, niewiadomo przez kogo fundowany (Acta Visitat. Rubryc. cit. z r. 1877 f. 88). Również nie wiadomo, kto wystawił dzisiejszy kościół murowany, według świadectwa wizyt kilkakrotnie przez pożar zniszczony, ostatni raz w połowie wieku przeszłego. Zrestaurowany na początku teraźniejszego wieku częścią nakładem dziedzica miejscowego, *Ignacego Galeckiego*, starosty *bydgoskiego* i plebana ówczesnego, *Dominika Wartskiego*, częścią za sprzedane zbytne srebra kościelne, pobenedygowany został w roku 1808 przez *Jana Gembartę*, kantora *gnieźnieńskiego*. Za staraniem obecnego swego rządcy ponownie zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony, miły przedstawia widok. W wielkim oltarzu jest obraz *N. Maryi P. Częstochowskiej*, sprawiony przed kilku laty za 1200 złt. przez parafiankę, *Maryannę Grzelak*. Dzwon większy przelać kazął również parafianin, *Antoni Migdański* (Rubryc. cit. f. 87).

¹⁾ Paweł z *Kłobi*, pleban (Acta Consist. Gnesn.). ²⁾ *Linne*. ³⁾ *Chrapczew*. ⁴⁾ *Długawisz* *Wartaka*. ⁵⁾ *Pothworów*. ⁶⁾ *Cimlin* (*Cienin*). ⁷⁾ *Dzierzbotki*. ⁸⁾ *Orzepów*. Później przybyły osady: *Cegielnia Kawecka*, *Czekaj*, *Mikulica*, *Pakula* młyn, *Stawki Potworowskie*, *Stefanów*, *Zastruż*. ⁹⁾ *Miejscowość* dziś nieznaną.

mensa archiepiscopali, dantes plebano missalia per eorum unum cum medio siliginis et unum cum medio eorum avenae ratione colendae.

Pothworowo, villa sub parochiali eadem in *Dobra*, in qua decima manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum, et conducit eam plebanus pro arbitrio suo curru proprio; emethones vero pro eadem ecclesia et plebano de quolibet manso missalia per unum eorum cum medio siliginis et unum eorum cum medio eorum (sic) avenae, et decimam manipularem dant pro mensa archiepiscopali.

Czyenyno, villa sub parochiali eadem, in qua villa decima manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Dobra* et conducitur per plebanum curru ipsius proprio; ex agris emethonalibus autem datur pro altarista ecclesiae *Unyeoviensis*, et pro plebano ratione colendae dant per unum eorum avenae.

Ozepowo, villa sub parochiali eadem, in qua villa decima manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum et conducitur per plebanum, ex agris autem emethonalibus decima provenit pro mensa archiepiscopali; pro plebano autem ratione colendae dant per unum eorum siliginis.

Dzyrzbothky, villa sub parochia eadem, in qua incolae de manso quolibet pro colenda plebano (dant) per duos grossos.

Długawysz, villa ante oppidum praedictum, in qua villa non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales, quorum partem pro curia colunt; cuius quidem villae de omnibus et singulis agris, demptis advocatae tribus mansis, decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam in *Dobra* et medietas pro mensa archiepiscopali, et conducunt eam emethones curribus eorum ad locum decimationis absque solutione decimae lini, quam vendere solet plebanus et medium pretii eiusdem factori seu exactori archiepiscopali exsolvere; ex agris vero scultetialibus pertinet ad plebanum praedictum.

Chrapczewo, villa in eadem parochia, in qua decima manipularis proveniens ex duobus mansis scultetiae spectat ad eandem parochialem, ex agris autem emethonalibus pro mensa archiepiscopali. Solvunt etiam emethones colendam de quolibet manso pro plebano per unum grossum.

Item taxata est ecclesia eadem ad tres marcas argenti et solvit collectori denarii sancti Petri camerae apostolicae septem scotos et grossum pro quittance.

CAPELLANIA¹⁾ tituli praesentationis beatae Mariae Virginis, sancti Stanislai et sanctae Margarethae, perpetua, ante oppidum versus *Unyeow* sita, de iure patronatus laicorum haeredum de eadem *Dobra*, per olim generosam *Catharinam* relictam olim *Joannis de Grabye*, castellani *Spicimiriensis* dotata, fundata et per olim reverendissimum *Joannem de Sprowa*, archiepiscopum et primatelem *Gnesnen-*

¹⁾ Kościół wyżej w wstępnej uwadze wspomniany, w roku 1756 przez dziedziczkę miejscową *Eufrozynę Mączyńską* z drzewa został odbudowany. Oprócz tego kościoła był w *Dobrej* trzeci kościół *f. Jana Chrzciciela* po za miastem ku *Uniejowu*, według wizyty z roku 1765 „non adeo pridem erecta“ który niewiadomo kiedy został zniesiony (Rubryc. cit. f. 88).

sem erecta, ut patet ex originalibus litteris dicti olim archiepiscopi et Casimiri regis Poloniae, quam pronunc obtinet honorabilis *Blasius* eiusdem capellaniae capellanus. Cuius capellaniae rector et possessor habet pro dote et fundo sex marcas pecuniarum monetae et numeri polonicalis census annui et perpetui, alias in vim reemptionis, videlicet tres marcas in medietate oppidi *Dobra* per incolas videlicet *Nicolaum Schrycht*, *Stanislaum claudum* et *Petrum Jurka* et alias tres marcas de medietate villae *Długawyesz* per *Petrum Colowsky* unam marcam, per *Petrum Kassy* cum *Mathia Jarganza* aliam marcam et per *Albertum* cum *Bogussio* aliam marcam de areis, domibus et laneis dictorum oppidanorum et villanorum per possessores earundem arearum, domorum et laneorum pro tempore existentes dandas et solvendas quolibet anno praedictae capellae capellano sub censuris ecclesiasticis. Qui quidem capellanus pro tempore existens in capella seu oratorio praedicto omni septimana legere feriis secundis missam pro defunctis, et de *beata Virgine* sabbativis diebus per se vel per alium tenetur. Insuper habet libertatem percipiendi oblationes in eadem capella pro festivitatibus *Dedicationis*, *Praesentationis Mariae*, *sancti Stanislai* et *Margarethae virginis* in eadem capella offerendis citra praeiudicium ecclesiae parochialis in eadem *Dobra* tollendi et recipiendi. Item domunculam habet circa idem oratorium seu capellam cum horto sitam, in quo horto habet pomerium et alias commoditates, qui hortus cum area eidem capellaniae et capellano per haeredes patronos ultra praemissa est adiunctus et adscriptus extra litteras erectionis.

26. SCACZNOW.*)

Villa haereditaria nobilium et in ea parochialis ecclesia tituli *sanctae Trinitatis*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum, de una parte villae obtinet curiam iacentem versus *Wartha* (sic), quam pronunc obtinet honorabilis *Jacobus de Gawłowicze*¹⁾, actu presbyter, ex praesentatione nobilis *Mathiae* haeredis in eadem *Scacznów* et praedictae curiae possessoris, ad quam iure parochiali spectant villae infrascriptae, videlicet praefata *Scacznów*, *Pyekary*²⁾, *Vola Pyekarska*³⁾,

*) *Skęczniew*, wieś szlachecka, miała kościół parafialny już w drugiej połowie wieku XV, jak świadczą zapisy w aktach konsystorskich (Archiv. Consist. Gnesn.), lecz niewiadomo przez kogo i kiedy założony. W roku 1748 *Wojciech Mączyski*, starosta *spicimierski*, wystawił w miejsce starożytnego od starości upadającego nowy kościół drewniany, który na początku wieku terażniejszego w tak opłakany był stanie, że dziedzic miejscowy, *Hipolit Masłowski*, widział się zmuszonym, kazać go rozebrać i w miejsce jego wystawił kościół mурowany w roku 1825, używszy na ten cel sumy 70,000 złt. logowanej przez *Westerouskiego*, Jezuitę, czy z swego prywatnego majątku, czy też od trzeciej nieznaney osoby, nie wiadomo. Kościół ten dość piękny, ma cztery ołtarze i utrzymany jest w należytych porządku. Dawniej istniał przy kościele szpital i szkoła, lecz tak pierwszy jako i druga z niedopatrzania się i obojętności rządców jego już przed rokiem 1787 upadły, jak świadczy wizyta z tegoż roku (Acta Visit. et Ecclesiae. Rubryc. cit. z r. 1877 f. 97).

1) *Jakób z Gawłowic*, pleban. 2) *Piekary*. 3) *Wola Piekarska*.

*Zaspy*¹⁾, *Lyskownicze*²⁾, *Coszyanki*³⁾ et *Scacznówko*⁴⁾; eiusdemque ecclesiae plebanus circa eandem ecclesiam propter proventuum paucitatem et defectum, prout ex antiquo, non servat vicarium nec servare sufficit, solum ministrum, quem salariat; habetque pro dote et fundo infrascripta, et primo in eadem villa et haereditate aream specialem longe ab ecclesia distantem et inter areas emethonales iacentem, satis competentem, cum horto eidem adiacente; item agros certos in tribus locis seu in tribus campis pro praedio plebanali sufficientes, videlicet unum iuger alias *nywa*⁵⁾ versus villam *Wolya*⁶⁾, satis in latitudine et longitudine spatiosum; item aliud versus *Dobra* eundo, in cuius parte maiori iam nemora pinarum excreverunt, et tertium iuger seu *nywa* versus *Scacznówko*; item unum pratum satis magnum et sufficiens pro necessitate plebani, de quo colligi possunt ad minus tres acervi de foeno; item et partem fluvii decurrentis in postico arearum et hortorum ipsius plebani et emethonum, quod spatium incipit ab area plebanali et protenditur usque ad aream situs alterius curiae in eadem villa versus *Pyekary* iacentis, in qua parte fluvii nedum piscaturam retibus, sed et obstacula ponendi plebanus pro tempore existens habet libertatem, et nullus alius. Decima etiam manipularis post omnes et singulos eiusdem villae totius agros proveniens spectat ad eandem ecclesiam et eius plebanum et conducunt eam emethones curibus propriis in dotem plebanalem absque solutione decimae lini et colendae. Item unam aliam aream habet pro ministro et aliam pro vicario circa ecclesiam cimiterio contiguas.

Pyekary, *Volya Pyekarska*, *Lyskownicze*, villae sub parochiali eadem in *Scacznów*, in quibus villis decima manipularis ex agris praedialibus omnibus et singulis duntaxat proveniens spectat ad eandem parochialem et eius plebanum pro tempore existentem, et conducit eas plebanus curru proprio aut ipsius opera.

Coszyanki, *Scacznówko*, villae sub eadem parochiali, quarum villarum decima manipularis ex omnibus et singulis agris emethonalibus et praedialibus proveniens spectat ad praedictum plebanum in *Scacznów*.

*Strachocizze*⁷⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Myłkowicze*⁸⁾, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus omnibus (sic) generaliter decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem et eius plebanum in *Scacznów*, et conducunt eam emethones curibus eorum ad locum decimationis et non solvunt decimam lini.

*Kawęczynko*⁹⁾, *Syewyerusky*¹⁰⁾, villae sub parochiali ecclesia in *maiori Thokary*¹¹⁾, in quibus decima manipularis ex agris praedialibus proveniens alternatis vicibus spectat ad parochialem ecclesiam in *Scacznów* et *Thokary* et ipsarum plebanos.

*Zaspy*¹²⁾, villa sub parochiali eadem, de qua villa incolae eiusdem pro plebano praefato in *Scacznów* nihil aliud solvunt, piscatores in ibidem tantummodo colendam per medium grossum et nihil aliud.

Item taxata est ecclesia eadem ad duas marcas argenti.

1) *Zaspy*, jedyna wieś tego nazwiska leży w parafii *Miłkowice*. 2) *Łyszkowice*, w parafii *Pieczniew*. 3) *Kościanki*. 4) *Skęczniewek*, dziś nieznan. Przybyły później osady: *Czyste*, *Józefów*, *Kolonia Szymany*, *Krowica*, *Łęg Piekarski*, *Mochmówka*, *Młyny Piekarskie*, *Młyny Skęczniewskie*, *Rzechtka Piekarska*, *Stawki*, *Władymówka*, *Włodzimierzówka*, *Wydrzymek*, *Zagaj*, *Zawady*, *Zborów*. 5) *niwa*. 6) *Wola Piekarska*. 7) *Strachocice*. 8) *Miłkowice*. 9) *Kawęczyn*. 10) *Siewieruski*. 11) *Tokary*. 12) *Zaspy* w parafii *miłkowskiej*.

villa et haereditate *Jezyersko* aream pro dote et curia plebanali circa ecclesiam satis latam et spatiosam cum horto eidem areae adiacente pro allodio et aliis commoditatibus et in eadem etiam est situs domuncularum pro vicariis et ministro. Item non habet aliquos agros, tantummodo prata duo, de quibus colligi solent ad minus tres currus de foeno, et iacent inter prata emethonum et domini haeredis, unum maius et aliud minus; item et decimam manipulari post omnes et singulos agros praediales et emethonales in eadem villa et haereditate, et conducunt eam emethones curribus eorum absque solutione decimae lini in dotem plebanalem; solvunt tamen etiam emethones colendam eidem ecclesiae et plebano de quolibet manso per unum grossum et tabernatores per medium grossum, ex agris vero praedialibus plebanus conducit eam curru proprio.

Zakrzewo, villa sub eadem parochiali in *Jezyersko*, de cuius villae omnibus et singulis agris, quae confinat cum haereditate *Sczotrkowo*, ita videlicet, quod videatur esse una villa, agros tamen habent (sic) distinctos; de cuius villae et haereditate *Zakrzewo* decima manipularis tam ex agris praedialibus quam emethonalibus proveniens in toto spectat ad eandem parochialem et plebanum, et conducit eam plebanus curru proprio ad locum decimationis cum perceptione decimae lini de quolibet manso emethonali per duos grossos, et solvunt nihilominus colendam de manso per grossum.

Thandowo superior et inferior, villae sub parochiali eadem, in quibus villis sunt agri praediales et emethonales, quarum partem colunt seu possident emethones et praesertim in *inferiori Thandowo* omnes et singulos agros praediales, in *superiori* vero duntaxat unum mansum *Glynczyna* vidua, ex agris praedialibus dudum emensuratum, ex quibus omnibus et singulis agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Jezyersko*; cuius partem, videlicet in *superiori* percipit plebanus et alteram vicarii ipsius cum alia praedicta in *inferiori Thandowo* pro salario, et conducunt eas incolae ipsarum villarum curribus propriis absque solutione decimae lini; solvunt etiam et colendam more aliarum parochialium per grossum unum, ex agris vero emethonalibus pro mensa archiepiscopali.

Zadambrowye, Ostrow, sub eadem parochiali in *Jezyersko*, in quibus villis ex omnibus et singulis agris tam praedialibus quam emethonalibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet et eandem parochialem ecclesiam et eius plebanum, et conducunt eam emethones curribus eorum absque solutione decimae lini, et solvunt nihilominus colendam more aliarum parochialium.

Rathnycza, Zyrochowo, Usttkowo, Wolya Biskupska, Czernyechowo, Clonowo, villae sub eadem parochiali ecclesia in *Jezyersko*, in quibus decimae manipulares post omnes et singulos agros praediales provenientes spectant ad eandem parochialem et plebanum in *Jezyersko*, et conducit eas pro suo libito curru proprio, in *Rathnycza* et *Wolya* vicariis pro salario ipsis assignando; ex agris vero emethonalibus pro mensa archiepiscopali, incolae videlicet in *Rathnycza, Zyrochowo, Wolya, Clonowo* cum *Czernyechowo* decimam manipulari, in *Usttkowo* vero maldratas assignandas cum decima manipulari ex agris desertis solvunt, et pro plebano colendam solum, in *Usttkowo* nissalia de quolibet manso per tres coros siliginis et per tres coretos avenae.

Maschewo, villa sub parochiali eadem, in qua decima manipularis ex agris omnibus praedialibus necnon emethonalibus quatuor, in quibus nunc resident *Pasirzbowa* et *Jacobowa* viduae, et aliis duobus desertis decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Jezyersko*, de aliis vero agris emethonalibus maldratae spectant pro mensa archiepiscopali et similiter in *Wolya Mylkowska* maldratas solvunt et colendam pro plebano more aliorum solvunt.

*Wylczkowo*¹⁾, sub parochiali ecclesia in *Mylkowicze*, in qua villa ex agris emethonalibus unius campi iacentis versus *Gluchow* emethones possessionati ex agris possessionatis pro ecclesia parochiali in *Jezyersko* solvunt de quolibet manso maldratas, uno anno ex hiemalibus frumentis per sex coros siliginis et per sex tritici, altero vero anno de aestivalibus frumentis per sex coros avenae et ex desertis manipulari decimam; ex aliis vero duobus campis necnon agris praedialibus dantur maldratae similiter et decima in *Goszonow*.

*Caznowo*²⁾, villa sub parochiali in *Grodzysko*³⁾, in qua decima manipularis ex agris praedialibus omnibus et singulis proveniens spectat ad praedictam ecclesiam et eius plebanum in *Jezyersko*, et solvunt haeredes loco decimae annuatim per duas marcas et octo grossos; ex agris autem emethonalibus datur pro mensa archiepiscopali decima manipularis.

*Poludzowo*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Chodowo*, in qua decima manipularis de agris praedialibus modo nobilis *Joannis Chodowsky* proveniens spectat et pertinet ad praedictam ecclesiam et eius plebanum in *Jezyersko*.

Item taxata est ecclesia eadem ad tres marcas argenti et solvit collectori denarii sancti Petri camerae apostolicae novem scotos et grossum pro quittance.

29. WARTHA*), OPPIDUM.

Et in eodem ecclesia parochialis tituli *sancti Nicolai*, de iure patronatus et praesentandi regiae maiestatis, quam pronunc obtinet venerabilis *Martinus Ram-*

¹⁾ *Wylczków*, dziś w parafii *gluchowskiej*. ²⁾ *Kaznów*. ³⁾ *Grodzisko*. ⁴⁾ *Paludzewo*, dziś nie znane; może *Pelczyska* w parafii *wartkowieckiej*, do której dziś i *Chodów* należy.

*Rudlice*²⁾, villa, et in eadem parochialis ecclesia, de cuius villae omnibus et singulis agris tam emethonalibus quam praedialibus, demptis agris plebani in ibidem, decima manipularis proveniens in toto spectat ad eandem parochialem et eius plebanum in *Unkow*.

Grodzyecz maior, *Zlaczow*, villae sub parochiali eadem, in quibus non sunt agri praediales, solum emethonales et scultetiales, et sculteti in utraque villa loco decimae manipularis pro eadem ecclesia et plebano in *Unkow* solvunt in pecuniis in *Grodzyecz* fertonem et in *Zlaczow* novem grossos; emethones vero pro eadem

lat 30 istniejącym. W roku 1755 wystawił tam *Melchior Szymanowski*, starosta *klonowski*, stolnik *warszawski*, kaplicę drewnianą dla wygody okolicznych mieszkańców, których liczba gdy w ostatnich czasach znacznie się wzmogła, kaplicę tę rozprzestrzenioną władza dycecezalna wyniosła do godności kościoła parafialnego, przyłączony do niego następujące wsi i osady, częścią z nowin leśnych świeżo powstałe, częścią od parafii *unikowskiej* odłączone: *Bery*, *Blota*, *Bogusy*, *Borki*, *Cichosz*, *Cieluch*, *Czekaje*, *Depa*, *Dwór*, *Górka Klonowska*, *Grzyb*, *Idolender*, *Huzarki*, *Jędrusy*, *Józefina*, *Kapie*, *Kielbasy*, *Klonówka*, *Korszornicze*, *Kuźnica Błowska*, *Kuźnica Zagrzebska*, *Kuźniczka*, *Leliwa*, *Liski*, *Lory*, *Marazy*, *Młostki*, *Pasie*, *Pawelec*, *Piła*, *Pomarzany*, *Sijki*, *Stawiech*, *Stępień*, *Swierki*, *Szale*, *Trzeciaki*, *Tumaniki*, *Urbany*, *Wrony*, *Zagórniak* (*Zgórniaki*).

1) *Owiczki*. 2) *Rudlice*.

ecclesia de quolibet manso solvunt per unum eorum loco missalium siliginis in *Grodzyecz* et in *Zlaczow*, et per unum eorum avenae, et ratione colendae utraque per unum grossum de quolibet manso; loco vero decimae manipularis emethones in utraque villa solvunt mel canonicis et praebendis, in *Grodzyecz* nunc pro domino *Stanislao de Olesznychyca*¹⁾, in *Zlaczow* vero pronunc domino *Anselmo Lukowsky*²⁾, canonicis *Gnesnensibus*.

Clonowo et *Owyeczky*, villae sub parochiali eadem, in quibus villis incolae pro eadem ecclesia et plebano in *Unkow* nihil aliud solvunt, solum de quolibet manso possessionato, in *Clonowa* per duos coros siliginis et per unum grossum ratione colendae, sculteti autem de tota scultetia loco decimae manipularis solvunt mediam marcam, in *Owyeczky* autem similiter emethones per unum eorum siliginis et per unum grossum, scultetus vero de scultetia per sex grossos; loco autem decimae manipularis solvunt emethones pro canonicatu et praebenda *Gnesnensibus*, quos obtinet pronunc dominus *Olesznychycky*, solvunt (sic) mel.

Item taxata haec ecclesia eadem ad viginti scotos argenti.

37. STHOLECZ*) MAIOR.

Villa haereditaria nobilium et in ea parochialis ecclesia sub titulo *sancti Laurentii*, de iure patronatus et praesentandi laicorum haeredum de praefata *Stholecz*, quam pronunc obtinet honorabilis *Mathias de Payaczno*³⁾ ex praesentatione nobilis *Moyaczewsky*⁴⁾ de *Moyaczewice*⁵⁾, haeredis in eadem *maiori Stholecz*; ad quam iure parochiali spectant et pertinent villae infrascriptae, videlicet praefata *Stholecz*, *Nyemyrow*⁶⁾, *Camyonka*⁷⁾, *Granow*⁸⁾, *Wyelkye*⁹⁾, *Stholecz minor*¹⁰⁾ et

¹⁾ *Stanisław Oleśnicki*, późniejszy biskup poznański. ²⁾ *Lukowski Anselm*, kanonik gnieźnieński i kantor poznański † 1542 (Acta Capit. Gnesn.).

*) *Stolec*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Stoleckich* h. *Wierusz* (Niesiecki l. c. IV, 212), z kościołem parafialnym niezawodnie przez tęż rodzinę fundowanym, w aktach kapituły gnieźnieńskiej wspomnianym w roku 1449, w którym tamtejszy pleban *Bogusław* rozprawia się o dziesięciny tamże z *Jakubem Kolem z Dembna*, dziekanem gnieźnieńskim (Actp decr. Capit. II, 13^b). W drugiej połowie wieku XVIII kościół tamtejszy był drewniany starożytny i konsekrowany, z kaplicą *ś. Anny* od strony południowej drewnianą, a od strony północnej murowaną *ś. Krzyża*, z zakrystią z cegły palonej sklepioną, lecz w tym czasie groził od starości upadkiem, dla tego *Filip Szaniawski*, starosta bolesławski, dziedzic miejscowy, wystawił nowy kościół drewniany w roku 1768, do którego później przybudowali murowaną kaplicę wraz z grobowcem rodzinnym dziedzice dóbr *Niechmirowa, Olszowscy*. Z przeciwnej strony pozostała kaplica murowana z starożytności, którą w roku 1875 parafianie nowo odbudowali. Kościół ten od roku 1864 za staraniem obecnego rządcy swego gustownie został przyozdobiony. Na cmentarzu parafialnym do chowania ciał zmarłych jest kaplica publiczna murowana, wystawiona na cześć *ś. Salomei* przez *Teodora Psarskiego*, dziedzica dóbr *Wielgie* z grobowcem rodzinnym r. 1833. We wsi parafialnej *Niechmirow* jest druga kaplica murowana pod tyt. *N. Maryi P.* wystawiona niegdyś przez dziedziców miejscowych *Olszowskich*, w roku 1876 przez dzisiejszego właściciela wsi, *Hetrzla*, zrestaurowana (Rubryc. cit. z roku 1877 f. 54. 55).

³⁾ *Maciej z Pajęcna*, ploban. ⁴⁾ *Majaczewski*. ⁵⁾ *Majaczewice*, wieś w parafii bużeńskiej. ⁶⁾ *Niechmirow*. ⁷⁾ *Kamionka*. ⁸⁾ *Gronów*. ⁹⁾ *Wielkie (Wielgie)*. ¹⁰⁾ *Stolec Mały*.

*minera Stholeczka*¹⁾. Cuius pro tempore rector, prout et modernus, propter defectum proventus et parochianorum non consuevit servare vicarium, solum ministrum. Habet enim eadem ipsa ecclesia pro dote et fundo proventus infrascriptos, et primo in eadem villa et haereditate *Stholecz maior* circa ecclesiam non remote ab eadem aream non nimis latam versus fluvium pro domo seu curia plebanali cum horto eidem adiacente; item unam aliam pro schola cimiterio contiguam; item et agros in duobus campis, primo, in uno campo versus *Unkow* certum spatium agri, dictum *Pogorzelec*, in latitudine citra vel ultra unius cum medio stadii, in longitudine vero duorum stadiorum se protendens spatiis, in alio vero campo, dicto *Slywky*, etiam certum spatium agrorum in latitudine quindecim bissulcorum et in longitudine unius stadii se extendens; item et prata eisdem agris adiacentia; item in eadem *Stholecz maiori* plebanus pro tempore existens nihil aliud habet ex agris emethonalibus, solum missalia, videlicet de manso quolibet per duos coros siliginis et duos avenae, decima vero manipularis post omnes et singulos eiusdem villae agros spectat pro canonicatu et praebenda *Gnesnensibus*, quos pronunc obtinet dominus *Anselmus Lukowsky*, et non sunt in eadem villa aliqui agri praediales.

*Branow*²⁾, *Stholecz minor*, *Camyonka*, *Nyechmyrow*, villae sub eadem parochiali ecclesia, in quibus decima manipularis post agros omnes et singulos praediales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum, quam conduit curru proprio; ex agris autem emethonalibus decima provenit in eisdem villis pro dictis canonicatu et praebenda *Gnesnensibus*, prout in *maiori Stholecz*. Nihilominus emethones solvunt eidem ecclesiae missalia de quolibet manso per unum eorum siliginis et per unum avenae, tabernatores autem et hortulani colendam solvunt per unum grossum, prout et in *maiori Stholecz*.

Wyelkye, villa sub parochiali eadem, in qua incolae seu emethones nihil aliud solvunt, solum per medium eorum siliginis de manso quolibet et pro decima manipulari archiepiscopali solvunt decimam mellis.

38. BUZENYN*), OPPIDUM.

Nobilium haeredum de eodem *Buzenyn*, et in eodem ecclesia parochialis sub titulo *sanctae Crucis* et *sanctae Catharinae*, de iure patronatus et praesentandi

¹⁾ *Stolecka „minera“* dziś niezuana. Przybyły do parafii osady: *Biesiec, Broszki, Brzeznica, Burdynówka, Dąbrowa, Gronówek, Leszczyn, Światłowizna, Wolnica Niechmirowska*. ²⁾ *Branów*, dziś nieznan.

*) *Bużenin*, pierwotnie wieś, którą *Spytek*, dziedzic tamtejszy h. *Poraj*, w roku 1378 za przywilejem króla *Ludwika* zamienił na miasto (Paprocki, Herby str. 461), lubo *Niesiecki* utrzymuje, że *Bużenin* istniejący już za czasów *Bolesława Śmiałego* i dawno przed rokiem 1378 będący miastem w tymże roku od rządczonego króla nowe otrzymał przywileje i swobody (Korona I, 227). Miejsce to było gniazdem starożytnej i znakomitej rodziny *Bużeńskich*, z których jeden, nabywszy dobra *Pstrokonie*, przezwali się *Pstrokońskimi* i do tych należał *Maciej Pstrokoński*, biskup kujawski; drudzy od majątku *Boryszewic* przyjęli nazwisko *Boryszewskich*, z których pochodził *Andrzej Róża Boryszewski*, arcybiskup i prymas (Niesiecki l. c. I, 227. 228). Kościół parafialny w *Bużeninie* przez *Bużeńskich* fundowany, powstał niezawodnie już w XIII wieku, gdyż akta konsystorza gnieźnieńskiego na początku wieku XIV nazywają

haeredum de eadem *Buzenyn*, quam promunc obtinet venerabilis dominus *Stanislaus Unyensky de Unyeny*¹⁾, canonicus *Lanciciensis*, ad quam iure parochiali villae infrascriptae spectant et pertinent, videlicet praefatum oppidum, *Moyaczowicze*²⁾, *Jarocicze*³⁾, *Grabowska*⁴⁾, *Sezawno*⁵⁾, *Sezawyenska Volya*⁶⁾, *Banhtkow*⁷⁾, *Banhtkowska Volya*⁸⁾, *Praszmow*⁹⁾, *Strzalky*¹⁰⁾, *Thyczyn*¹¹⁾, *Lgotha*¹²⁾, *Vythow*¹³⁾, *Zamoszczye*¹⁴⁾, *Wyelgawyesz*¹⁵⁾. Cuius ecclesiae rector pro sui subsidio et pastoralis curae administratione servat, prout ex antiquo, circa eandem ecclesiam duos vicarios manuales et ministrum, quos salariat. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore rector habet pro dote et fundo, imprimis in eodem oppido aream pro dote et curia plebanali in ripa fluvii *Wartha* cum hortis eidem adiacentibus pro alodio et aliis commoditatibus, in cuius parte ultra alias commoditates habetur vinearium seu piscinula; item in eodem spatio area pro hortulano cum horto penes curiam plebanalem iacens; item alias speciales areas pro vicariis et ministro cimiterium plebanale, ab area curiae plebanalis per duas alias areas dominorum haeredum distantes, de quibus plebanus pro tempore existens debet recipere pro censu annuo, de una videlicet unam marcam et de alia fertonem, residuum autem, si quid in censibus exeresceret, cedere debet pro domino haerede, prout litterae donationis latissime disponunt; dictae autem areae sunt donatae pro tabernis fiendis et non habent aliquos agros seu prata, dumtaxat hortos in litore fluvii *Wartha*, iacet tamen modo deserta (sic). Habet etiam eadem ecclesia et eius pro tempore plebanus ex antiquo partem fluvii *Wartha* et alvei antiqui cum novo in postico curiae plebanalis iacentem cum decursu aquae in longitudine se protendentem, prout area plebanalis in sua limitatione se protendit et extendit, in quo spatio habet plenariam libertatem pisces capiendi quibuscumque instrumentis piscatoriis, prout et modo habet posita obstacula per decursum aquae; item habet ultra hoc servandi (sic) piscatorem suum specialem pro necessitate et utilitate plebani pro tempore existentis, qui

go starym (Arch. Consist. Gnesn.). Na dziesięcinach w okolicy *Bużenina* fundował zapewne któryś z *Bużeniskich* kanonik gnieźnieński, fundi *Bużenin* zwany, już w końcu wieku XIV w dokumentach wspomniany. W wieku XVI przeszedł *Bużenin* na własność *Pstrokońskich*, następnie *Skoraszewskich*, a w wieku XVIII stał się dziedzictwem *Kobierzyckich*. Dzisiejszy piękny kościół mурowany stanął nakładem niemałym *Stanisława Pstrokońskiego*, biskupa *chełmskiego* w r. 1642, który go w tymże roku konsekrował. Na północ ma kaplicę mурowaną sklepioną pod tyt. *ś. Krzyża*, zapewne razem z nim wystawioną, od południa wystawił drugą kaplicę pod tyt. *Matki Boskiej Różańcowej z cegły palonej Pstrokoński*, kasztelan *brzesko-kujawski* około roku 1643, do której w dwa lata później zaprowadził bractwo *Włóczęg*. Otarzy jest 6, posadzka w presbyteryum kamienna, w nawie głównej z cegły palonej. Aż do końca wieku XVII istniał w *Bużeniu* szpital dla ubogich, żyjących z jałmużny, którego dziś nie ma śladu. Niedługo była tam kaplica *ś. Ducha*, mająca osobnego prebendarza, fundowana przez *Skoraszewskich*, dziedziców miejscowych, ale i ta w końcu wieku zeszłego lub na początku teraźniejszego znikła (Hubryc. cit. de a. 1877 f. 40. 41).

1) *Unieński Stanisław z Unienia*, już w roku 1489 installował się na palata kanclerza *gnieźnieńskiego*, ale się nie utrzymał, zmuszony ustąpić tę palaturę *Krzyształowi z Kurozówk* (Acta Capit. Gnesn.).
2) *Majaczowice*. 3) *Jarocica*. 4) *Grabówka*. 5) *Sezawno*. 6) *Wola Szczawińska*. 7) *Będków*. 8) *Wola Będkowska*. 9) *Praszmów*. 10) *Strzalki*. 11) *Tyozyn*. 12) *Ligota*. 13) *Witów*. 14) *Zamoście*, dziś nieznane. 15) *Wielkowieś*. Przybyły później osady: *Redzeń*, *Huby Tyczyńskie*, *Niebiesa*, *Świerki*, *Sęk*, *Nieczuj*, *Waszkowskie*, *Ręzów*, *Strumiąny*, *Korzeń*, *Bagna*, *Huby Wielgowskie*, *Biadaczew*, *Jastrzęb*, *Izidorów*.

piscator inter alios piscatores dominorum haeredum, nedum in eodem spatio supra-scripto, sed et per totum fluvium supra et infra habet libertatem pisces prendendi et capiendi instrumentis manualibus, prout piscatores dominorum habent libertatem, alias prout se haereditas eadem et parochia extendit seu iurisdicctio parochialis; item et agros inter agros oppidanorum et praediales in quatuor partes divisos et in latitudine differentes, in uno loco octo cum medio bissulcorum in latitudine et in longitudine quatuor stadiorum; item in alio loco octo bissulcorum in latitudine et duorum stadiorum in longitudine. In tertio vero loco in latitudine quatuor bissulcorum et in longitudine duorum stadiorum, in quarto autem loco, videlicet versus *Sezawno* in campo, in latitudine octo bissulcorum et in longitudine quinque stadiorum se extendentes, et in eodem campo, dicto *Kunow*, certam partem aliam agri in latitudine quinque bissulcorum et in longitudine duorum stadiorum se protendentem; item ultra eosdem agros supradescriptos in altera parte fluvii versus *Wyelgawyesz* habet unum iuger seu spatium agri, alias *Nyva*, protendens se a via, quae vadit in *Czestochow*, usque ad limites *Wyelgawyesz*, in latitudine non aequalem mensuram habens, quia aliquoubi strictiorem et aliquoubi latiore, et iacet inter agros scultetiales eiusdem oppidi et limites *Wyelgawyesz*. Habet etiam prata in parte fluvii praedicti versus *Wyelgawyesz*, duo prata, unum circa agros scultetiae et aliud in latere pratorum oppidanorum, prata in eadem iacentia (sic); item tertium pratum in haereditate *Wyelgawyesz*, dictum *Popowka*, et quartum in eadem haereditate, magna villa, circa locum dictum *Vyssokibrzeg*; item quintum pratum in silva, dicta et appellata *Zwyszczyny*, sextum vero pratum ex altera parte fluvii versus *Sezawno* inter prata oppidanorum iacens; item habet tertiam partem theloni in pecuniis et in sale solvi soliti; item et decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales, ex agris vero oppidanorum proveniens spectat pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quam obtinet dominus *Anselmus Lukowsky*; pro dicta vero parochiali et eius plebano solvunt colendam oppidani de qualibet domo per grossum et inquilini per medium grossum.

Moyaczowicze, *Sezawno*, *Grabowka*, *Sezawyenska Volya*, *Lgotha*, *Vythow*, villae sub eadem parochiali, in quibus villis decimae manipulares post omnes et singulos agros praediales provenientes spectant ad eandem parochialem et plebanum, quarum partem assignat pro vicariis et ministro et partem pro se tollit, conducunturque opera et impensa illas percipientium; ex agris vero emethonalibus provenientes spectant et pertinent ad canonicatum et praebendam *Gnesnensens*, quos promunc obtinet dominus *Anselmus Lukowsky*, prout et in *Buzenyn*; et emethones pro parochiali praedicta solvunt colendam de manso quolibet per unum grossum.

Strzalky, villa sub eadem parochiali, in qua sunt tres mansi speciales, de quibus decima manipularis dumtaxat spectat pro eadem parochiali et plebano in *Buzenyn*, quoniam dicti tres mansi dicuntur fuisse aliquando agri praediales; ex agris vero emethonalibus decima manipularis datur pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi* suprascripta, prout et in *Buzenyn*.

Praszmow, *Jarocicze*, villae sub eadem parochiali, in quibus non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales, de quibus decima manipularis datur pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi* praedicta, prout in *Buzenyn*, et pro praedicta eorum parochiali incolae earundem nihil aliud solvunt, tantum colendam de manso per grossum.

Thyczyn, villa sub parochiali eadem, in qua decima manipularis ex agris praedialibus duutaxat proveniens spectat pro eadem parochiali et plebano in *Buzenyn*, ex agris vero emethonalibus venit pro canonicatu et praebenda, quos pronunc obtinet dominus *Nicolaus Czepel*, canonicus *Gnesnensis*, et pro eadem parochiali emethones solvunt colendam per unum grossum de quolibet manso.

Banthkow et *Volya Banthkowska*, villae sub eadem parochiali, in quarum una, videlicet in *Banthkow* sunt agri praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet pro eadem parochiali, ex agris vero utriusque emethonalibus pro mensa archiepiscopali decima manipularis datur, et colenda pro praedicta parochiali de manso quolibet per unum grossum.

Zamoszczye, *Wylgawyesz*, villae sub parochiali eadem in *Buzenyn*, de quarum villarum omnibus et singulis agris generaliter praedialibus et emethonalibus in ibidem decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Buzenyn*, et conducitur in utrisque villis opera et impensa plebani, et recipit de quolibet manso pro decima lini per duos grossos; ex praedialibus nihil tollit, dempta decima manipulari, et nihilominus emethones solvunt de quolibet manso per unum grossum.

39. SIRADIA.*)

Civitas regalis et in ea parochialis ecclesia sub titulo *Omnium Sanctorum*, de iure patronatus et praesentandi regiae maiestatis, quam modo obtinet venerabilis

*) *Sieradz*, jedno z najstarszych miast polskich, stolica województwa tego imienia, oraz starostwa, pamiętne tak z nieszczęść z powodu ujazdów *Tatarów*, *Czechów* i *Krzyżaków*, jako i z odbywających się tamże sejmów, według powszechnej tradycji miało kościół parafialny w wieku XI lub XII przez książąt *sieradzkich* założony i uposażony, który wspólnie z miastem różne smutne przechodził koleje: spustoszony i spalony w roku 1287 od *Tatarów*, 1292 od *Czechów*, 1331 od *Krzyżaków*, 1447 w perzynę obrócony przy powszechnym miasta pożarze (cfr. *Długosz*, *Kromer*, *Paprocki* etc.). Dzisiejszy kościół starożytny mury stanął zapewne po ostatnim zgorzeniu w roku 1447, który w roku 1645 dnia 7 czerwca od pioruna wielce uszkodzony i wewnątrz spustoszony z ofiar wiernych za usilnem staraniem się *Jana Molskiego*, ówczesnego rządcy swego, do pierwotnego stanu przywrócony, po 40 latach przez proboszcza *Jana Wargawskiego* zewnątrz gruntownie zrestaurowany i wewnątrz kosztownie przyozdobiony został. W roku 1779 dnia 9 sierpnia piorun ponownie uderzywszy w wieżę wyniosłą muirowaną, uszkodził ją znacznie, oraz jedną z ścian kościoła; lecz szkody te wkrótce potem naprawione zostały. Ostatni raz zreparowany został zewnątrz i wewnątrz odnowiony staraniem proboszcza swego, *Franciszka Zielińskiego* w roku 1858. Struktura jego zewnątrz poważna, wewnątrz dość wspaniała. Dwoma rzędami kolumn podzielony jest na trzy nawy, w których znajduje się 6 oltarzy, oprócz wielkiego w prezbiterium. Oltarz *ś. Anny* fundował i uposażył dla kaznodziei a zarazem promotora bractwa *Dymetryusz Solikowski*, arcybiskup *lwowski*, który się urodził na wójtostwie *sieradzkim*. Oltarz *N. Maryi P.* obok zakrystyi wraz z bractwem *Sekaplerza ś.* fundował i opatrzył w roku 1675 *ks. Walenty Witkowiez*. Oltarz *ś. Aniołów Stróżów* z bractwem odnośnem i oltarz *Chrystusa Pana* w kaplicy uposażone zostały przez mieszczan i miały swoich osobnych altarzystów. Przy ostatnim zaprowadzone zostało bractwo *literackie* po wszystkich prawie miastach polskich powszechne w XVII i XVIII wieku. Przy kaplicy dopiero wspomnianej ustanowionych było 5 mansyonarzy erygowanych kanonicznie przez arcybiskupa *Baranowskię*. Oltarz dawniej *N. Maryi P. studzianskiej*, a dziś *ś. Józefa*, do cechu szewskiego należący,

(dominus *Valentinus Cucharsky*¹⁾ ex praesentatione serenissimi principis domini *Sigismundi*, dei gratia regis Poloniae. Ad quam iure parochiali spectant et pertinent villae infrascriptae, videlicet praefata *Siradia* civitas cum suburbanis omnibus, necnon *Monycze*²⁾, *Vyechuczicze*³⁾, *Bogumylow*⁴⁾, *Sokolow*⁵⁾, *Kusnye*⁶⁾, *Dambrowka*⁷⁾, *Jezyory*⁸⁾, *Cloczko*⁹⁾, *Rakovicze duplex*¹⁰⁾, *Mnychow*¹¹⁾. Cuius quidem ecclesiae rector, prout ex antiquo, pro sui sustentatione et curae pastoralis administratione servat duos vicarios. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus habet proventus infrascriptos, quorum et modo in possessione est, imprimis videlicet in eadem civitate circa eandem ecclesiam habet pro dote et fundo unam specialem aream pro dote (sic) et curia plebanali versus orientem sitam, necnon et alias duas pro vicariis et schola; item habet in suburbio seu extra oppidum versus villam *Monycze* speciale spatium magnum et in eodem spatio septem areas emethonales cum hortis pro allodiis et aliis commoditatibus, necnon speciale praedium similiter cum hortis pro allodio et aliis commoditatibus, necnon piscinam et vinarium eidem areae praediali adhaerentes seu contiguas, in quibus areis praedio continue iunctis resident modo octo emethones et novus in area regali, qui omnes emethones habent agros ex agris praedialibus ab antiquo ad dictam ecclesiam spectantes aequaliter per medium mansum in campo uno dotis plebanalis emensuratos. Habet enim eadem ecclesia unum specialem campum, dictum et appellatum *Poszwyathne*¹²⁾, iacentem inter agros praediales regiae maiestatis in *Manycze* et agros haereditatis *Jezyory*, et solvunt emethones pro censu eorum quilibet omni anno per mediam marcam, necnon quindecim ova et unum gallum, faciunt etiam certos labores, videlicet ducturam lignorum necnon septuras circa praedium extra oppidum; item colunt in praedio plebanali eorum quilibet de agro tantum, quantum supereminare posset duobus coris frumentorum pro hieme et similiter pro aestivalibus frumentis, quos agros cultos et bene praeparatos frumentis eorum, videlicet siliginis et pro aestate avenae dictis *szepy* seminare et tandem segetes metere et in horreum plebani conducere. Decimam etiam manipularem post eorum omnes praedictos et singulos agros proveniente solvunt et dant pro eadem parochiali et plebano et conducunt eam curibus eorum in curiam plebanalem; item post omnes et singulos agros advocatae decima manipularis similiter proveniens spectat pro eadem parochiali, et conducunt eam agrorum conductores; de praedio vero advocati conducit eam plebanus curru proprio, ex medietate vero agrorum eiusdem oppidi, alias de tredecim mansis minus una quarta parte mansi, solvunt maldratas

miał także swoje uposażenie i osobnego niegdys kapelana. W roku 1521 założoną została na nowo szkoła przy kościele, do której powoływano nauczycieli z akademii krakowskiej, a której arcybiskup *Jakób Uchański* darował dziesięcinę stołu arcybiskupiego w *Wielkiej* i *Małej Zpuscie*. Była także przy szkole znaczna niegdys biblioteka, z której *Bogumił Linde* wywiózł 140 rzadkich książek (*Rubryc. cit.* z r. 1877. 35 sqq.). Na dziesięcinach w pobliżu *Sieradza* i dainach od mieszczan tamtejszych fundowany był zapewne już w końcu XIII wieku kanonikat *gnieźnieński fundi Sieradz*. W roku 1489 *Tomasz*, pleban tamtejszy, deklaruje przed konsystorzem *gnieźnieńskim*, że winien płacić 30 grzywien rocznie *Mikołajowi Głębockiemu*, archidyakonowi *poznańskiemu* i kanonikowi *gnieźnieńskiemu* za sypkę zbożową z *Sieradza* od niego kupioną (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 180b*).

1) *Kucharski Walenty*, pleban. 2) *Monice*. 3) *Wiechucie* i *Wiechutki*. 4) *Bogumilów*. 5) *Sokolów*, dziś w parafii *Chojne*. 6) *Kusnie*, dziś w parafii *Brzeźno*. 7) *Dąbrówka*. 8) *Jezióra*. 9) *Kloczko*. 10) *Rakowice*, dziś tylko jedna. 11) *Mnichów*. Później przybyły osady: *Dębowa Góra*, *Grosiwo*, *Mantyki*, *Monice*, *Zalesie*, *Zapusta Wielka*, *Zapusta Mała*. 12) *Poświętne*.

canonicatui et praebendae *Gnesnensibus*, quos modo obtinet quidam dominus *Mathias Cosczyesky*¹⁾ alias *Raczyasch*²⁾, et dantur de quolibet manso sedecim cori siliginis, decem octo avenae, tres tritici et sex grossi, ex altera vero medietate agrorum maldratae similiter dantur pro castro *Siradiensi*; item habet et prata duo, unum maius, quod disponitur pro curia plebanali, in quo emethones supra-descripti plebanales tenentur falcastrare per unam diem, aliam colligere et conducere; aliud vero, in quo locatus est piscator, qui pisces pro mensa plebanali in certo flumine etiam ad eandem ecclesiam spectante instrumentis quibuscunque capiebat et piscabatur, et solvit nihilominus pro censu modo per quindecim grossos, et pars fluvii plebanalis iam decrevit per repletionem et aquae depressionem; et iacent huiusmodi prata post castrum; pratum autem, quod iacet post villam *Manycze* circa flumen dictum *Zeglyna*³⁾, sub certo tempore pro utilitate ecclesiae per quendam oppidanum donatum, locatur pro necessitate ecclesiae per vitricos aut plebanum. Item oppidani et anteoppidani pro eadem ecclesia et eius pro tempore plebano nihil aliud solvunt, tantummodo colendam de qualibet area per unum grossum et inquilini per medium, item et denarium sancti Petri more solito; item habet in decima septimana in eadem civitate seu oppido ex theloneo regali omnium pro theloneo dari et solvi solitorum; item habet ex fraternitatibus pro omni quartali anno ex qualibet fraternitate per tres grossos, pro quibus solent cantare clerici vigiliis novem lectionum cum vicario. Vigiliae autem, quae canuntur circa funus, percipiunt ex eisdem (sic) quaestum consuetum vicarii cum ministro per octo grossos.

Manycze, Dambrowka, in quibus villis decima manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum eius et conducitur opera plebani et impensa; partem tamen decimae manipularis seu medium eiusdem in *minori Dambrowka* percipit plebanus in *Dambrowka maiori*, et hoc occasione quarundam duarum villarum, videlicet *Sokolow* et *Kusnye*, quas ipse plebanus in *Dambrowka* sacramentis procurat; ex agris autem emethonalibus in eisdem villis decima proveniens pertinet, videlicet in *Manycze* pro mensa archiepiscopali et in *Dambrowka* similiter; emethones autem praedictarum villarum nihil aliud solvunt, solummodo colendam de quolibet manso per unum grossum.

Vyechuczye, Sokolow et *Kusnye*, villae sub eadem parochiali ecclesia, quarum villarum incolae earundem nihil aliud pro dicta ecclesia solvunt, solummodo colendam, videlicet de quolibet manso per unum grossum, emethones autem ex agris ipsorum decimam manipularem solvunt et dant pro mensa archiepiscopali.

Cloczko, villa sub eadem parochiali, in cuius villae (sic) de agris omnibus et singulis advocatae et scultetae decima manipularis proveniens spectat et pertinet in toto pro praedicta ecclesia parochiali in *Sieradz*, ex agris autem emethonalibus decima provenit pro mensa archiepiscopali; emethones vero pro parochiali ecclesia praedicta tantummodo colendam solvunt de manso per unum grossum, ratione cuius decimae de praedictis agris advocatae seu scultetae de ipsius agris decimam pecuniariam solvunt, videlicet per decem octo grossos.

¹⁾ *Maciej Kościński*, kanonik *gnieźniński* 1510 (Acta decr. Cap. IV, 34). ²⁾ Pisał się z *Racicza* i dla tego *Racizem* zwany (tamże). ³⁾ *Żaglina*.

Bogumylow, villa regalis, in eadem decima proveniens manipularis ex agris omnibus et singulis emethonalibus spectat pro vicariis in *Vyebun*, et colendam pro praedicta ecclesia per unum grossum de manso quolibet solvunt; tabernator autem circa eandem villam in *Zeglyna*¹⁾ decimam manipularem dat et solvit praedictae ecclesiae.

Jezyory, villa regalis, in qua incolae nihil aliud solvunt praedicto plebano in *Sieradz*, solummodo colendam, de agris autem emethonalibus decimam solvunt pro canonicatu et praebenda *Gnesnensibus*.

Rakovicze utraque, in quibus villis (de) omnibus et singulis agris praedialibus decimae manipulares provenientes spectant pro eadem ecclesia parochiali et eius plebano, et nihil aliud solvunt.

Mnychow, villa regalis sub eadem parochiali, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus decima manipularis proveniens in toto spectat et pertinet ad praefatam parochialem et eius plebanum pro tempore existentem, incolae autem eiusdem villae quilibet illorum de sua area per octo ternarios ratione colendae solvunt.

Vyechuczye minor, villa, de cuius villae omnibus et singulis agris eiusdem incolae et cum curia in ibidem decimam solvunt, medietatem pro mensa archiepiscopali et medietatem pro praedicto plebano in *Sieradz*.

Sucha, villa regalis sub parochia in *Camyonacz*²⁾, de cuius villae omnibus et singulis agris generaliter incolae eiusdem pro praedicto plebano solvunt maldratas de quolibet videlicet manso per sex coros siliginis, et avenae per novem coros solvunt et post frumenta de manso quolibet pecuniam solvunt per tres grossos.

*Zagorzicze*³⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Stronsko*, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus decima manipularis proveniens spectat pro praefata parochiali ecclesia in *Sieradz*, quam et conducunt emethones ex agris ipsorum propriis; ex agris autem praedialibus decima provenit manipularis pro parochiali in *Stronsko*.

*Pyski*⁴⁾, villa sub parochiali in *Stronsko*, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus et praedialibus in ibidem decima manipularis proveniens spectat pro praedicta ecclesia in *Sieradz*, quam et conducunt emethones.

ALTARE, tituli *sanctae Trinitatis*, in parochiali praefata *Omnium Sanctorum*, per quendam *Michaëlem*, rectorem parochialis ecclesiae in *Wroblow*⁵⁾, dotatum et per reverendissimum dominum *Joannem de Sprowa*, archiepiscopum et primatem *Gnesnensem* erectum, de iurepatronatus et praesentandi consulatus civitatis *Siradiensis*, quod pronunc obtinet quidam *Joannes de Schidlow*⁶⁾, plebanus in *Glynno*⁷⁾. Habet pro dote et fundo, prout ex privilegio fundationis et erectionis praefati olim reverendissimi domini archiepiscopi clarissime apparet, sex marcas pecuniarum monetariae et numeri polonicae, quamlibet in marcam computando quadraginta et octo grossos, in proventibus, censibus et universis obventionibus eiusdem civitatis communibus seu praetorii per praefatum olim *Michaëlem* pro ducentis et triginta florenis hungaricalibus census annui perpetui alias in vim reemptionis super bonis (et)

¹⁾ *Żaglina*, karczma ²⁾ *Kamionacz*. ³⁾ *Zagórzycze*. ⁴⁾ *Piaski*. ⁵⁾ *Wróblewo*. ⁶⁾ *Jan z Szydłowa*. ⁷⁾ *Glinno*.

possessionibus ipsius civitatis ad communem fiscum praetorii quomodolibet spectantibus legitime emptis et comparatis et iurisdictioni ecclesiasticae adscriptis, eidemque altari et capellaniae incorporatas, et solvi pro singulis quatuor temporibus per unam cum media marcam per consules pro tempore existentes altaristae pro tempore esistenti sub censuris ecclesiasticis obligatas. Pro quibus ducentis et triginta florenis hungaricalibus, prout litterae foundationis canunt et disponunt, consulatus eiusdem civitatis pro fisco communi emit et comparavit, imprimis unum mansum agri apud quendam *Michaëlem Sromothny* et unam quartam similiter agri apud *Slavconem*, necnon duos hortos, unum *Neznachowsky* circa laterificium et alium *Golowsky* pro incremento et utilitate civitatis praedictae *Sieradz*. Cuius altaris altarista tenetur et obligatur ad explendas in eadem ecclesia singulis septimanis tres missas, unam de *sancta Trinitate*, secundam de *sancta Cruce* et tertiam pro defunctis diebus competentibus per se vel per alium sub conscientia, item superpelliciatas in eadem parochiali infra divina officia incedere et processionibus diebus festivis et praecipuis interesse.

COLLEGIUM CAPELLAE REGALIS IN CASTRO SIRADIENSI*) continet sex personas, repraesentans collegiatam, videlicet praepositum et quinque canonicos praebendatos, de iurepatronatus et praesentandi regiae maiestatis, habetque proventus pro dote et fundo infrascriptos, et primo praepositus.

PRAEPOSITUS pro tempore existens habet specialiter pro dote et fundo, primo aream circa capellam seu oratorium tituli *sanctae Trinitatis* extra castrum *Siradiense* sitam versus meridiem in littore fluvii decurrentis ad molendinum maius regale cum horto eidem adiacente.

Dzyezarzna 1), villa sub parochiali in *Glynno* 2), est dos et fundus dictae praepositurae cum omni iure, dominio et proprietate, de qua pronunc praepositus ex censibus annuis habet citra vel ultra marcas (sic), quas solvunt emethones et nonnullos alios labores iuxta antiquam consuetudinem faciunt, et non sunt ibi aliqui agri praediales, solum emethonales et sculteti. Cui etiam praeposito scultetus certa servitia facit et impendit; habet tamen certa prata praepositus, quae colliguntur et disponuntur per emethones.

Barthochow, villa sub parochiali ecclesia in *Wartha*, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus et praedialibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet pro dicta praepositura et eius praeposito; valor eius aestimatur ad sex marcas citra vel ultra, et nihil aliud habet, neque cum canonicis, praeter de offero-

*) Obok zamku niegdyś królewskiego w *Sieradzu* istniała od niepamiętnych czasów kolegiata tak zwana *królewska*, przez królów polskich fundowana i uposażona, składająca się z proboszcza i pięciu kanoników, oraz kilku wikaryuszów, przy kościele drewnianym pod wezwaniem *Trójcy ŚŚ.*, do którego przybudowaną była kaplica z osobnym wejściem przez *Jana Januszowskiego*, kanonika miejscowego, którą wizyta w roku 1683 zastała zupełnie zrujnowaną i opuszczoną. Uposażenie tej kolegiaty, którą arcybiskup *Teodor Potocki*, za zezwoleniem królewskim w roku 1729 przeniósł do kościoła parafialnego, wyszczególnia dokładnie opis powyższy. Kościół *ŚŚ. Trójcy*, chyląc się coraz więcej ku upadkowi, rozebrany nareszcie został w roku 1786. Wszelkie naówczas istniejące fundusze i sprzęty jego przeniesiono do kościoła farnego czyli do nowej kolegiaty, która kwitła aż do zreorganizowania kościoła polskiego po ostatnim rozbiore Polski w roku 1818.

1) *Dzierżazna*. 2) *Glynno*, *Dzierżazna* należy dziś do parafii *Brodnia*.

rio, de quibus participat. Habet tamen superioritatem super dictos canonicos, nihilominus tamen per se vel per alium officia in capella, prout et canonici, cantare et explere obligatur; item dictus praepositus et pro tempore existens obligatur providere dictam capellam ad officia divina omnia et singula pro canonicis seu eorum substitutis de vino et cera, et habet ex speciali donatione regiae maiestatis pro subsidio ex proventibus seu censibus castri *Siradiensis* duas marcas, quas solvere factores seu exactor proventuum regalium eiusdem castri pro festo *sancti Martini* solent.

CANONICI seu praebendarii dicti collegii habent pro dote et fundo certum spatium terrae ad littus fluvii decurrentis circa dictum oratorium *sanctae Trinitatis* in altera ripa molendino regali opposita, in quo spatio duntaxat tres domus sunt locatae; alii duo non habent aliquas domus, possent tamen facere seu construere in residuitate eiusdem spatii ultra aream seu domum ex opposito molendini, in qua nunc residet quidam dominus *Andreas*, iacente. Habent etiam in communi infrascriptos proventus, quos inter se aequaliter dividunt, videlicet primo et principaliter ex theloneo *Siradiensi* partis regalis viginti marcas, videlicet pro singulis quatuor temporibus per quinque marcas.

Oczyn 1), villa sub parochiali in *Wroblow*, cuius proprietas cum omni iure, dominio et proprietate spectat ad dictos canonicos et eorum collegium in communi. Cuius incolae seu emethones solvunt de quolibet manso per unam marcam pro censu; in qua etiam villa sunt agri praediales, quorum partem emethones colere alias *jutrzyny* tenentur et propriis frumentis alias *szepy* superseminare et easdem segetes colligere et conducere, residuum vero praedii sumptibus dominorum canonicorum, et non obligantur ad aliquos alios labores. Decima etiam manipularis ex omnibus eiusdem villae agris proveniens spectat ad eosdem canonicos seu praebendarios.

Biscopice 2), villa sub parochiali ecclesia in *Charlupya minori* 3), de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus decima manipularis proveniens spectat et pertinet ad dictos canonicos seu praebendarios, ex agris autem praedialibus duntaxat ex antiquo spectat ad parochialem in praedicta *Charlupya*.

Cowale 4), villa sub parochiali in *Charlupya minori*, in qua de quatuor mansis decima manipularis proveniens duntaxat spectat ad dictos praebendarios capellae castri *Siradiensis*, ex aliis vero agris residuis ad parochialem praedictam in *Charlupya*.

Baskow 5), villa regalis sub parochia in *Charlupya*, de cuius villae seu praedii regalis agris decimam manipularem proveniente simul et ex hortulanis alternatis vicibus percipit praedicta universitas praebendariorum cum parochiali praedicta in *Charlupya*.

Zyroslavicze 6), villa sub parochia in *Charlupya*, in qua villa duntaxat de uno manso, in quo sedet quidam *Sulek*, decima manipularis proveniens spectat pro dictis canonicis et praebendariis, de residuis autem agris eiusdem villae decima provenit pro parochiali in *Charlupya*.

1) *Ocin*. 2) *Biskupice*. 3) *Charlupia Mała*. 4) *Kowale*. 5) *Basków*, wieś w parafii *Charlupia Mała*. 6) *Zerostawice* w tejże parafii.

*Glamyschow*¹⁾, villa sub parochiali in *Gora*, cuius villae ex certis agris emethonalibus, necnon quadam certa, ut dicitur, deserta haereditate versus *Siradiam* eundo iacente, pro maiori parte decima manipularis proveniens spectat ad praedictum collegium mansionariorum capellae castris *Siradiensis*, de aliis autem agris et eorum maiori parte, quae ad haereditatem villae *Glamyschow* spectat, ad parochialem et plebanum in *Gorra*, et valor aestimatur eius quoad praebendarios ad quatuor marcas, quo vero ad dictam parochialem ad quinque marcas et aliquando magis vel minus.

Item dicti praebendarii oblationes in eodem oratorio fieri contingentibus aequaliter inter se dividunt; habent etiam clericum, qui ministrat, panes providet et pro sacrificio altaris et ipsis canonicis ministrat, qui pro dote et fundo habet certos agros in villa regali *Manka*²⁾, quos locat aliquando pro una marca cum media, quia iacent in possessione, et expensas habet in castro *Siradiensi* loco elemosynae ex antiquo.

HOSPITALE*) *sancti Spiritus* extra civitatem in suburbio situm, cuius praepositus solet fieri religiosus de monasterio *Myechoviensi*, *Cracoviensis* dioecesis, illud administrare et curam pauperum in eodem existentium pro tempore exercere

¹⁾ *Glaniszew*. ²⁾ *Męka*.

*) Oprócz kościoła parafialnego i kollegiaty królewskiej z kościołem *ŚŚ. Trójcy* istniały niegdyś i w części istnieją dotąd następujące kościoły:

1) Kościół wraz z szpitalem *ś. Ducha* na przedmieściu *wartkiem*, roku 1417 przez *Marcina z Kalinowy Zarembe*, kasztelana *sieradzkiego*, starostę *wieluńskiego*, *ostrzeszowski* i *bolesławieckiego* fundowany i kanonikom regularnym grobu Chrystusowego z *Miechowa* pod zarząd oddany, którym wraz z synami swymi, *Wawrzyńcem* i *Jonem*, wieś swoją dziedziczną *Garbów* zapisał, lecz tę później syn jego, *Jan Zarembe*, wojewoda *kaliski* napowrót bezprawnie odebrał. Potomkowie, chcąc krzywdę naprawić, poczęli rzeczonym zakonnikom płacić roczną daninę w ilości 150 złt. (*Nakielski*, *Miechovia* f. 400 sqq. *Niesiecki*, *Korona* IV, 638). Po zniesieniu zakonu kościół rzeczony drewniany z trzema ołtarzami przeniesiono na cmentarz parafialny, gdzie odtąd służy za grobową kaplicę (*Rubryc. cit.* f. 37).

2) Kościół pod wezwaniem *ś. Stanisława* wraz z klasztorem przez *Kazimierza*, księcia *kujawskiego*, *łęczyckiego* i *sieradzkiego* w roku 1260 fundowane dla oo. *Dominikanów* z klasztoru *krakowskiego* sprowadzonych. Klasztor ten wraz z kościołem złupili i zniszczyli okrutni *Krzyżacy* przy swoim napadzie na Polskę w roku 1331. *Długosz* opisując napad ich na *Sieradz*, nadmieniał, że ówczesny przeor, o. *Mikołaj*, który dawniej był w klasztorze *elbląskim* i tam poznał się z tamtejszym komandorem *krzyżackim*, *Hermanem*, który właśnie dowodził tłumaczą zabierającą się do rabunku klasztoru, błagał go na kolanach na dawną z nim znajomość, aby odstąpił od rabunku i nie pastwił się nad biednymi mieszkańcami, lecz ten twardego serca człowiek nie dał się wzruszyć prośbami i zabrał wszystko z kościoła i klasztoru, nawet suknie z zakonników gwałtem poźdierać kazał (*Długosz*, *Hist. Pol. lib.* IX, 1012). Zniszczone do szczytu przez barbarzyńców kościół i klasztor dźwignął członek zgromadzenia, *Feliks z Sieradza* h. *Gozdawa*, niegdyś prowincjał *Dominikanów* w Polsce, (który się wielką odznaczał świętobliwością i w kościele klasztornym pochowany, za świętego był uważanym), przy pomocy niejakiego *Marcina Nipelskiego*, dominikanina, oraz przeora klasztoru tegoż. *Jakób Piaskowski* wraz z żoną swoją *Anną z Dąbrowskich*, których syn jedynak wstąpił do klasztoru *sieradzkiego*, zapisał temuż klasztorowi wieś swą dziedziczną *Piaski* w roku 1628. W sklepał kościoła klasztorowego spoczywają zwłoki trzech książąt *kujawskich* i wielu znakomitej szlachty. Kiedy dzisiejszy kościół murywany został wystawionym, dojść nie można. W roku 1864 klasztor *sieradzki* wraz z wielu innymi został przez rząd zniesionym. Kościół pozostał dla wygody parafian (*Rubryc. cit.* z r. 1874 f. 118. 119).

3) Kościół czyli kaplica pod tyt. *ś. Marcina*, obok zamku, zapewne przez królów polskich fundowany, około roku 1426 do samego zamku przeniesiona pod tyt. *Rozesłania Apostołów*, w roku 1588 wraz z zamkiem stała się pastwą płomieni i na nowo odbudowaną nie została.

et instituitur ad praesentationem dicti monasterii *Myechoviensis* praepositi et conventus per archiepiscopum *Gnesnensem*, quod ad praesens vacat. Habet enim eiusdem ecclesiae seu oratorii praepositus pro dote et fundo extra civitatem *Siradiensem* ad praefatum hospitale spectantem specialem aream et in ea domum cum horto eidem adiacente; item unum agrum seu mansum agri in haereditate eiusdem civitatis *Siradiensis* specialem inter agros oppidanorum et villae *Dzwygorzow*¹⁾ iacentem; item ex quatuor areis et earum hortis ante portam civitatis, eundo versus *Buzenyn*²⁾, in latere versus castrum *Siradiense* situm habentibus pro censu annuo perpetuo per quatuor grossos de quolibet earum.

Garbow, quondam villa, nunc vero haereditas desertata ab aliquot annis, citra vel ultra sex annis, per magnificum dominum *Joannem Zaramba*, palatinum *Calisiensem* de facto occupata et pro praedio suo in *Calinowa*³⁾ appropriata ex negligentia dicti monasterii *Myechoviensis* tanquam patroni et praepositi, spectabat, prout et modo spectat, prout ex antiquo, pro dicto hospitali et eius pro tempore praeposito cum omni iure, dominio et proprietate; et fuerunt in eadem septem lanei seu sexagenam, necnon gallos, ova et alia servitia faciebant; dictos autem emethones idem dominus palatinus in praeiudicium magnum in alias suas villas et haereditates simul et domos transtulit. Decima etiam manipularis de duobus mansis spectabat pro ecclesia parochiali in *Manka*, et de aliis mansis ad mensam archiepiscopalem quondam, et postea pro mansionaria in *Calinowa* ex donatione archiepiscopi per patrem palatini fundata.

Item taxata est eadem praepositura ad unam marcam argenti.

40. CHARTLUPYA*) MINOR.

Villa haereditaria nobilium et in eadem parochialis ecclesia sub titulo *Nativitatis beatae Virginis Mariae*, de iure patronatus et praesentandi haeredum in eadem

4) Kaplica *ś. Mikołaja* na przedmieściu *krakowskiem*, wspomiana już w roku 1447, wystawiona była na gruncie plebańskim i miała trzy ołtarze. Będąc budowaną z drzewa, tak na początku wieku teraźniejszego podupała, że nareszcie w roku 1812 rozebrana być musiała.

5) Kaplica *ś. Walentego* we wsi parafialnej *Kłocko*, w roku 1709 lub 1711 w czasie grasującego powietrza morowego pierwiastkowo pod tyt. *ś. Rochi* odbudowana, później z drzewa wystawiona, dotąd istnieje (*Rubryc. cit.* f. 37. 38).

¹⁾ *Dzigorzew*. ²⁾ *Buzenin*. ³⁾ *Kalinowa*.

*) *Charlupia Mała*, wieś szlachecka z kościołem parafialnym, o którym akta konsystorza *gniźnieńskiego* wspominają w roku 1457 jako o dawno istniejącym; *Mikołaj Głębocki* bowiem, archidykan *poznański* i kanonik *gniźnieński*, zapożywa w tymże roku przed sąd tegoż konsystorza *Stanisława*, wikaryusza z *Charlupia Małej* o zabranie mu dziesięciu za dwa lata z *Abramowic* do niego należące *rationae gratiae archiepiscopalis* (*Excerpta ex actis* Consist. f. 411). W miejsce pierwotnego kościoła drewnianego zębem czasu zniszczonego stawał w pierwszej połowie wieku XVI nowy, również drewniany, który w roku 1540 z upoważnienia arcybiskupa *Latalskiego* konsekrował *Jakób Dziaduski*, suffragan *poznański* (*Acta Visitat.*). Pleban *Walenty Wilkowiec* kościół ten około roku 1680 gruntownie zrestaurował i wewnątrz go przyozdobił, oraz własnym nakładem dom plebański wystawił. Dzisiejszy

Chartlupya alternatis vicibus et in *Dzyerlyno*¹⁾ parte ex altera vices alternatas habentium, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes Rudnyczky*²⁾ ex praesentatione vices protunc habentis, qui, prout ex antiquo, pro sui subsidio et curae pastoralis administratione circa ipsam ecclesiam continue servat duos presbyteros in vicarios et ministrum, quos salariat. Ad quam iure parochiali ultra dictam vilam *minorem Chartlupya* villae infrascriptae, videlicet *Dzyerlyno*³⁾, *Zagorzyczky*⁴⁾, *Byskupicze*⁵⁾, *Zyroslawicze*⁶⁾, *Cowale*⁷⁾, *Basskow*⁸⁾, *Jacubycze*⁹⁾, *Pyotrovicze*¹⁰⁾, *Ibramovicze*¹¹⁾, *Scharky*¹²⁾, *Skosczerzyn*¹³⁾, *Lossyniecz*¹⁴⁾, *Wola*¹⁵⁾, *Dzwygorzew*¹⁶⁾ spectant et pertinent; habetque pro dote et fundo proventus infrascriptos, videlicet primo et principaliter in eadem villa et haereditate aream specialem satis latam et spatiosam pro curia plebanali, in cuius parte habent situm domunculae duae pro vicario et ministro, necnon horti pro allodio et aliis commoditatibus praefatae areae dotis plebanalis adiacentis sufficientes. Habet et unum mansum agri pro praedio inter agros emethonales iacentem eiusdem latitudinis et longitudinis, prout agri emethonales se protendunt et extendunt in quolibet campo, cum pratis eisdem agris adiacentibus seu confinantibus; item unum iuger agri in postico dotis et areae plebanalis in latitudine, prout area plebanalis, se extendit, in longitudine vero unius stadii; item dicitur ex antiquo etiam habere certam partem agri in haereditate *Wola* inter vias ex *Siradia* et *Dzwygorzew* versus *Chartlupya* et *Wartha* tendentes, in quo agro arbores pinorum excreverunt. Decima etiam manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales in eadem *Chartlupya* proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum, et conducunt eam emethones de agris eorum curribus eorum absque solutione decimae camapalis seu lini, de agris vero praedialibus curru plebani aut impensa eius conducitur. Solvunt etiam emethones et tabernatores colendam de quolibet manso per unum grossum.

Dzyerlyno, *Wola*, *Skosczerzyn*, *Jacubycze*, *Lossyniecz*, *Scharky*, *Ibramovicze*, villae sub eadem parochiali ecclesia in *Chartlupya minori*, in quibus decimae manipulares tam ex agris praedialibus quam emethonalibus provenientes in toto spectant ad eandem parochialem et plebanum in *minori Chartlupya*, et conducunt eas emethones eorum curribus sine solutione decimae lini; post agros vero praediales, qui coluntur pro curiis nobilium aut regiae maiestatis, conducit eas plebanus

kościół w miejsce tamtego zupełnie podupadłego wystawił z drzewa *Wojciech Walewski* h. *Kolumna*, sędzia ziemski *sieradzki* w roku 1765. Na początku teraźniejszego wieku kościół ten w smutnym znajdował się stanie budowlanym. Dopiero w roku 1841 *Antoni Towarkiewicz*, objawszy rzędy jego, zajął się natychmiast nader gorliwie jego restauracją i w krótkim czasie szczęśliwie jej dokonał. Co nie dostawało do wewnętrznej jego ozdoby, to wypełniła gorliwość dzisiejszego plebana. Dziś kościół ten w dobrym będący stanie ma trzy kaplice, dwie po bokach, a jedną oboko wielkiego ołtarza. Widać w nim chrzcielnicę piękną z jednego kamienia wykutą z napisem gotyckim dziś nieczytelnym z wyjątkiem roku 1538 i nazwiskiem jakiegoś *Gomulińskiego* rzeźbiarza. W wielkim ołtarzu umieszczony jest starożytny obraz *N. Maryi P.* od niepamiętnych czasów za cudowny uważany i w wielkiej czci u wiernych okolicznych będący. Niegdyś był w *Charlupi* szpital wystawiony przez plebana miejscowego, *Walentego Witkowicza* w końcu wieku XVII, który już w wieku zeszłym zniknął (Rubryc. cit. z roku 1877 f. 41. 42).

¹⁾ *Dzierlin*. ²⁾ *Jan Rudnicki*, pleban. ³⁾ *Dzierlin*. ⁴⁾ *Zagórki*. ⁵⁾ *Biskupice*. ⁶⁾ *Żerosławice*. ⁷⁾ *Kowale*. ⁸⁾ *Basskóu*. ⁹⁾ *Jakowice*. ¹⁰⁾ *Piotrowice*. ¹¹⁾ *Abramowice*. ¹²⁾ *Nieodgadnione*. ¹³⁾ *Kosciężyn*. ¹⁴⁾ *Łosieniec*. ¹⁵⁾ *Wola Dzierlińska*. ¹⁶⁾ *Dzigorzew*.

curru ipsius aut impensa eius. Solvunt etiam emethones et incolae ipsarum villarum colendam per unum grossum de manso.

Dzwygorzew, villa regalis sub eadem parochiali in *Chartlupya*, in qua decima manipularis de campo uno agrorum emethonalium versus *Chartlupya* iacente proveniens duntaxat spectat ad eandem parochialem et plebanum, de aliis vero duobus campis spectat pro mensa archiepiscopali, de agris autem praedialibus et hortulanarum ad parochialem et plebanum in *Manka*, et conducitur curribus emethonum ex ipsorum agris emethonalibus sine decima lini, de agris vero praedialibus curru plebani in *Manka*. Solvunt etiam emethones colendam parochiali praedictae ipsorum de manso per medium grossum.

Luczyeow, Wolya, Vylkovya, villae sub parochiali eadem in *Buczek*, in quibus incolae, videlicet emethones nihil aliud solvunt pro dicta parochiali ecclesia in *Buczek*, solum colendam de quolibet manso per unum grossum, decimas vero manipulares in *Luczyeow* et *Wolya* pro mensa archiepiscopali, in *Vylkovya* vero pro mansionariis in *Lassko*; item in *Wolya* suprascripta praefata ecclesia et eius pro tempore plebanus habet duo prata, unum in confinibus agrorum emethonalium, campi iacentis versus villam *Luczyeow* circa silvam, de quo colligi possent aliquando duo currus de foeno, praeter decrescentiam, quae fieri potest per extirpationem virgularum, aliud vero in silva seu nemore dicto *Jewyna lanka*¹⁾.

Bujny minor, villa sub parochiali ecclesia in *Lobodzicze*, in qua sunt mansi sex et excrescentiae agrorum pro taberna, cuius proprietas et verum dominium cum omnibus censibus, proventibus et universis utilitatibus etiam cum decima manipulari praeter colendam et denarium sancti Petri spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Buczek*, et non sunt in ea aliqui agri praediales, solum sex praedicti mansi emethonales, quorum modo quatuor extant possessionati et sol-

¹⁾ *Jewina Łąka.* ²⁾ *Bujny Książę i Bujny Szlacheckie.*

vunt emethones de quolibet manso ratione census per triginta duos grossos necnon per triginta ova, per duos capones, per quatuor coros siliginis et per quatuor avenae et faciunt labores prout aliae villae circum adiacentes pro utilitate plebani.

*Lobodzycze*¹⁾, villa, in qua est ecclesia parochialis, post cuius villae omnes et singulos agros emethonales decima manipularis proveniens etiam cum decima lini in toto spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Buczek*, quam conducit praedictus plebanus curru proprio, ex agris vero praedialibus, etiam parte, quam tenet tabernator *Smolarzyk*, decima manipularis datur pro praedicta parochiali et plebano in *Lobodzicze*, de parte vero certa agrorum confinantium cum agris emethonalibus praedictus tabernator solvit decimam manipulearem cum emethonibus.

*Bujny maior, Graboschow*²⁾, villae sub parochiali ecclesia praedicta in *Lobodzicze*, de quibus decimae manipulares post omnes et singulos agros etiam post praediales in *Bujny* praedicta maiori provenientes in toto spectant ad parochialem in *Buczek*, et conducit eas plebanus curru proprio, percipiens decimam lini de quolibet manso emethonali per duos grossos.

*Lubycz*³⁾, villa sub parochiali in *Parzno* ecclesia, in qua villa decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad praedictam parochialem in *Buczek*, et conducitur per plebanum curru ipsius proprio cum perceptione decimae lini a emethonibus per duos grossos de manso quolibet, ex agris autem praedialibus decima provenit pro parochiali et plebano in *Parzno*.

Osstrow, Radzyniec, villae sub parochiali ecclesia in *Lassko*, in quibus non sunt aliqui agri praediales solum emethonales, ex quibus omnibus et singulis agris emethonalibus decimae manipulares provenientes in toto spectant ad parochialem ecclesiam in *Buczek*, et conducit unam illarum, videlicet in *Osstrow*, curru proprio decimam lini percipiens, in *Radzyniec* vero emethones conducunt absque solutione decimae lini.

*Crzeszlow*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Vygyelzow*⁵⁾, de cuius villae omnes et singulos agros praediales (sic) decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem in *Buczek*, et cum hortulano locato super agris praedialibus, ex agris autem emethonalibus decima provenit pro parochiali in *Parzno*.

*Wolya Pczoleczka*⁶⁾, sub parochiali praedicta in *Vygyelzow*, in qua decima manipularis ex certis agris praedialibus, quos pronunc colit nobilis *Mszczek* cum germano suo secum in diviso, non in toto, sed eorum parte proveniens, spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Buczek*; post agros vero aliorum nobilium praedialium pro parochiali in praedicta *Vygyelzow* et ex emethonalibus pro mensa archiepiscopali datur decima manipularis et solvitur.

Pczolky, villa sub parochiali in *Vygyelzow*, cuius villae decima manipularis de certa parte agrorum praedialium, quos colit pronunc nobilis quidam *Moyek Joannes*, spectat pro parochiali ecclesiae in *Buczek*, de aliis autem agris praedialibus nobilium provenit ad eandem parochialem in *Vygyelzow*.

*Przecznycze*¹⁾, villa sub parochiali in *Vygyelzow*, cuius villae decima manipularis ex agris praedialibus proveniens in toto spectat ad eandem parochialem et

¹⁾ *Lobodzice.* ²⁾ *Grabostów, wieś w parafii Bujny.* ³⁾ *Lubiec.* ⁴⁾ *Krzeszów.* ⁵⁾ *Wygyelzów*
⁶⁾ *Pczółki.* ¹⁾ *Przecznice.*

plebanum in *Buczek*, ex agris autem emethonalibus decima provenit ad parochialem et plebanum in *Parzno*.

Zalussye ¹⁾, similiter sub parochiali ecclesia in *Vygyelzow*, in qua ex omnibus et singulis agris tam emethonalibus quam praedialibus, demptis duobus in quolibet campo iugeribus agri alias *dzyaly*, decima manipularis proveniens spectat ad parochialem ecclesiam in *Buczek*, de dictis autem duobus agri iugeribus spectat ad dictam parochialem in *Parzno*, et conducunt eam incolae curribus eorum propriis.

Taxata est ecclesia eadem ad novem marcas argenti et solvit collectori camerae apostolicae pro denario sancti Petri decem octo grossos cum quitantia simul cum parochiali in *Vygyelzow*.

ALTARE in eadem ecclesia tituli *sanctae Trinitatis et beatae virginis Mariae* de iurepatronatus et praesentandi laicorum haeredum in *Pozenycze* ²⁾, quod modo obtinet honorabilis dominus *Nicolaus Przeczeń* ³⁾, plebanus in *Parzno*, quod pro dote et fundo habet unam villam, dictam *Lanki*, sub parochiali ecclesia in *Vygyelzow* sitam cum omni iure, dominio et proprietate, praeter hoc, quod fundatores pro tuitione et defensione in eadem villa reservaverunt sibi et successoribus, quoties occurrit expeditio bellica, *voynno* ex emethonibus in eadem villa pro tempore existentibus more aliarum villarum solvi solitum, solvuntque eiusdem villae emethones pro tempore existentes praedicti altaris altaristae pro censu annuo singulis annis de quolibet manso per unam marcam usuaem et proveniunt pro censu octo marcae; item de quolibet manso per quatuor coros siliginis et per quatuor avenae; item gallos, ova et caseos, et nullos labores faciunt, praeter ducturam lignorum et prati in eadem villa dispositionem. Et obligatur altarista pro tempore existens omni septimana explere per se vel per alium tres missas, unam de *sancta Trinitate*, aliam de *beata Virgine* et tertiam pro defunctis, et tenetur sibi providere de vino et de cera teneturque interesse, quando praesens est, divinis officiis et processionibus; item habet in praefata villa *Buczek* specialem aream et in ea domum cum horto eidem areae annexo, inter areas emethonales versus occidentem sitam.

46. LOBODZICZE.*)

Villa et in eadem parochialis ecclesia, filia parochialis in *Buczek*, sub titulo *sancti Laurentii et Thomae apostoli*, de iurepatronatus haeredum de eadem *Lo-*

¹⁾ *Zalesie*. ²⁾ *Pozdzenice*. ³⁾ *Przeczeń Mikolaj*, plebanus in *Parznie* i altarzysta w *Buczku*, został kanonikiem *gnieźnińskim* po *Mikolaju Czepiel* w roku 1518 (Archiv. Capit. Gnesn. Liber install. A. 187).

*) *Lobodzicze*, wieś szlachecka, także *Lobodzice* zwana, zapewne gniazdo rodziny *Loboekich* (*Lobodzkich*) h. *Jastrzębiec*, z których pochodził *Maciej Loboeki*, archidyakon *gnieźniński*, kanonik *poznański* i dziekan *łęczycki*, siostrzeniec arcybiskupa *Łaskiego*, gdyż matką jego była *Anna Łaska* h. *Korab*, siostra arcybiskupa (Ks. Korytkowski, *Żywoty arcyb. i kanon. gnieźn. Ms.*), miała kościół parafialny, założony zapewne przez tęż familią już w drugiej połowie wieku XV, jak dowodzą akta konsystorza *gnieźnińskiego* (Archiv. Consist. Gnesn. akta luźno). W roku 1751 *Władysław Jeżycki*, starosta *żeleńiewski*, właściciel *Lobodzic*, wystawił tam w miejsce starożytnego drewnianego kościoła od starości

Łobodzicze, quam pronunc obtinet honorabilis *Bartholomaeus* ex praesentatione haeredum, qui propter defectum et paucitatem proventuum non sufficit servare vicarium, habet tamen in cura ultra praedictam *Lobodzicze* alias villas, videlicet *Bujny duplex* ¹⁾, *Choczyszchow* ²⁾, *Brodnycza* ³⁾ et cum minera ferri (*Grabosthow* ⁴⁾, *Roznyathowicze* ⁵⁾, *Podwody* ⁶⁾, *Wolya Sromoczka* ⁷⁾, *Sromothka* ⁸⁾, *Graboczyn* ⁹⁾ ad ipsam iure parochiali spectantes, necnon bona, decimas et proventus infrascriptos, et primo in eadem *Lobodzicze* pro curia plebanali unam aream cum hortis pro allodio et aliis utilitatibus circumeirca adiacentibus et aliam aream pro ministro circa cimiterium; item certam partem agri post agros praediales domini haeredis circa molendinum *Kryczka* ¹⁰⁾ et limites *minoris Bujny* cum prato eidem agro adiacente, item et decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales.

Roznyathowicze, *Sromothka*, villae sub parochiali eadem, in quibus villis decimae manipulares ex agris praedialibus provenientes spectant ad parochialem et plebanum in *Lobodzicze*; ex agris vero emethonalibus in *Roznyathowicze* ad parochialem in *Drusbicze* ¹¹⁾, et in *Sromothka* pro mensa archiepiscopali.

Podwody, villa sub eadem parochiali, in qua decima manipularis duntaxat de duobus mansis, quondam, ut dicitur, scultetialibus, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Lobodzicze* et de emethonalibus, pro mensa archiepiscopali.

Graboczyn, *Wolya Sromoczka*, *Brodnycza*, *Bujny duplex*, *Grabosthow* et *Choczyszchow*, villae sub eadem parochiali, in quibus incolae ipsarum villarum pro dicta ipsorum parochiali nihil aliud solvunt, praeter colendam, in villis superius descriptis de quolibet manso per unum grossum et denarium sancti Petri, decimas vero in praedicta *Graboczyn*, *Wolya Sromoczka* et *Brodnycza* pro mensa archiepiscopali, in dictis vero *Bujny* duplici et *Grabosthow* pro parochiali et plebano in *Buczek*. In *Choczyszchow* autem ad parochialem ecclesiam in *Pabianicze* praeter praedium dictum *Sbyowa* ¹²⁾, quondam villa, nunc vero haereditate deserta, de qua decima manipularis, prout ex antiquo, pro mensa archiepiscopali spectat.

47. VYGYELZOW.*)

Villa haereditaria nobilium et in eadem parochialis ecclesia sub titulo *Visitationis beatae Virginis Mariae et conversionis sancti Pauli* de iurepatronatus et

upadającego nowy również drewniany, który zapewne zgorzał, gdyż w roku 1795 *Kazimierz Krzycki*, generał wojsk polskich, dziedzic miejscowy, stawia inny kościół drewniany w formie krzyża z dwiema po bokach kaplicami, który do dziś dnia istnieje, przez obecnego rządzącego swego starannie zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 124. 125). Jak powyższy opis wskazuje kościół *Łobodzicki* od dawna był filią kościoła parafialnego w *Buczku*. Kiedy został parafialnym, źródło wyżej podane nie wskazuje.

¹⁾ *Bujny Książa* i *Bujny Szlacheckie*. ²⁾ *Chocziszew*, dziś w parafii *Żelechinek*. ³⁾ *Brodnica*, dziś w parafii nie znana. ⁴⁾ *Grabostów*, dziś w parafii *Gorzkowice* i *Bujny*. ⁵⁾ *Roźniatowice*. ⁶⁾ *Podwody*. ⁷⁾ *Wola Sromoczka*. ⁸⁾ *Sromothka*. ⁹⁾ *Graboczyn*. ¹⁰⁾ *Młyn ten* dziś nie znany. ¹¹⁾ *Drużbice*. ¹²⁾ Osada nieodgadniona.

*) *Wygyelzów*, wieś szlachecka, w wieku XVI własność familii *Kawieckich* h. *Wysogota* (Niesiecki, *Korona II*, 494), według świadectwa akt konsystorskich miała kościół parafialny już w pierwszej

praesentandi laicorum haeredum in eadem *Vygyelzow*, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Piotrkow*, ex praesentatione nobilis *Joannis Cawyecski*¹⁾, prout haeredis in eadem *Vygyelzow*. Cuius ecclesiae pro tempore plebanus, prout et praefatus *Joannes*, circa eandem ecclesiam pro sui subsidio et curae pastoralis administratione servat vicarium et ministrum. Et spectant ad eam iure parochiali villae infrascriptae, videlicet praefata *Vygyelzow* necnon *Lanky*²⁾, *Wolya Pezoleczka*³⁾, *Pezolky*⁴⁾, *Przcznye*⁵⁾, *Zalesye*⁶⁾, *Jawor*⁷⁾, *Cawyeczyn*⁸⁾, *Corczyska*⁹⁾, *Chajeczyny*¹⁰⁾, *Prussynowice*¹¹⁾, *Curow*¹²⁾, *Crzesslow*¹³⁾, habetque pro dote et fundo bona et proventus ac decimas infrascriptas, quorum modernus plebanus extat in possessione videlicet, primo et principaliter in eadem villa *Vygyelzow* unam aream specialem cimiterio contiguam versus fluvium sitam, pro curia plebanali cum hortis eidem adiacentibus pro allodio, et protenditur cum prato eiusdem latitudinis prout area usque ad fluvium; item duas alias areas pro hortulanis, unam circa dotem plebanalem et aliam in fine villae, penes viam quae vadit in *Prussynowice* cum hortis, non penes areas, sed circa fluvium inter hortos domini haeredis et emethonum hincinde iacentem. Insuper et alias duas areas pro vicario et ministro, in altera parte ecclesiae iacentes; item ex dictis hortulanis, cuius area iacet circa viam, quae vadit versus *Prussynowice*, hortulanus habet libertatem uti tabernator cervisiam braxandi et propinandi. Habet etiam agros, alias quartam partem haereditatis praedictae *Vygyelzow*, videlicet in uno campo, qui iacet sub *Cawyeczyn* quatuor iugera alias *dzyaly* et duas accrescentias alias *przymyanky*; in campo vero versus villam *Lanky* quatuor alia iugera, alias *dzyaly* cum prato circa unum iuger iacentia. In tertio autem campo, qui iacet versus *Prussynowice* quinque funiculos seu iugera agri alias *dzyaly*. Qui quidem agri iacent hincinde in campis praedictis inter agros praediales et emethonales eiusdem villae. Habet etiam prata sex, hincinde iacentia per partes inter prata domini haeredis et emethonum et ultra praedicta prata habet feralia alias *pasthewnyky*, unum grammentum, iacentia penes dotem plebanalem;

polowie wieku XV (Acta Consist. Gnesn.). Dzisiejszy kościół drewniany stanął w roku 1796 nakładem dziedzica miejscowego, *Celestyna Gorczyckiego*, sędziego ziemskiego *sieradzkiego*. Ołtarz wietki pochodzi z kościoła ks. ks. *Pijarów* w *Piotrkowie*, nabyty kosztem *Taodora Koryckiego*. Inne trzy ołtarze sprawił dzisiejszy pleban, ks. *Ignacy Piaszczyński*.

We wsi *Poźdzenie* należącej niegdyś do parafii *buczowskiej*, wystawili dziedzice miejscowi *Wojciech* i *Barbara z Wężyków Gomolińscy*, kościół drewniany i takowy trzema częściami wsi swojej dziedzicznej *Korczyska*, lasem, propinacją i t. d. uposażyli. Na usilne ich prośby *Wawrzyniec Gembicki*, erygował tenże kościół jako parafialny w roku 1622, przyłączywszy do niego oprócz wsi *Poźdzenie* folwark, *Wolę Poździeńską*. W tym roku dnia 4 grudnia kousekrował nową świątynią *Mikołaj Starzeński*, proboszcz-infułat *łuski*, kanonik *gnieźnieński*. Później przybudowaną została do tego kościoła murowana kaplica kosztem *Andrzeja z Buczku*. Dzisiejszy kościół drewniany wystawił w miejsce pierwotnego *Henryk Miączynski*, kasztelan *sieradzki*, dziedzic miejscowy, w końcu zeszłego wieku, który przez obecnego rządcę parafii starannie został zrestaurowany. Kiedy go władza dyecezalna afiliowała do *Wygierzowa*, nie wiadomo.

¹⁾ *Kawiecki*. ²⁾ *Lęki*. ³⁾ *Wola Pszczolecka*. ⁴⁾ *Pszczółki*. ⁵⁾ *Przczynie*. ⁶⁾ *Zalesie*, dziś należy do parafii *Grabno*. ⁷⁾ *Jawór*. ⁸⁾ *Kawieczyn*, dziś w parafii nie znany. ⁹⁾ *Korczyska*, dziś w parafii *Grabno* (Ostrowitz Król. Pol.). ¹⁰⁾ *Chajeczyny* (*Hajeczyny*). ¹¹⁾ *Prusinowice*. ¹²⁾ *Churów* (*Kurów*). ¹³⁾ *Krzyszów*. Prócz tych należą dziś do parafii następujące miejscowości: *Augustów*, *Borówiec*, *Churówek*, *Dziób*, *Faustynów*, *Fraszka*, *Ignaców*, *Józefów*, *Kozia Niwa*, *Nowa Wola*, *Podlesie*, *Poźdzenie*, *Sikawica*, *Stara Poczta*, *Szczur*, *Weronika*, *Wypychów*, *Żdźary*.

item et decimam manipularem post omnes et singulos eiusdem villae agros, quam plebanus conducit curru proprio et emethones colendam per grossum de mauso.

Wolya Pezoleczka, villa sub parochiali eadem, in qua decima manipularis solum de duobus mansis, videlicet quos colunt pronunc nobiles *Mathias Wolsky* pro praedio et *Borzek* emetho, proveniens spectat et pertinet ad praedictam parochialem in *Vygyelzow*, de aliis vero certis agris, quos colit nobilis *Msczych* cum germano suo non in toto, sed eorum parte, spectat pro parochiali et plebano in *Buczek*, et ex emethonalibus in toto pro mensa archiepiscopali; solvunt tamen emethones pro eadem parochiali ecclesia in *Vygyelzow* colendam de quolibet manso per unum grossum.

Pczolkej, sub eadem parochiali, in qua decima manipularis post omnes et singulos ipsius villae praediales et emethonales agros, excepta parte agrorum praedialium, quos pronunc colit nobilis *Moyek*, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Vygyelzow*, et conducit eam plebanus curru proprio absque perceptione decimae lini, de autem parte alia agrorum praedialium datur pro parochiali in *Buczek*.

Przcznye, sub parochiali ecclesia eadem in *Vygyelzow*, cuius incolae tam ex agris praedialibus quam emethonalibus, demptis molendiis et agris ad ea spectantibus, pro praedicta parochiali ecclesia et plebano nihil aliud datur (sic), praeter colendam de quolibet manso emethonali per unum grossum, ex agris autem ad molendina praedicta spectantibus, decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Vygyelzow*, ex praedialibus vero ad parochialem in *Buczek* et post emethonales agros in *Parzno*.

Zalyessye, villa sub parochiali eadem, in qua incolae pro praedicta ecclesia parochiali nihil aliud solvunt, solum unus emetho, qui solvit colendam de medio manso medium grossum et alii omnes agri per nobiles sunt possessi et solvunt decimam manipularem in toto, demptis in quolibet campo duobus iugeribus alias *dzyaly*, pro parochiali ecclesia et plebano in *Buczek*, et ex praefatis duobus iugeribus in *Parzno*; habet tamen eadem ecclesia et eius pro tempore plebanus pratum certum, per nobilem *Petrum Gorczyk* et eius uxorem eidem ecclesiae donatum, de quo colligi solent quatuor currus de foeno, et iacet inter prata nobilium pronunc *Nicolai* et *Venceslai*, parte ex altera in ibidem haeredum.

Jawor, *Cawyeczyn*, *Prussynowice*, villae sub parochiali eadem in *Vygyelzow*, post quarum villarum omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales provenientes in toto spectant et pertinent decimae ad praedictam parochialem et eius plebanum et conducuntur opera et impensis plebani.

Curow, villa etiam sub eadem parochiali, in qua de certis campo et agris, necnon et hortis dictis *Rogovycz Lassky* iacentibus penes agros *Lanky* et *Crzesslow* et hortis iacentibus, dictis *Sthampskye* decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem in *Vygyelzow*, et conducunt eam emethones curribus eorum, quando locatur in haereditate absque solutione decimae lini; ex aliis autem campis et pratis spectat ad parochialem et plebanum in *Szandyowice*; et colendam pro plebano suo.

Lanky, *Corczyska*, *Chajeczyn* et *Crzesslow*, villae sub eadem parochiali ecclesia in *Vygyelzow*, quarum incolae pro eadem parochiali eorum nihil aliud solvunt,

praeter colendam ex agris emethonalibus de quolibet manso per unum grossum, decimas vero manipulares in *Lanley* partem pro mensa archiepiscopali et partem pro parochiali in *Parzno*, in *Corczyska* in toto pro parochiali in *Sandzyeovicze*; in *Chayczyn* vero pro parochiali ecclesia in *Parzno*; in *Crzesslow* autem de agris praedialibus pro parochiali in *Buczek* et de emethonalibus pro praedicta ecclesia in *Parzno*.

Item taxata est ecclesia eadem ad sedecim scotos argenti.

48. SCZYRCZOW^{*)}, OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis tituli *sanctorum Petri et Pauli apostolorum*, de iurepatronatus regis Poloniae pro tempore existentis, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Wydawa*¹⁾, ex praesentatione olim serenissimi principis domini *Casimiri* regis Poloniae²⁾. Ad quam nulla alia villa praeter oppidum praedictum iure parochiali spectat et pertinet. Cuius ecclesiae rector propter paucitatem proventuum circa eandem ecclesiam pro sui subsidio non valet continue servare vicarium, solum ministrum, et habet pro dote et fundo ex donatione et fundatione olim serenissimi principis domini *Casimiri* regis Poloniae, prout litterae eiusdem fundationis et dotationis de data in praefata *Sczyrczow* feria quarta ipso *Nativitatis Mariae*, sub anno a Nativitate eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo septimo latissime disponunt, bona et proventus infrascriptos, ac sub huiusmodi tenore verborum descriptos: idcirco pro defectibus et defectuum in rebus temporalibus eiusdem ecclesiae congruis rectoribus ipsorum supplendis quatuor decimas manipulares cuiuslibet grani seu seminis post labores curiarum nostrarum seminandi in quatuor villis videlicet *Vszonowice*³⁾, *Strzalkow*⁴⁾, *Pyekary*⁵⁾ et in antiqua villa *Sczyrczow*⁶⁾, in nostris villis; decimam vero pecuniam in latis grossis, in oppido nostro praedicto *Sczyrczow*, in aestate temporis illic agros colentes, quilibet de laneo per sex grossorum latorum, excepta vacata ibidem, qui post labores suos proxime decimam

*) *Szczerców*, niegdyś miasto królewskie, dziś osada, z kościołem parafialnym przez króla *Kazimierza W.* fundowanym i uposażonym, a przez arcybiskupa *Jaroslawa Skotnickiego* dnia 8 września roku 1367 kanonicznie erygowanym, którą to fundacją król *Zygmunt I* w roku 1511 zatwierdził. Pierwotny kościół drewniany zgorzał w roku 1642. Odbudowany wkrótce potem z drzewa, wytrzymał aż do początku wieku teraźniejszego, w którym to czasie, chyląc się ku upadkowi, zastąpiony został nowym murem. Kościół ten zgorzał w roku 1868, tak, że zaledwo ściany pozostały. Za staraniem rządu swego, *ks. Stanisława Łabęckiego* i częścią jego, częścią parafian nakładem odbudowany i zrestaurowany został w latach 1870—1872. W roku 1737 *Aleksander Franciszek Pilszecki*, kanonik *chełmski* i rektor akademii *zamojskiej*, fundował przy kościele *szczercowskim*, w którym został ochrzczony, bractwo *Różańca ś.*, zapisawszy na utrzymanie promotora jego legat 6000 złt.

Na cmentarzu grzebalnym w *Szczercowie* znajduje się kaplica drewniana z trzema ołtarzami pod wezwaniem *ś. Barbary*, niewiadomo przez kogo fundowana, przy której dawniej przemieszkował pustelnik (*Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 106. 107.*)

¹⁾ *Jan z Wydawy*, pleban. ²⁾ *Kazimierz Jagiellończyk*. ³⁾ *Wszonowice*, dziś nie znane. ⁴⁾ *Strzalków*, tak samo. ⁵⁾ *Piekary*, tak samo. ⁶⁾ *Szczerców*. Przybyły później osady: *Bednarze, Granice, Lubośna, Nłwy, Rudzisko, Wróblewka, Wieś Szczercowska, Żabozonka*.

solvat manipulem (sic); de hortis etiam, qui coluntur ibidem, decimam solvent manipulem tempore messis; item de qualibet area tam oppidanorum quam etiam ipsius advocati per integrum grossum praedictae ecclesiae et rectoribus ipsius, ministroque eiusdem ecclesiae per medium grossum ipsi incolae anno quolibet, occasione vero censualitatis, solvere sunt astricti. Insuper unum macellum carniū aut duo macella rector ecclesiae habere potest et fundare pro utilitate sua et ecclesiae suae; item tres laneos agrorum pro cultura dotis ipsius ecclesiae, duo lanei extra fluvium iuxta oppidum praedictum cum tribus pratis ipsis agris contiguīs, quartum vero pratum iuxta villam *Sczyrczow* inter agros emethonum, in fine iuxta fluvium ibidem in toto progressive et transversaliter, nihil emethonibus hieidem de praedicto prato reservando. Item obstacula, vulgariter *iazzy*, in fluvio dicto *Widawa*¹⁾, videlicet inter agros et prata ipsius ecclesiae praedictae et pisces prandere nullus oppidanorum excepto plebano et sine voluntate ipsius plebani audeant quovismodo aut praesumat facere. Praeterea duo thelonea, unum versus *Cracoviam* et decimam hebdomadam duntaxat, secundum vero theloneum versus *Wratislaviam*, dictum *przečne czło* et ad partes dextras *Szyradiam*²⁾, per viam quae ducit de *Opczno de Pyothrcovia*³⁾, de *Inowlodz*⁴⁾ et de *Wolborz* pariter et de omnibus et singulis civitatibus, oppidis, villis nostris ac dominiorum regni nostri Poloniae, et undecunque pecora, iumenta et pecudes per praedictum oppidum *Sczyrczow* pellentibus seu pellere volentibus, vel etiam cum curribus onustis aut rerum onerosis equitantibus et equitare cupientibus, nullus hominum cuiuscunque status, conditionis aut dignitatis ipsis viam praeccludere aut impedire, vel ipsos turbare audeat nostrae regiae gratiae sub obtentu; nam de quolibet peccore, iumento aut pecude, quotiescunque pelluntur per oppidum antedictum per emptores aut venditores, toties de quolibet peccore, pecude aut iumento per duos denarios, a curru vero rerum oneroso, ut praemittitur, quoties etiam equitant per praefatum oppidum per medium grossum currentis monetae Polonicae praedictae ecclesiae rectoribus dent, assignent et exsolvant sine fallo, nihilque de praedicto theloneo, dicto *przečne czło* pro nostra maiestate regia aut nostris successoribus reservantes in futurum. Praemissa igitur damus, attribuimus, assignamus et incorporamus praedictae nostrae ecclesiae in *Sczyrczow* ac rectoribus ipsius pro tempore perpetuo titulo tenenda, habenda, possidenda, tollenda ac utifruenda per ipsos rectores temporibus perpetuis et hoc de consensu, voluntate, ratificatione ac canonica institutione reverendissimi in *Christo* patris et domini domini *Jaroslai*, divina providentia sanctae *Gnesnensis* ecclesiae archiepiscopi, patris nostri dilecti. In cuius rei testimonium nostrum pariter et praefati domini archiepiscopi sigilla praesentibus sunt appensa. Datum in *Sczyrczow*, feria quarta ipso die *Nativitatis sanctae Mariae virginis gloriosae*, per manus venerabilis viri domini *Joannis*, archidiaconi ecclesiae *Gnesnensis*⁵⁾ praedictae, regnique nostri vicecancellarii nobis dilecti. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, praesentibus vero prout in litteris continetur.

Taxata est eadem ecclesia ad viginti scotos argenti et pro denario sancti Petri ad duos scotos.

¹⁾ *Widawa*. ²⁾ *Sieradz*. ³⁾ *Piotrków*. ⁴⁾ *Inowlodz*. ⁵⁾ *Jan z Czarnkowa*, archidyakon *gnieźnieński*, podkanclerzy koronny, znany kronikarz polski.

49. GROCHOLYCE*), OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis tituli *Omnium Sanctorum*, de provisione archiepiscopi *Gnesnensis*, quam nunc obtinet venerabilis dominus *Thomas Vosnyczski*¹⁾, ex provisione olim reverendissimi domini *Andreae Rosa*²⁾, archiepiscopi olim *Gnesnensis*; ad quam iure parochiali praedictum oppidum *Grocholyce*, necnon villae *Dziesulycze*³⁾, *Polythalyce*⁴⁾, *Bynkow*⁵⁾, *Westhcow*⁶⁾, *Wola Raczyborowa*¹⁾, *Belchatow duplex*⁶⁾, *Zawada*⁶⁾, *Lankawa*¹⁰⁾, *Wola Lankawska*¹¹⁾, *Zawodow*¹²⁾ et *Wola Dzyessulka*¹³⁾ spectant et pertinent. Cuius plebanus pro tempore existens pro sui subsidio servare consuevit unum vicarium et ministrum, quos ex proventibus mensae suae salariat, et habet pro dote et fundo in eodem oppido bona et proventus infrascriptos, quorum eadem ipsa ecclesia modo extat in possessione, in eodem oppido circa eam ecclesiam et eius ex opposito habet aream pro curia plebanali inter areas oppidanorum cum horto eiusdem in postico pro allodio et aliis commoditatibus; item alias duas areas speciales seorsum circa cimiterium ex alia parte ecclesiae pro vicario et ministro; item habet unum mansum agri in quolibet campo trium camporum, in quolibet in duo iugera hincinde seorsum divisa, in longitudine et latitudine se protendentia, prout oppidanorum infra limites; et ultra dictum mansum habet certum iuger agri in campo, qui dici-

*) *Grocholice*, niegdyś miasteczko arcybiskupów *gnieźnieńskich*, gdzie arcybiskup *Wincenty z Czarnkowa* h. *Nalęcz* (1220—1232) miał założyć kościół parafialny, dotąd w dobrym stanie utrzymany, budowany częścią z kamieni polnych, częścią z cegły, z sklepieniem w presbyterium murywanem, w głównej nawie zaś drewnianem. Oprócz tego kościoła był w *Grocholicach* drugi pod tyt. *śś. Jana Chrzyciela i Doroty* na przedmieściu z drzewa wystawiony, na początku zeszłego wieku przez Szwedów złupiony. W roku 1729 podziwiał go z ruiny pleban miejscowy *Jan Kuciński*, dziekan *szadkowski*, w drugiej połowie jednakże tego wieku tak podupadł, że musiał być rozebrany. We wsi *Lękawka* do parafii *grocholiczkiej* należącej jest kaplica publiczna drewniana pod tyt. *N. Maryi P.* (Rubryc. cit. z r. 1878 f. 117. 118).

1) *Tomasz Woźnicki*, pleban. 2) *Andrzej Boryszewski*. 3) *Zdzieszulice*. 4) *Politanice*. 5) *Bińków*, wieś i folw. 6) Osada dziś nieznana. 7) Tak samo i *Wola Raciborowska*. 8) *Belchatów* i *Belchatówek*. W pierwszej wsi istniał aż do końca roku 1864 kościół z klasztorem oo. *Franciszkanów*, fundowany w roku 1617 przez dziedziców miejscowych *Mikołaja i Zofię z Bykowskich Kowalewskich*. Kościół pierwotny drewniany pod wezwaniem *ś. Bonawentury*, konsekrował w roku 1624 *Adam Goski*, biskup *bakowski* i. p. i. Szczególniejszymi dobroczyńcami tego klasztoru byli: *Stanisław Rychlowski*, chorąży *sterański*, sędzia ziemski *piotrkowski* i małżonka jego *Anna*, którzy przy kościele wspomnianym wystawili najprzód kaplicę murywaną na cześć *N. Maryi P.*, a następnie z przeciwnej strony kaplicę pod tyt. *ś. Franciszka*; nareszcie zniósłszy kościół drewniany zastąpili go murywanym, wystawiwszy go w połączeniu z rzeczonemi dwiema kaplicami. Piękna tę świątynią konsekrował dnia 25 lipca r. 1731 *Franciszek Kraszowski*, suffragan *gnieźnieński*. Syn zacnych fundatorów, *Franciszek Rychlowski*, miecznik *piotrkowski*, przybudował do niej wieżę murywaną. W roku 1864 klasztor ten po 200 przeszło latach istnienia swego z wielu innymi zniszczony został (Rubryc. cit. z r. 1874 f. 107. 108). 9) *Zawady*. 10) *Lękawka*. 11) *Wola Lękawska*. 12) *Zawodow*. 13) *Wola Zdzieszulicka* dziś *Zdzieszulice Dolne*. Przybyły później osady: *Augustynów*, *Bernartów*, *Bugaj*, *Czapliniec*, *Edwardów*, *Kalisko*, *Kaldumy*, *Karmohót*, *Kielchenów*, *Kuroś Grocholiczki*, *Księży Młyn*, *Lipy*, *Ludwików*, *Lęg*, *Maloszyce*, *Maryanów*, *Mazury*, *Nowyświat*, *Obryczna*, *Oleśnik*, *Olsztyn*, *Rzasawa*, *Szczuolice*, *Wawrzkowizna*, *Wólka Lękawaska*, *Wszehświęte*, *Zamoście Grocholiczkie*, *Zamoście Belchatowskie*, *Zawady*.

tur *Clodna*, in litore piscinae archiepiscopalis iacentem (sic); item et tria prata mansum eundem concernentia; item et piscinam desertam in borra iacentem, sub molendino domini haeredis de *Lankawa* sitam; item ex eisdem agris plebanalibus plebanus nemini decimat et nihil aliud habet in eodem oppido, solum oppidani ac eiusdem universi et singuli incolae pro praedicta ecclesia solvunt solum columbationem de qualibet domo per unum grossum et decimam manipulearem pro ecclesia parochiali et plebano in *Parzno*.

Dzyessulycze, *Polithalyce*, *Westhcow*, *Lankawa*, *Wola Dzyessulka*, villae praedictae sub eadem parochiali in *Grocholyce*, in quibus decimae manipulares post omnes et singulos agros tam praediales quam emethonales in toto spectant ad eandem parochialem ecclesiam et eius plebanum, et conducunt eas ex agris emethonalibus emethones, etiam cum solutione canapalium in canapis solum in villa *Lankawa*, in aliis vero non; de agris vero praedialibus conducuntur opera et impensa plebani, et nihilominus emethones in eisdem villis solvunt columbationem de manso per grossum et de medio per medium grossum.

Bynkow, *Wola Raczyborowa*, *Bechalhowo duplex*, villae sub eadem parochiali in *Grocholyce*, in quibus eadem ecclesia et eius plebanus nihil aliud habet, solum ex agris praedialibus decimas manipulares et ex emethonibus columbationem de quolibet manso per unum grossum, decimas vero manipulares emethones solvunt pro mensa archiepiscopali.

Zawady, etiam villa sub eadem parochiali, in qua de certa parte agri unius campi decima manipularis datur pro eadem parochiali ecclesia et de alia parte pro mensa archiepiscopali.

Zawodow, villa sub eadem parochiali, in qua solum de uno manso, in quo modo sedent duo emethones, per medium mansum tenentes, quorum unus vocatur *Maly Andrzejek* et alter *Albertus Pyszycowycz*, datur manipularis decima pro eadem ecclesia parochiali et plebano, de aliis vero agris nihil aliud datur, solum columbatio et decima manipularis pro certo canonicatu et praebenda *Gnesnensi*.

Wola Lankawska, villa sub eadem parochiali, in qua eadem ecclesia et plebanus nihil aliud percipit, solum columbationem et decimam manipulearem archiepiscopus.

Taxata est eadem ecclesia ad XX scotos argenti et pro denario s. Petri ad duos scotos.

50. DRUSCHBYGZE.*)

Villa et in eadem parochialis ecclesia tituli *sancti Martini* de iurepatronatus laicorum haeredum in praefata *Druschbycze* et *Cargolyn*, quam modo obtinet hono-

*) *Druzbyce*, wieś szlachecka gniazdo familii *Druzbyckich* h. *Nalęcz*, która tam pierwszy kościół parafialny wystawiła i uposażyła zapewne w wieku XV. Przy tym kościele dwóch z tej familii było plebanami i do niej liczył się znany powszechnie z głębokiej nauki i rzadkiej świętobliwości *Kasper Druzbycki*, Jezuita, urodzony roku 1590 (Niesiecki, Korona II, 88—97). W wieku XVII przeszły

rabilis *Bartholomeus de Corczyszku*¹⁾, ex praesentatione nobilium *Stanislai Druschbyczsky*²⁾ et *Nicolai Cargolsky*³⁾. Ad quam iure parochiali pronunc praefata *Druschbycze* necnon *Kargolyn*⁴⁾, *Slupycze*⁵⁾, *Wadlow*⁶⁾, *Borzyschow*⁷⁾, *Grabycza*⁸⁾, *Krzepczow*⁹⁾, *Cobelky*¹⁰⁾, *Mzurky maior*¹¹⁾, *Cozarze*¹²⁾, *Mzurky minus*¹³⁾, *Guthow*¹⁴⁾, *Stradzow*¹⁵⁾, *Hutha*¹⁶⁾, *Huczysko*¹⁷⁾, *Wielgopolye*¹⁸⁾, *Suchezycze*¹⁹⁾, *Bucowye*²⁰⁾, *Raschow*²¹⁾, *Wdowyn*²²⁾, *Graboschow*²³⁾ et *Chynow*²⁴⁾, villae spectant. Cuius ecclesiae rector pro sui subsidio circa eandem ecclesiam ex antiquo consuevit servare et tenere duos vicarios necnon et ministrum, quos salariat ex proventus mensae suae plebanalis, habetque pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos; primo in eadem *Druschbycze* aream specialem pro curia plebanali cum hortis pro allodio et aliis commoditatibus eidem areae adiacentibus; item et

Druźbice w posiadłość *Trzebiekich*, a w następnym wieku były własnością *Kobierzycyckich*. Z tych *Jan Kobierzycycki*, podstoli *sieradzki*, wystawił w miejsce dawnego od starości upadającego kościoła drewnianego w roku 1768 nowy również drewniany, jak świadczy napis na tablicy marmurowej w ścianie kościelnej umieszczonej. Dla zbyt szczupłych dochodów plebańskich kościół ten często przez długie lata nie miał osobnego rzadcy i zawiadowany był przez zakonników. Dopiero dwaj ostatni rzadcy jego, *Józef Karaśkiewicz* († 1833) i *Michał Szmięgielski*, wiele się przyczynili do polepszenia stanu beneficjum *druźbickiego*. Aktem erekcyjnym z dnia 8 sierpnia roku 1526 wydanym w *Kaliszu*, arcybiskup *Jan Łaski* na prośby *Wojciecha Oty Krzepczowskiego*, starosty *wieluńskiego*, erygował kanonicznie nową parafię w wsi jego dziedzicznej *Krzepczowie*, dotąd do *druźbickiej* parafii należącej, odłączony od niej jeszcze kilka innych wsi i przyłączony do kościoła w *Krzepczowie* z drzewa wystawionego przez wspomnianego dziedzica w miejsce dawnej kaplicy pod wezwaniem *śś. Wojciecha i Stanisława* biskupów. Kościół ten zgorzał w roku 1725. Ówczesny rzadca jego *Marcin Incewski* nie tylko go zrestaurował, ale własnym nakładem przy pomocy parafian nowy murowany obok niego budować począł, którego budowlę dwaj jego następcy *Józef Strzelecki* i *Andrzej Lagierkiewicz* kontynuowali i ostatni około r. 1760 szczęśliwie dokonał. Wtedy dopiero rozbrano stary kościół drewniany, przeniósłszy do nowego kościoła obraz *ś. Anny* od wieków powszechnie za cudowny uważany. Wspomniony wyżej fundator kościoła parafialnego uposażył go gruntami i innymi daninami, a arcybiskup *Łaski* za przyzwoleniem kapituły *gnieźnieńskiej* powiększył uposażenie jego, ustępując mu pewne dziesięciny stolu arcybiskupiego. Do parafii *krzepczowskiej* należą dziś oprócz *Krzepczowa* osady: *Borzyszów*, *Budków*, *Dziewulin*, *Gądk*, *Grabica*, *Gutów*, *Kamocinek*, *Kobyłki*, *Kuczew młyn*, *Kutas*, *Ostrów*, *Rusociny*, *Stradzów*, *Wdowin*, *Wydzierków*. We wsi *Grabicy* jest kaplica publiczna drewniana, w której się odprawia nabożeństwo w drugie święto *Zielonych Świątek*, w uroczystości *śś. apostołów Piotra i Pawła*, i *ś. Michała* (Rubryc. cit. z r. 1878 f. 123. 124).

¹⁾ *Barłomiej z Korczysk*, pleban. ²⁾ *Stanisław Druźbicki*. ³⁾ *Mikołaj Kargolski*, nazwisko heraldykiem naszym nie znane. ⁴⁾ Również nie znaną jest dziś wieś tego nazwiska. ⁵⁾ *Glupice*. ⁶⁾ *Wadlew*. ⁷⁾ *Borzyszów*, dziś w parafii *Krzepczów*. ⁸⁾ tak samo *Grabica*. ⁹⁾ *Krzepczów*, dziś wieś z kościołem osobnym parafialnym. ¹⁰⁾ *Kobyłki*, w parafii *Krzepczów*. ¹¹⁾ *Mzurki*. ¹²⁾ Osada dziś nie znana. ¹³⁾ *Mzurki*, dziś tylko jedna. ¹⁴⁾ *Gutów*, dziś w parafii *Krzepczów*. ¹⁵⁾ tak samo *Stradzów*. ¹⁶⁾ *Huta*. ¹⁷⁾ *Hucisko*. ¹⁸⁾ *Wielopole*, dziś jedno tylko w parafii *Sucheice*. ¹⁹⁾ *Sucheice*, wieś z kościołem parafialnym w roku 1779 przez dziedzica miejscowego *Ignacego Sucheckiego*, chorążego *sieradzkiego* fundowanym i przez arcybiskupa *Antoniego Ostrowskiego* kanonicznie erygowanym. Do nowej parafii odłączono: *Druźbice*, *Sucheice*, *Wielopole* i *Zadzrość*. Wspomniony fundator nie tylko kościół nowy drewniany i budynki plebańskie wystawił, ale dostatecznie plebana uposażył (Rubryc. cit. f. 129). ²⁰⁾ *Bukowie Dolne i Górne*. ²¹⁾ *Russow*. ²²⁾ *Wdowin*, dziś w parafii *Krzepczów*. ²³⁾ *Gręboszew*. Później przybyły osady: *Borki Druźbickie*, *Brzezie*, *Chynów (Hynów)*, *Czarny las*, *Depcik młyn*, *Glupiecka Wola*, *Grabczyzna*, *Józefów*, *Katarzynka*, *Kawimierzów*, *Kęcik*, *Łazy*, *Łęczycza*, *Mąka młyn*, *Nowawieś*, *Putok*, *Podlaski*, *Półko*, *Rawicz*, *Skraino*, *Stelmach*, *Stoki*, *Studzień*, *Teofilów*, *Terlutka*, *Zabików*, *Zalepa*, *Zapatak*, *Zbójówka*, *Zosiówka*, *Zosin*, *Zwierzyniec*, *Żądla*.

alias speciales areas pro domunculis duorum vicariorum et tertiam pro ministro: item unum iuger agri, seu spatium in latitudine et longitudine se protendentis ad mensuram citra vel ultra unius stadii et circa eundem agrum habet pratum, de quo aliquando solent colligi tres vel quatuor currus de foeno, et tantum habet de agris in possessione, licet asseratur, plus habuisse, sed per amissionem privilegii fundationis et erectionis haeredes occuparunt et tum ex eo, quod successive duo vel tres haeredes eandem ecclesiam habuerunt in possessione, existentes plebani, sieque tolleraverunt ademptionem; item habet ex omnibus et singulis agris praedialibus et emethonalibus decimam manipulem in eadem *Druschbycze*, et conducunt eam emethones ipsorum curribus in dotem plebanalem sine solutione canapalium, solvunt tamen columbationem de quolibet manso per unum grossum et tabernatores cum hortulanis per medium.

Gutcow, *Cargolyn*, *Glupycze*, *Cobelki duplex*, *Mzurky minus*, villae sub eadem parochiali, in quibus decimae manipulares ex omnibus et singulis earum agris praedialibus et emethonalibus provenientes in toto spectant ad eandem parochialem et eius plebanum, et conducuntur per emethones ex eorum agris ipsorum curribus, et de praedialibus per plebanum aut quem ordinaverit et non solvunt canapalia, solum columbationem.

Krzepczow, *Mzurky maius*, *Huczysko*, *Suchezycze*, *Wdowyn*, villae etiam sub eadem parochiali in *Druschbycze*, in quibus sunt curiae nobilium, agros praediales ex antiquo habentes, etiam quos colunt alicubi, praesertim in *Mzurky* hortulani seu tabernarii videlicet *Lyekky*, de quibus agris omnibus et singulis decima manipularis proveniens spectat pro eadem ecclesia et eius plebano, et conducit eas plebanus curru proprio seu ipsius opera, ex aliis vero agris emethonalibus decimae solvuntur hincinde. Et pro praedicta ecclesia emethones nihil aliud solvunt, solum columbationem.

Wadlow, *Borzyschow*, *Grabycza*, *Bozarze*, *Stradzow*, *Hutha*, *Wydgye Polye*, *Bucowye*, *Raschow*, *Graboschow* et *Chynow*, villae suprascriptae sub parochiali in *Druschbycze*, et earum incolae pro eadem ipsa ecclesia nihil aliud solvunt, solum columbationem et decimas manipulares maiori parte pro mensa archiepiscopali.

Taxata est eadem ecclesia ad unum marcum argenti et pro denario sancti Petri...

51. PARZNO. *)

Villa archiepiscopalis et in eadem ecclesia parochialis tituli *gloriosae virginis Mariae Assumptionis* et *Visitationis* de provisione archiepiscopi *Gnesnensis*, pro

*) *Parzno*, wieś arcybiskupów *gnieźnieńskich* jeszcze przed rokiem 1136, allowiem papież *Janocenty II* wymienia je w bulli z tegoż roku zatwierdzającej wszelkie ówczesne *gnieźnieńskiego* kościoła posiadłości (Archiv. Capit. Gnesn. N. 1. Kod. dypl. wielkop. I, 10 sqq). Kto i kiedy tam kościół parafialny fundował, nie wiadomo. Niezawodnie który z arcybiskupów był jego fundatorem i to prawdopodobnie w wieku XIII lub XIV, gdyż akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim w pierwszej

tempore existentis, quam pronuncie obtinet honorabilis dominus *Jacobus Przeczeń*¹⁾. Ad quam iure parochiali praedicta *Parzno*, necnon *Strzeschovyce*²⁾, *Rosdzyn*³⁾, *Wschopky*⁴⁾, *Lybyecz*⁵⁾ cum minera, *Kaschovyce*⁶⁾, *Cluky*⁷⁾, *Domyechovyce*⁸⁾, *Mycorska Wola*⁹⁾, *Lawy*¹⁰⁾, *Mycorzycze*¹¹⁾, villae spectant et pertinent. Cuius ecclesiae rector pro tempore existens pro sui subsidio servat et servare consuevit duos capellanos in vicarios et ministrum, quos salariat ex proventibus mensae suae plebanalis, et habet pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos, et primo in eadem villa *Parzno* circa ecclesiam aream pro curia plebanali cum horto solum pro allodio, necnon duabus piscinis eidem areae adjacentibus, in quarum una est molendinum; item unum mansum agri in quolibet campo, prout alii emethones eiusdem villae habent, etiam cum pratis eisdem adjacentibus; item et aliud pratum iacens ultra villam penes viam, quae vadit in *Cluky* ad partem dextram et ibidem hortum dicto prato contiguum pro commoditatibus et utilitatibus domus; item aliam piscinam eundo in villa *Podwody*¹²⁾, iam post borram satis magnam; item habet unam specialem aream pro taberna cum horto ad mensam archiepiscopalem spectantem, et modo in eadem tabernam, de qua incola solvit pro censu singulis annis plebano per mediam marcam et nihil laborat; item et decimam manipulari ex omnibus et singulis agris totius villae habet, et solvunt canapales de quolibet manso per duos grossos absque ductura.

Strzeschovyce, *Rosdzyn*, *Schopky*, *Caschovyce*, *Cluky*, *Domyechovyce*, villae sub eadem parochiali, in quibus decimae manipulares ex omnibus et singulis ipsarum villarum tam praedialibus quam emethonalibus agris provenientes in toto spectant ad eandem parochialem et plebanum in *Parzno*, et conducunt eas in earum aliquibus villis et in aliquibus non, in quibus solvunt canapalia; solvunt tamen in omnibus incolae columbationem de quolibet manso per unum grossum.

Lybyecz, *Mycorzycze*, villae sub praedicta parochiali in *Parzno*, in quibus sunt speciales agri praediales ad curias in eisdem ex antiquo spectantes, de quibus duntaxat decimae manipulares provenientes spectant ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Parzno*, quas conducit plebanus curru proprio, ubi sibi placet; ex agris vero emethonalibus in *Lybyecz* pro parochiali in *Buczek*, in *Mycorzycze*

połowie wieku XV jako o dawnym (Archiv. Consist. Guesn.). Dzisiejszy kościół drewniany według opisu w Rubrycellii dycezyi kujawsko-kaliskiej z roku 1878 (fol. 126) miał wystawić w miejsce dawnego również drewnianego arcybiskup *Maciej Lubieński* w roku 1672, co jest widoczną omyłką, albowiem tenże arcybiskup umarł już w roku 1652. W roku 1672 żył arcybiskup *Mikołaj Prażmowski*; on zatem wystawił kościół rzeczony, jeżeli rok podany jest prawdziwy; jeżeli zaś fundatorem jego miał być *Lubieński*, musiał powstać najpóźniej w roku 1652. Plebanami w *Parznie* byli zwykle pralaci lub kanonicy *gnieźnieńscy*. Z tych *Franciszek Kraszkowski*, późniejszy sufragan *gnieźnieński*, wielce się względem beneficjum tamtejszego zasłużył, albowiem nie tylko kościół w piękne aparaty, naczynia i inne ozdoby opatrzył, ale piękną i obszerną plebanią swoim kosztem wystawił (Acta Visit. Eccles. Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 127).

¹⁾ *Jakob Przeczeń*, kanonik *gnieźnieński* cfr. uwagę pod *Buczkiem*. ²⁾ *Strzyżowice*. ³⁾ *Rosdzin*. ⁴⁾ *Sobki*. ⁵⁾ *Lubiec*. ⁶⁾ *Kuźnica Lubiecka*. ⁷⁾ *Kluki*. ⁸⁾ *Domiechowice*. ⁹⁾ *Mikorska Wola*. ¹⁰⁾ *Lawy*. ¹¹⁾ *Mycorzycze*. Przybyły później osady: *Ancystarzów*, *Antonówka*, *Apolinów*, *Cisza*, *Edwardów*, *Emilów (Emilin)*, *Euadów*, *Grobla*, *Imielnia*, *Janów*, *Józefów*, *Laski*, *Lesisko*, *Magdalenów*, *Marcellów*, *Ojczczywik*, *Osina pustk.*, *Piła*, *Podścichawa*, *Podwierzchowice*, *Sadalaki*, *Sadykierz*, *Tarnia*, *Trońków*, *Tosin*, *Turlej*, *Ujście młyn*, *Wierzchowice*, *Wierzchy Kluckie*, *Wierzchy Strzyżewskie*, *Wierzchy Parznowskie*, *Zaleśna* albo *Żelazna*, *Zbyszek*, *Zelichów*. ¹²⁾ *Podwody*, wieś w parafii *Łobudzie*.

vero pro mensa archiepiscopali spectant et pertinent. Et pro ecclesia emethones nihil aliud solvunt, solum columbationem more aliarum villarum.

*Grocholycze*¹⁾, oppidum. De cuius oppidi omnibus et singulis agris demptis duntaxat plebanalibus decima manipularis proveniens in toto spectat ad ecclesiam parochialem in *Parzno* et plebanum eius.

*Zalyessye*²⁾, villa sub parochiali in *Wygyelzow*³⁾; in cuius villae campis sunt duo specialia iugera, alias *dzyaly*, de quibus decima manipularis datur pro ecclesia praefata in *Parzno*, et de omnibus aliis pro parochiali in *Buczek*.

*Przeznycze*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Wygyelzow*, in qua decima manipularis proveniens ex omnibus et singulis agris emethonalibus duntaxat spectat ad parochialem ecclesiam praefatam in *Parzno* et eius plebanum, et conducunt eam emethones curribus eorum absque solutione canapalium, ex agris vero praedialibus spectat ad parochialem ecclesiam in *Buczek*.

*Crzeslow*⁵⁾, sub ecclesia parochiali in *Wygyelzow*, in qua villa post omnes et singulos agros emethonales decima manipularis proveniens in toto spectat ad ecclesiam parochialem in *Parzno*, et conducit eam plebanus idem cum perceptione canapalium, ex agris vero praedialibus datur proveniens in praefata *Wygyelzow*.

Micorska Wola, villa sub parochiali ecclesia praefata in *Parzno*, in qua est specialis taberna, in qua pronuncie residet tabernator dictus *Conyeczny*, habens agros speciales pro praedicta taberna, de quibus, necnon de certa parte campi, iacentis versus *Domyechovyce*, inter semitam et publicam stratam, quae vadit ex eadem *Wola Micorska* in *Domyechovyce*, decima manipularis proveniens spectat ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Parzno*, et conducit eam plebanus curru proprio pro placito, ex aliis vero agris totius villae eadem ipsa decima manipularis spectat pro mensa archiepiscopali.

Minera Lubyeczka; in eadem mineratores habent paucos agros, de quibus omnibus etiam decima manipularis spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Parzno* et conducit eam curribus suis propriis plebanus, vel loco cuius pro placito aliquando recipit ferrum.

*Molendinum Szwyerkowsky*⁶⁾ et aliud *Caschowsky*⁷⁾, eorum quodlibet sub eadem parochiali ecclesia in *Parzno*, et quodlibet illorum habet agros ad eandem spectantes, de quibus agris decimae manipulares provenientes in toto spectant ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Parzno* et conducunt eas curribus eorum.

*Chrzastharwa*⁸⁾, villa regalis, sub parochiali ecclesia *Rzeschetharzow*⁹⁾, in qua non sunt aliqui agri praediales, solum emethonales, de quibus decima manipularis proveniens in toto spectat daturque pro parochiali ecclesia et plebano in *Parzno*, et conducunt eam curribus eorum emethones absque solutione canapalium in horreum a plebano locandum.

Taxata est eadem ecclesia ad novem marcas argenti et pro denario sancti Petri ad sex scotos.

¹⁾ *Grocholice*. ²⁾ *Zalesie*. ³⁾ *Wygielzów*. ⁴⁾ *Przeznice*. ⁵⁾ *Krzesłów*. ⁶⁾ i ⁷⁾ młyny dziś nie znane. ⁸⁾ *Chrzastawa*. ⁹⁾ *Restarzew*.

52. RZESCHETARZOW.*)

Villa, et in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Andreae apostoli* de provisione archiepiscopi *Gnesnensis*, quam pronunc obtinet honorabilis dominus *Martinus de Droschow*¹⁾. Ad quam iure parochiali praefata *Rzeschetarzew*, necnon *Sarnow*²⁾, *Clancz*³⁾, *Choczzyw*⁴⁾, *Lazow*⁵⁾, *Ruda*⁶⁾, *Chrzasthawa*⁷⁾, *Scyerczowska Wyesz*⁸⁾, *Dzbanky*⁹⁾, *Dupye*¹⁰⁾, *Corablow*¹¹⁾, *Rusycz*¹²⁾, *Wyazowa Wola*¹³⁾ et *Cusnycza*¹⁴⁾, villae spectant et pertinent, ac ipsarum incolae percipiunt sacramenta. Cuius ecclesiae rector pro tempore existens pro sui subsidio et curae pastoralis administratione ex antiquo consuevit servare duos capellanos pro vicariis et ministrum, quos salariat ex proventus mensae suae plebanalis et habet pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos, quorum modo extat in pacifica possessione, et primo in eadem *Rzeschetarzew* habet pro curia plebanali unam aream et in

*) *Restarzew*, wieś niegdyś arcybiskupów *gnieźnieńskich*, którzy według miejscowej tradycyi już w XII wieku kościół drewniany modrzewiowy dotąd istniejący wystawili, uposażyli i kanonicznie jako parafialny ustanowili. Akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim w pierwszej połowie wieku XV jako o dawnym (Acta luźne konsyst. gnieźn.). W roku 1829 przybudowano do niego od strony północnej kaplicę drewnianą na cześć *ś. Rocha*. W ostatnim czasie za staraniem rządu swego, *Jerzego Sporowskiego*, gruntownie świątynia ta odnowioną została (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 102. 103).

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *beatorum Simonis et Judae* apostolorum, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Dminin*, quam modo obtinet honorabilis *Joannes de Radomskye*¹⁾, ex praesentatione modernorum haeredum in eadem *Dminin*. Ad quam iure parochiali villae infrascriptae, videlicet praefata *Dminin*, *Chuchary*²⁾, *Goslavycze*³⁾, *Lagyewnykyj*⁴⁾, *Smothryschow*⁵⁾ et *Dzyepulczya*⁶⁾ spectant et pertinent. Cuius plebanus propter proventuum paucitatem circa ipsam ecclesiam pro sui subsidio non potest servare vicarium solum ministrum, quem salariat ex proventibus mensae suae plebanalis. Habetque dicta ecclesia et ipsius pro tempore plebanus pro dote et fundo, imprimis aream pro curia circa ecclesiam cum hortis eidem adiacentibus pro allodio et aliis commoditatibus sufficientem; item et aliam aream pro ministro seu schola ab altera parte ecclesiae cimiterio contiguam; item unum alium hortum ex opposito dotis plebanalis in medio villae circa cimiterium iacentem; item habet in quolibet campo eiusdem haereditatis *Dminin* per unum mansum agri, iacentem alicubi penes agros praediales domini haeredis, et alicubi penes agros emethonales, ita longum et latum, prout mansi et agri emethonales in eadem haereditate habent protensionem; item et tria prata, unum quod iacet versus *Cuchary*, inter prata ab una parte praediale et ab altera emethonalia; item in haereditate *Cuchary* aliud pratum satis magnum, iacens per se circa limites villae *Lagyewnykyj* et in fine agrorum desertorum villae praedictae *Cuchary*, attamen plebanus parvam commoditatem ex eodem tollit propter pecorum emethonaliu destructionem illius seu devastationem; item in haereditate *Lagyewnykyj* tertium pratum, quod iacet circa limites villae *Goslavycze*, circa paludes eiusdem villae; item habet decimam manipularem post omnes et singulos agros

*) *Dmenin*, wieś szlachecka, od niepamiętnych czasów własność familii *Kobielskich* h. *Poraj* (*Niesiecki* I. c. II, 544. 545), miała kościół parafialny już w pierwszej połowie wieku XV, jak świadczą wzmianki o nim w aktach różnych konsystorza *gnieźnieńskiego*, lecz nie wiadomo przez kogo założony. Dzisiejszy kościół murowany wystawił w miejsce dawnego drewnianego, *Franciszek z Dmenina Kobielski*, kanonik najprzód *gnieźnieński*, proboszcz *krakowski*, suffragan *kujawski*, potem biskup *chełmski*, następnie *kamieniecki* a nareszcie *łucki*, w roku 1746.

We wsi *Lagiewnikach* istnieje od dawna kaplica publiczna pod wezwaniem *s. Leonarda* z obrazem powszechnie za cudowny mianym (*Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 112*).

¹⁾ *Jan z Radomska*, pleban. ²⁾ *Kuchary*. ³⁾ *Goslavice*. ⁴⁾ *Lagiewniki*. ⁵⁾ *Smotryszew*. ⁶⁾ *Dziepułc*. Przybyły później osady: *Amelin*, *Antoniew*, *Brylisko*, *Brzeziński*, *Bugaj*, *Feliksów*, *Fryszarka*, *Giertrudów*, *Gozdny*, *Józefka*, *Kuźnica*, *Łowicz*, *Posadówka*, *Róża*, *Teodorów*, *Władysławów*, *Zabłocie*, *Zalesie*, *Zapusta Stara*.

praediales et scultetiae duntaxat, quas conducit plebanus de agris praedialibus curru proprio et de scultetiae scultetus in horreum plebani; ex agris vero emethonalibus omnibus et singulis provenit spectatque pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet quidam dominus *Stanislaus Myrowskj*¹⁾; et pro plebano eiusdem ecclesiae emethones nihil aliud solvunt solum de qualibet area seu domo loco columbationis per unum eorum siliginis pro tempore quadragesimae.

Cuchary, *Goslavycze*, villae suprascriptae sub eadem parochiali *Dminin*; in quibus sunt speciales agri praediales curiarum, de quibus omnibus et singulis agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum, et conducit eam plebanus curru proprio seu impensis suis; de agris vero emethonalibus dantur pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*; quem modo obtinet dominus *Clemens Bussyjskj*; pro plebano vero eiusdem ecclesiae nihil aliud solvunt emethones solum eorum quilibet pro columbatione per unum eorum siliginis.

Lagyewnykyj, *Smothryschow*, *Dzyepulczya*, villae suprascriptae sub parochiali praefata *Dminin*, in quibus emethones pro eadem ecclesia parochiali nihil aliud solvunt solum loco colendae eorum quilibet per unum eorum siliginis et de eorum agris emethonalibus decimas manipulares in *Lagyewnykyj* pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet dominus *Stanislaus Myrowskj*, in *Smothryschow* pro parochiali in *Codramb*, in *Dzyepulczya* etiam pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet dominus *Sigismundus de Camyenyecz*; de praedialibus autem agris praedictarum villarum, in *Lagyewnykyj* pro parochiali in *Coslow*, in *Smotryschow* vero, in *Chrzasthow* etiam (pro) parochiali ecclesia; in *Dzyepulczya* autem pro parochiali in *Brzycow*.

Vosnykyj, villa sub parochiali ecclesia in *Lgotha*, in qua villa decima manipularis ex agris praedialibus omnibus et singulis proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Dminin*, ex agris vero emethonalibus, ut supra.

Taxata est eadem ecclesia ad unam marcam argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

72. COBYELYE.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Martini et Joannis Evangelistae*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Cobyelye*, quam modo obtinet

¹⁾ *Mirovski Stanislaw*, kanonik *gnieźnieński* od roku 1504 (*Ks. Korytkowskiego, Żywoty Arcyb. i Kanon. gnieźn. Ms*).

*) *Kobiele*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Kobielskich* h. *Poraj*, którzy się potem z *Dmenina* pisali. *Długosz* i *Niesiecki* wspominają *Małdzyka z Kobiela Kobielskiego*, który się wysługiwał księżciu *litewskiemu Witoldowi* i przez niego zubożony wrócił do Polski (*Niesiecki* II, 544). Być może że ten *Kobielski* protoplasta kościoła w początku wieku XV fundował i uposażył, o którym jako o parafialnym akta konsystorskie w drugiej połowie tegoż wieku wspominają. Od niepamiętnych czasów zapewne od pierwiastkowego usamowładnienia kapituły *gnieźnieńskiej* uposażony został kanonik *fundi Kobiele* na dziesięcinach z tej wsi i innych okolicznych (*Acta Capit. Gnesn.*). W miejsce dawnego *

honorabilis *Joannis Rayskj*¹⁾ ex praesentatione protunc haeredum in utraque *Cobyelye*; ad quam iure parochiali villae infrascriptae, videlicet praefata *Cobyelye duplex*²⁾, *Bawczow*³⁾, *Czyeschaczycze*⁴⁾, *Czadow* spectat, eiusdemque ecclesiae plebanus pro sui sustentatione prout ex antiquo circa eandem ecclesiam servat unum capellanum in vicarium et ministrum, quos salariat ex proventibus mensae suae plebanalis, habetque pro dote et fundo, imprimis in eadem villa *Cobyelye* et eius haereditate, videlicet pro curia plebanali unam aream specialem cum hortis eidem adjacentibus pro allodio, pomerio et aliis commoditatibus; item speciales agros pro praedio ad instar duorum laneorum in quolibet campo iacentes in longitudine et latitudine se protendentes, prout lanei emethonales iacent et se protendunt; item et pratum unum inter prata emethonalia iacentem (sic) in eadem haereditate *Cobyelye*, versus villam *Bawczow* situm; item alias areas speciales pro vicario et ministro cimiterio contiguas ex alia parte ecclesiae; insuper alias duas areas areae dotis plebanalis contiguas pro tabernis, et modo in una earum tabernam possessionatam, in qua residet quidam *Paulus Fabny*, aliam vero desertam cum hortis eidem adjacentibus, necnon agris penes agros praediales plebani sitis ex eisdem ut dicitur emensuratis; item unam aliam tabernam in fine villae eiusdem versus minus *Cobyelye* cum horto eidem annexo iacentem, etiam cum agris specialibus in duobus campis duntaxat inter agros emethonales iacentem, de quibus tabernis, dum et quando sunt possessionatae de earum qualibet pro censu datur media marca, et nullos labores faciunt earum possessores, duntaxat per unam diem tenentur frumenta seu segetes evellere seu purgare, unam diem frumenta hiemalia et aliam aestivalia et quartam falcastrare; item habet et duas areas emethonales et in eisdem emethones, necnon hortos et agros unius mansi seu lanei ad dictas areas ex antiquo spectantes et inter agros emethonales dictae villae insimul iacentes; et solvunt emethones plebano pro tempore existenti pro censu annuo singulis annis per decem octo grossos laboratque eorum quilibet singulis hebdomadis per unam diem pedites, et ultra praemissa, dum et quando contributio instituitur, iuvant plebanum supra contributionem solvendam per sex grossos; et non habent aliqua prata dicti emethones neque tabernatores praeter eorum unum, qui residet in fine villae, qui habet unum pratum in quadam merca eiusdem haereditatis versus molendinum *Jassyenskij*; item habet decimam manipularem ex omnibus et singulis agris praedialibus duarum curiarum, necnon duobus mansis scultetialibus in quibus nunc resident emethones, in eorum uno *Joannes Zoczek*, in alio *Stanislaus Smola*, item de manso necnon tabernarum trium plebanalium suprascriptarum; et conducit eam plebanus ex agris praedialibus curru proprio, ex agris vero scultetiae, emethonali et tabernarum emethones et tabernatores eorum curribus propriis in

kościola drewnianego starością zniszczonego, pleban miejscowy *ks. Andrzej Zawodźński*, wystawił nowy mурowany, wsparty ofiarami wiernych, mających wielkie nabożeństwo do obrazu *ś. Antoniego Padewskiego* w miejscu od dawnych czasów cudami słynącego (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 112).

¹⁾ Jan Rayski, pleban. ²⁾ Kobielskie Włocławskie i Male. ³⁾ Babczów. ⁴⁾ Cieszątki. ⁵⁾ Cadów. Później przybyły miejscowości: Bukienka, Cadówek, Drewniana Huta, Gorgoń, Hwojsko, Jasień, Karsy, Łazie, Nadrożno, Ojrzeń, Podświeżek, Przyborów, Przybyszów, Rozpęd, Rzębiec, Tomaszów, Ujazdówek, Wymysłów, Olszynki, Zrębiec, Przysieki, Joachimowice, Pałki, Jagodnik, Świerczyny, Dudki, Nadrożno, Piła.

horreum et dotem plebanalem. Consuevit tamen plebanus ex praedictis mansis scultetialibus decimam manipularem dare ministro pro salario. Emethones autem villae nihil aliud pro eadem ecclesia solvunt solum missalia de quolibet manso per duos coros siliginis et duos avenae, et tabernatores loco colendae per unum grossum; et decimam manipularem solvunt pro canonicatu *Gnesnensi*, quem modo tenet dominus *Stanislaus Myrowskj*.

Cobyelye minus, in eadem villa est curia habens agros praediales, de quibus decima manipularis proveniens in toto spectat ad parochialem praedictam et eius plebanum in *Cobyelye*, de agris vero emethonibus datur pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, prout in maiori *Cobyelye*; et pro parochiali praedicta in *Cobyelye* columbatio per unum grossum.

Bawczow, villa sub eadem parochiali in *Cobyelye*, in qua decima manipularis tam ex agris praedialibus nobilium quam emethonibus proveniens in toto spectat ad eandem parochialem, ad plebanum in *Cobyelye*, et conducunt eam nobiles quam emethones in locum decimalem absque solutione canapalium, cuius decimae partem plebanus consuevit dare vicario pro salario; et nihilominus emethones ultra decimam manipularem praedictam eidem ecclesiae et plebano solvunt columbationem per unum grossum.

Czyeschaczycze, *Czadow*, villae sub eadem parochiali in *Cobyelye*, in quibus incolae pro praedicta parochiali ecclesia in *Cobyelye* nihil aliud solvunt solum in praefata *Czyeschaczycze* de quolibet manso per unum grossum solvunt, decimas vero manipulares pro certis canonicatibus et praebendis *Gnesnensibus*; in *Czyeschaczycze*, quem modo obtinet dominus *Martinus Rabyeslej* et in *Czadow*, quem obtinet quidam *Grodzyczkij*.

Taxata est ad tres marcas argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

73. ZYTHNA*), OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis, tituli *sancti Laurentii*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eodem *Zythna* oppido, quam pronunc obtinet honorabilis *Jaco-*

*) *Zythno*, niegdyś miasto dziś osada, trzy mile od miasta *Radomska* odległa, od dwóch przeszło wieków własność rodziny *Siemieńskich*, miała kościół parafialny już w pierwszej połowie wieku XV. W roku bowiem 1445 dnia 26 lutego *Filip*, mistrz dekretów, kustosz *kurzelowski*, deklaruje przed konsystorzem *gnieźnieńskim*, że winien jest *Piotrowi z Bużenina*, plebanowi w *Zythnie* dziesięć dukatów, za który to dług ustępuje mu jednoroczną dziesięcinę na gruntach tegoż miasta jemu przypadającą (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 297^b). Gdy starożytny kościół drewniany przed 18 laty upadł, ziem groziła począł, dziedziczka i patronka, *Franciszka z Dembińskich hr. Siemieńska* wdowa po *Janie Nepomucenie Siemieńskim*, pułkowniku b. wojsk polskich, rozpoczęła w roku 1860 przy pomocy synów swoich budowę pięknego i obszernego kościoła mурowanego na innym zupełnie wolnym miejscu, w stylu romańskim w formie krzyża z dwiema wyniosłymi wieżami i dokonała jej szczęśliwie w przeciągu lat pięciu (Tygodn. illustr. warszaw. t. III, str. 88. cfr. Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 149. 150). Na cmentarzu parafialnym do chowania ciał zmarłych jest mурowana kaplica publiczna przez dziedziców miejscowych wystawiona.

bus de Rzeky ¹⁾ ex praesentatione modernorum haeredum. Ad quam iure parochiali praedictum oppidum *Zytlne*, necnon *Silnycza* ²⁾, *Rogaczewek* ³⁾, *Sobyekursko* ⁴⁾, *Czyanyathnyky* ⁵⁾, *Zytlne minor* ⁶⁾ et *Radzyny* ⁷⁾, villae spectant ex antiquo; cuius ecclesiae plebanus pro tempore existens pro sui sustentatione et pastoralis curae administratione servat et servare consuevit capellanum in vicarium et ministrum, quos ex proventibus mensae suae salariat; et habet pro dote et fundo, imprimis in eodem oppido haereditatis eiusdem unam aream pro curia plebanali et in ea curiam cum allodio et horto cimiterio contiguas; item et alias duas areas pro vicario et ministro scholae in altera parte eiusdem ecclesiae similiter cimiterio contiguas; item unam aliam aream iacentem penes aream dotis plebanalis pro taberna cum horto eidem adiacenti; item et agros, et primo in uno campo unum mansum iacentem penes agros praediales dominorum haeredum, cuius latitudo extenditur alicubi ad viginti quatuor sulcos, ad longitudinem vero protenditur citra vel ultra sedecim stadia; in cuius fine habet duo prata et in horum medio piscinam, iacentia versus oppidum et sepiuntur propter damna; item habet et aliud iuger agri in eodem campo cum piscina, et in eius summitate pratum, qui ager in longitudine protenditur citra vel ultra ad duodecim stadia, in latitudine vero inaequaliter, quia alicubi latius et alicubi strictius iacet; item in campo dicto *Copanyny* versus *Rogaczewek* habet etiam certum iuger agri, in longitudine citra vel ultra sex stadia, in latitudine vero citra vel ultra ad sedecim sulcos se protendentem (sic), et iacet inter agros oppidanorum; item habet certam partem borrae iacentem versus villam praedictam *Rogaczewek* et inter vias, quae ducuntur ad maiorem *Borzykowa* ab una parte et ab alia *Borzykowka*, in cuius latere habet etiam aliam partem borrae, ex advocatia eiusdem oppidi eidem ecclesiae donatae et asscriptae et incorporatae, et protenditur in latitudine usque ad viam, quae ducit in *Czyanyathnyky*, in longitudine vero protenditur ab alveo seu torrente, qui vadit inter prata oppidanorum, dicta *Zalawy* usque ad limites haereditatum *Pagow* ⁸⁾ et *Sobyekursko*, et sub eadem borra habet piscinam et pratum pro tabernatore in summitate eiusdem piscinae iacentem; in latere vero pro curia plebani aliud pratum, item et mellificia habet in eadem borra; item decimam manipulearem habet ex omnibus et singulis agris praedialibus, necnon tabernarum et campo *Copanyny*, et conducit eam plebanus curru proprio ex agris praedialibus, de agris vero aliis conducunt eorum possessores in horreum plebani, ex agris vero oppidanorum, ex antiquo extirpatis et factis decima manipularis proveniens ad custodiam ecclesiae collegiatae in *Curzelyew*; et plebano eiusdem parochialis ecclesiae huiusmodi agros habentes nihil aliud solvunt solum ex domibus columbationem per unum grossum et inquilini per medium.

Radzyny, villa praedicta sub parochiali ecclesia in *Zytlne*, in qua decima manipularis post omnes et singulos ipsius villae agros in toto spectat ad eandem parochialem et eius plebanum, et conducunt eam eiusdem villae incolae in horreum a plebano locandum cum solutione canapalium de quolibet manso per duos grossos, et nihilominus solvunt colendam de quolibet domo per unum grossum.

¹⁾ *Jakób z Rzek*, pleban. ²⁾ *Sielnica*. ³⁾ *Rogaczówek*. ⁴⁾ *Sekursko*. ⁵⁾ Nieodgadniono. ⁶⁾ *Zytno*, dziś jedno tylko. ⁷⁾ *Rędziny*. Przybyły później osady: *Bugaj*, *Czechy*, *Ewina kol.*, *Frysarnia*, *Sielnicka*, *Gorgoń*, *Gruby*, *Jackow*, *Kępa Sielnicka*, *Koziepole*, *Magdalenki*, *Maławieś*, *Piła Bystrzyca*, *Pławidla*, *Wymysłów*, *Zalawy (Zalawie)*. ⁸⁾ *Pagów*, wieś w parafii borzykowskiej.

Sobyekursko, villa sub eadem parochiali in *Zytlne*, in qua sunt modo quatuor curiae nobilium agros speciales habentes, de quibus duntaxat decima manipularis proveniens spectat ad plebanum in *Zytlne*, et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero emethonalibus decima manipularis datur pro ecclesia in *Curzelyew*; et pro parochiali incolae eiusdem villae solvunt columbationem duntaxat de qualibet domo per unum grossum.

Silnycza, villa sub eadem parochiali in *Zytlne*, in qua sunt certae curiae nobilium habentes agros praediales, de quibus decima manipularis pronunc spectat ad parochialem ecclesiam in *Stanovyska* ¹⁾, de qua decima plebanus de *Stanovyska* ex quadam certa ordinatione et concordia super eadem decima manipulari ecclesiae praedictae in *Zytlne* et eius pro tempore plebano solvit et solvere tenetur mediani sexagenam, emethones autem pro eadem ecclesia in *Zytlne* nihil aliud solvunt solum columbationem per unum grossum, decimam vero manipulearem pro certo canonicatu *Gnesnensi*.

Rogaczewek, *Czyanyathnyky*, *Zytlne minus*, villae sub eadem parochiali in *Zytlne*, in quibus incolae pro eadem ecclesia nihil aliud solvunt solum columbationem de qualibet domo per unum grossum et decimas manipulares pro ecclesia collegiata in *Curzelyew* eiusdem ecclesiae vicariis.

Taxata est eadem ecclesia ad duas marcas cum media argenti et pro decario sancti Petri ad sex scotos.

74. BORZYCOWA.*)

Villa, in qua ecclesia parochialis tituli *sancti Petri apostoli*, de iure patronatus laicorum haeredum in eadem *Borzycowa*, quam pronunc obtinet honorabilis *Petrus de Byala* ²⁾, ex praesentatione haeredum pro tempore illius vacationis; ad quam iure parochiali eadem *Borzycowa*, necnon *Borzykowka* ³⁾, *Pagow* ⁴⁾, *Polykthow* ⁵⁾, *Pukarzow* ⁶⁾, *Grodzysko* ⁷⁾, *minera Grodzyska* ⁸⁾, *Okalowycze* ⁹⁾, *Stanislavycze* ¹⁰⁾, *Lyssyny* ¹¹⁾, spectant et pertinent. Cuius ecclesiae rector pro tempore existens pro sui sustentatione et onerum ecclesiae et curae pastoralis administratione circa eandem ecclesiam prout ex antiquo servat capellanum seu vicarium et ministrum, quos ex proventibus mensae suae salariat; habetque pro dote et fundo ex antiquo, imprimis in eadem villa et eius haereditate, videlicet primo et principaliter pro

¹⁾ *Stanovyska*.

*) *Borzykowa*, wieś szlachecka, gniazdo starożytnej rodziny *Borzykowskich* h. *Abdank* (Niesiecki I. c. I, 157), która niezawodnie kościół tam fundowała, lecz nie wiadomo kiedy. Z powyższego opisu przecież wnioskować można, że istniał już przynajmniej na początku wieku XV. Kosztem parafian stanął w miejsce dawnego drewnianego dzisiejszy kościół murywany, dotąd nie konsekrowany, w roku 1844 (Rubryc. cit. z r. 1878 f. 146).

²⁾ *Piotr z Białej*, pleban. ³⁾ *Borzykówka*. ⁴⁾ *Pagów*. ⁵⁾ *Polichno*. ⁶⁾ *Pukarzew*. ⁷⁾ *Grodzisko*. ⁸⁾ Dziś nie istnieje. ⁹⁾ *Okolowice*. ¹⁰⁾ *Stanisławice*. ¹¹⁾ *Lysiny*. Przybyły później osady: *Czechowice*, *Jatno*, *Ignaców*, *Eabędź*, *Niebyla*, *Pierzanki*, *Sady*, *Tuźnia*.

curia plebanali unam aream cimiterio contiguam cum hortis pro allodio et aliis commoditatibus eidem areae adiacentibus, et in eius parte domunculas pro vicario et ministro, et in alia parte eiusdem areae hortulaniam ex area dotis plebanalis emensuratam, qui hortulanus pro tempore existens nihil solvit plebano solum aliqua servitia exhibet; item habet specialem campum sive arvum ab agris emethonalibus et praedialibus distinctum cum pratis et silva nemoribusque eidem agro et pratis sibi hincinde adiacentibus, versus villam *Pagow* iacentibus; item et specialem partem borrae cum silva eidem borrae adiacente, versus villam et haereditatem *Pukarzew* iacentibus et dicitur *Plyebany konth*¹⁾ et in eadem borra habet mellificia; insuper et unum hortum extra villam penes viam quae vadit in *Pagow* iacentem; item et decimam manipulearem post omnes et singulos eiusdem villae praediales et emethonales agros, quam conducunt emethones ex eorum agris eorum curribus cum solutione canapalium de quolibet manso per quatuor gerugas seu ligaturas canapum, necnon et columbationem de qualibet domo per unum grossum; ex agris vero praedialibus decimam manipulearem conducit plebanus curru proprio.

Borzycowka, Stanislavycze, villae sub eadem parochiali in *Borzycowa*, in quibus sunt curiae agros praediales habentes, quorum agrorum certam partem in *Borzycowka* emethones colunt, videlicet *Cubalya Simon*, hortulanus, et *Mathias Caderna*, de quibus omnibus et singulis agris praedictis decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Borzycowa*, ex agris vero emethonalibus in *Borzycowka* datur ad ecclesiam collegiatam in *Curzelyow* pro canonicatu et praebenda, quam modo obtinet quidam *Stanyczyk*; in *Stanislavycze* pro certis canonicatibus et praebendis *Gnesnensibus*, prout in *Wscheborzycze*²⁾.

Pukarzew, villa sub eadem parochiali in *Borzycowa*, post cuius villae omnes et singulos agros emethonales etiam praediales iacentes versus *Borzycowa* decima manipularis spectat ad eandem parochialem et plebanum in eadem *Borzycowa*, et conducitur per emethones cum solutione canapalium de quolibet manso per unum grossum et per alium grossum solvunt emethones de qualibet domo pro columbatione; ex aliis vero agris praedialibus ex altera parte villae iacentibus datur decima manipularis ad ecclesiam parochialem in *Malyszyno*³⁾.

Pangow, villa sub eadem parochiali in *Borzycowa*, in cuius haereditate de quodam arvo seu iugere agri iacente per se inter silvas decima manipularis proveniens datur pro parochiali praedicta in *Borzycow*, ex agris vero emethonalibus pro certo canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo tenet dominus *Naropyenski Felix*; de praedialibus autem pro parochiali ecclesia in *Lyppa*.

*Polyktho, Ruda*⁴⁾, *Lissyzy*, villae eiusdem parochiae, in quibus emethones et incolae pro eadem ecclesia in *Borzycowa* nihil aliud solvunt solum columbationem de qualibet domo per unum grossum praeter *Ruda*, ubi solum per medium grossum; decimas vero manipulares solvunt certis canonicatui et praebendae, prout in *Wscheborzycze*.

Grodzysko, Okalovycze, villae praedictae, in quibus emethones pro parochiali ipsorum in *Borzycowa* solvunt solum de qualibet domo pro columbatione per unum

¹⁾ Plebani Kąt. ²⁾ Soborzycze. ³⁾ Maluszyn. ⁴⁾ Ruda, dziś w parafii nie znana.

corum siliginis; decimas manipulares in *Grodzysko* illi, cui datur in *Wscheborovycze* et in *Okalovycze* pro parochiali in *Chrzasthow*.

Taxata est eadem ecclesia ad duas marcas argenti et pro denario sancti Petri ad sex scotos.

75. WSCHBORZYCZE.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *Undecim millia Virginum*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Wscheborzycze*, quam pronunc obtinet honorabilis *Nicolaus de Radomskye*, ex praesentatione abbatis *Adrzeviensis*¹⁾, pro tempore existentis; ad quam iure parochiali eadem villa *Wscheborzycze*, necnon curia villae duntaxat spectant et pertinent. Cuius plebanus propter defectum et paucitatem proventuum et parochianorum circa eandem ecclesiam non potest pro sui sustentatione servare vicarium neque ministrum; habet enim pro dote et fundo duntaxat proventus infrascriptos, videlicet primo in eadem villa aream pro curia plebanali cum horto in postico eiusdem se protendentem usque ad paludem, prout aliorum villanorum areae cum hortis se protendunt, cum prato in eodem palude se protendente ab horto plebani per paludem usque ad limites villae *Malachice*²⁾, et in eadem area dotis plebanalis aliquando locabatur in eius parte hortulanus; item alias duas areas, unam pro taberna et in eadem tabernam in qua nunc residet *Nicolaus Mysl*, ad quam tabernae pertinent speciales agri ex antiquo et horti in postico eiusdem, cuius tabernae incola solvit et solvere consuevit plebano pro censu singulis annis per unam marcam cum media et nihil aliud ad laborandum obligatur; item et agros speciales pro praedio plebanali sufficientes hincinde in eadem haereditate in octo locis iacentes, quorum agrorum aliqua iugera nemoribus excreverunt, videlicet in *Suthkow*³⁾ et sub *Borowcze*⁴⁾, in quibus locis ligna pro necessitate domus excidi possunt; item certam partem borrae pro mellificiis sub villa et haereditate *Borowcze*; item et pratum aliud speciale satis bonum versus villam *Borzycowka* circa prata praedictae villae *Borzycowka*, de quo prato ad minus de foeno solet colligi unus acervus et aliquando cum medio; item decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales, nedum in eadem villa *Wscheborzycze*, sed in *Okalovycze*, etiam quotiescunque per aliquot emethones praesertim in *Wscheborzycze* per partes coluntur; de agris etiam propriis pro praedio et ad praedium plebanale spectantibus nemini decimat; emethones autem eiusdem villae ex agris emethonalibus decimam manipulearem solvunt pro scholastico *Gnesnensi* prout in

*) *Soborzycze*, wieś szlachecka mająca kościół parafialny już w pierwszej połowie wieku XV, jak dowodzą wzmianki w aktach konsystorskich (Acta Consist. Gnesu.). Dzisiejszy kościół drewniany stanął w roku 1738 kosztem *Kazimierza Węglińskiego*, opata *Jędrzejowskiego*, któremu nad nim przysługiwało prawo patronatu. Dla zbyt szczupłych dochodów kościół ten afiliowany został do parafii w *Cielętnicach* zapewne w końcu zeszłego wieku (cfr. Rubryc. f. 146).

¹⁾ Opat klasztoru *Cystersów w Jędrzejowie*. ²⁾ *Maluszycze*, wieś w parafii *Dąbrowa*. ³⁾ *Suthkow*, dziś nie znany. ⁴⁾ *Borowcze*, wieś w parafii *Dąbrowa*.

Grodzysko, Rudnyky, Stanislavice, Lyssyny et Dambrowno, sub dioecesi *Cracoviensi*; pro plebano vero emethones eiusdem villae *Wscheborzyce* solvunt missalia de quolibet manso per unum eorum siliginis et alium avenae, necnon et columbationem per unum grossum et similiter tabernatores.

Taxata est ad unam marcam argenti et pro denario sancti Petri ad duos scotos.

76. DAMBROWA.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *Jacobi apostoli et Stanislai*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Dambrowa*, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Pylcza*¹⁾, ex praesentatione moderni haeredis domini *Joannis*. Ad quam iure parochiali ex antiquo praedicta *Dambrowa*, necnon *Rackowice*²⁾, *Maluschyze*³⁾, *Borowce*⁴⁾, *Chalymyze deserta*⁵⁾, *Rogaczow*⁶⁾, *Vlyessye*⁷⁾, *Olbrachyzyce*⁸⁾, *Knyeya*⁹⁾, *Babye*¹⁰⁾ et minera *Dambek*¹¹⁾, villae spectant et pertinent. Cuius ecclesiae plebanus pro tempore existens pro sui subsidio et curae pastoralis administratione, prout ex antiquo, servat capellanum unum pro vicario et ministrum, quos ex proventibus mensae suae plebanalis salariat. Et habet pro dote et fundo proventus infrascriptos; et primo in eadem *Dambrowa* et eius haereditate circa ecclesiam aream pro curia plebanali specialem cum horto pro allodio et aliis commoditatibus; necnon et alias areas duas, unam pro vicario et ministro cimiterio contiguas; item agros speciales in tribus locis seu campis eiusdem haereditatis, videlicet unum iuger in campo, dicto *Szyedlyska*¹²⁾ seu *Dabowykyerz*¹³⁾, in latitudine et longitudine se protendente aequaliter ad duo stadia citra vel ultra et iacet circa agrum, quem modo obtinet emetho, dictus *Klamp*; item in loco dicto *Vysthap*¹⁴⁾ etiam aliud iuger agri in latitudine citra vel ultra duodecim sulcorum, ad longitudinem vero se protendens ad duo stadia citra vel ultra, in cuius fine habet vinarium seu piscinulam; item tertium iuger in campo, dicto *Vyssylyecz*¹⁵⁾, versus villam *Rogaczow*, continentem in se unum stadium, citra vel ultra viginti

*) *Dambrowa*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Dąbrowskich* h. *Poraj*, której protoplaście *Spytygniewowi*, wojewodzie *łęczykiemu* *Konrad*, książę *kujawski, łęczycki i dobrzyński* nadał z innymi dobrami w *Sieradzkim* wieś *Dąbrowę*, od której sam i potomkowie jego pisali się *Dąbrowskimi*. *Paprocki* przytacza przywilej księcia *Kazimierza* syna *Konrada*, który w r. 1248 to nadanie ojcowskie potwierdził (*Paprocki*, *Herby* str. 464. 465. cfr. *Niesiecki*, *Korona* II, 8). Prawdopodobnie *Spytygniew* wystawił w dziedzictwie swoim pierwszy kościół parafialny i takowy uposażył, a jeżeli nie on, to synowie jego, gdyż akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o tymże kościele jako o dawnym już na początku wieku XV (Excerpta ex actis Consist. *Gnesn.* f. 11. 21). Kiedy starożytny kościół drewniany od starości podupadł, dziedzic miejscowy, *Stanisław Poraj Dąbrowski*, archidyakon *gnieźnieński* i *kurzelowski*, kanonik *krakowski* i *kujawski* i proboszcz *wolborski*, mąż wielkiej zacności, zasług i względem kościoła i Rzeczypospolitej († 1575), wystawił w miejsce jego dzisiejszy murywany w stylu gotyckim r. 1554, który zapewne ks. *Stanisław Falęcki*, sufragan *gnieźnieński*, około r. 1570 konsekrował (*Acta Capit. Gnesn.* cfr. *Rubryc.* dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 146. 147. *Niesiecki* I. c. II, 8).

¹⁾ *Jan z Pilicy*, pleban. ²⁾ *Rackowice*. ³⁾ *Maluszyce*. ⁴⁾ *Borowce*. ⁵⁾ Osada dziś nie znana. ⁶⁾ *Rogaczów*. ⁷⁾ *Zalas*. ⁸⁾ *Olbrachyze*. ⁹⁾ *Knieja*. ¹⁰⁾ *Babis*. ¹¹⁾ *Dąbek*. ¹²⁾ *Siedlińska*. ¹³⁾ *Dąbowykieryz*. ¹⁴⁾ *Występ*. ¹⁵⁾ *Wisielec*.

sulcos in se continentem, et quartum in eodem campo penes viam, quae vadit in *Chalymyze*, continentem in se in latitudine citra vel ultra triginta sulcos et in longitudine duo stadia; item circa *Lyssya myedza* etiam duo iugera agri et continet in se quodlibet duo stadia ad longitudinem; item habet et pratum unum iacens post piscinulam domini haeredis, de quo colligi solet unus acervus de foeno et aliud in silva seu circa silvam, dictam *Lasz*, in quo iam nemora excreverunt propter negligentiam; item decimam manipulem post omnes et singulos agros praediales curiae inibidem, etiam quorum partem per certa iugera solvunt emethones *Martinus Woyth*, *Mathias Radosch*, *Szwyethlynyk* et *Albertus Czok*, quam conducit plebanus curru proprio ex agris, qui coluntur pro curia, qui vero per emethones, conducunt eam emethones eorum curribus; de agris vero ex antiquo emethonalibus datur pro canonicatu *Curzeloviensi*, quem modo obtinet dominus *Gorra*¹⁾; et pro plebano emethones nihil aliud solvunt solum columbationem per unum grossum.

Borowce, Chalymyze, Knyeya, Babye, villae sub eadem parochiali, in quibus decimae manipulares de omnibus et singulis ipsarum villarum agris spectant in toto ad eandem parochialem et eius plebanum et conducuntur per incolas eorum curribus, et nihilominus solvunt columbationem emethones per unum grossum.

Vlyessye, Olbrachyzyce, villae sub eadem parochiali in *Dambrowa*, in quibus villis decima manipularis de certis agris villarum praedictarum pro medietate citra vel ultra omnium et singulorum agrorum proveniens spectat ad eandem ecclesiam in *Dambrowa* et de altera medietate pro certo canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, et nihil aliud solvunt, quia nobiles in eisdem villis resident.

Rackowyce, villa sub eadem parochiali, in qua decima manipularis ex agris praedialibus in toto spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Dambrowa* et de emethonalibus pro vicariis ecclesiae *Curzeloviensis*; cuius villae emethones pro eadem ecclesia nihil aliud solvunt solum columbationem per unum grossum.

Maluschyze, Rogaczow, villae sub parochiali praedicta in *Dambrowa*, in quibus incolae pro eadem parochiali ecclesia nihil aliud solvunt solum columbationem et decimas manipulares hincinde; de *Maluschyze* ad ecclesiam *Curzeloviensem* pro domino doctore *Gorra*; in *Rogaczow* vero datur pars pro ecclesia *Gnesnensi* certo canonicatu, altera plebano in *Brzykow* et altera pro domino doctore *Gorra*, archidiacono *Curzeloviensi*; *Dambek* vero solvit manipulem ecclesiae in *Dambrowa*.

Zdrowa, villa sub parochiali ecclesia in *Borowno*, in qua decima manipularis ex omnibus et singulis agris emethonalibus totius villae spectat ad parochialem ecclesiam in *Dambrowa* et conducunt eam emethones ipsorum curribus absque solutione canapalium; de agris vero praedialibus pro ecclesia parochiali in *Borowno*.

Taxata est eadem ecclesia ad tres marcas argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

¹⁾ *Gorra Andrzej z Mikolajewic*, kanonik *krakowski*, archidyakon *kurzelowski* † 1520 (*Łętownski*, *Katalog* t. II, str. 265).

77. GIDLE.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sanctae Mariae Magdalenae*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Gidle*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus de Nowopolye*¹⁾, ex praesentatione moderni haeredis *Gydzyselskj*²⁾. Ad quam iure parochiali praedicta villa *Gidle*, necnon *Plawno*³⁾, *Gowarzewo*⁴⁾,

*) *Gidle*, wieś niegdyś szlachecka, dziś rządowa, dwie mile od *Radomska*, gniazdo rodziny *Gidelskich* albo *Gidzielskich* h. *Poraj*, miejsce sławne na całą Polskę cudowną figurą kamienną *N. Maryi P.* (Niesiecki l. c. II, 204), ma jeden z najstarszych kościołów drewnianych (z modrzewia) w całej Polsce, albowiem według napisu wyrzniętego na belce u stropu, konsekrowany był w roku 1059. Wytrzymał przeto ośm wieków z górą i stanowi rzadką osobliwość pod względem swej starożytności. Za prawdziwością wspomnianej daty przemawiają nie tylko budowa sama kościoła złożonego z grubego modrzewia siekiera tylko ociosanego, ale i ważne ślady na miejscu, dowodzące, że w *Gidlach* parafia istniała już w roku 1045 (Tygodn. illustr. warszaw. t. VIII ser. II, str. 13. Kłosy, czasop. illustr. warszaw. t. II, str. 412. cfr. Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 147). W roku 1515 w pierwszych dniach maja kmiotok miejscowy, *Jan Cencok*, wyorał małą kamienną figurę *N. Maryi P.* z dzieciątkiem Jezus w koronach, przy której liczne dzieła się poczęły cuda i znaki. W skutek tego przeniesiono ją z domu kmiotka do wyżej wspomnianego kościoła parafialnego, lecz tego samego dnia znaleziono ową figurę otoczoną światłością, na tem miejscu na którym znalezioną została. Umieszczono ją tymczasem w słupie drewnianym wydrążonym, a w krótko potem dziedzic miejscowy, *Marcin Gidzielski*, zbudował tam małą kaplicę drewnianą, do której figurę uroczystie przeniesiono. Gdy się lud wierny coraz tłumniej garnał do niej począł i licznych na tem miejscu doznawał pociech i znaków, w sto lat po objawieniu się figury, dziedziczka miejscowa *Anna z Rusocie Dąbrowska*, kasztelanowa *wieluńska* wystawiła wspaniały murywany kościół wraz z klasztorem, do którego sprowadziła *OO. Dominikanów* w roku 1615 i w kaplicy tego kościoła umieścić kazała cudowną statuę *N. Maryi P.* Odtąd aż do naszych czasów *Gidle* zasłynęły na całą Polskę odpustami w uroczystości *Matki Boskiej*, na które nieprzeliczono zbierały się i dotąd zgromadzają tłumy wiernych z dalekich nawet części kraju (*Ulanecki ks. Stanisław*, *Maryja* w słynących cudami obrazach, Warszawa 1869 str. 54. Niesiecki l. c. II, 204. Rubryc. cit. z r. 1874 f. 113). Do dziś dnia figura w mowie będąca znajduje się pod strażą kilkunastu *Dominikanów*. Oprócz tych dwóch kościołów w *Gidlach* znajduje się tam jeszcze trzeci na końcu wsi w miejscu ustronnem, cichem i przyjemnem położony z ruinami murów poklasztornych, należący niegdyś do *Kartuzów* sprowadzonych z pod *Gdańska* przez *Zuzannę z Przerębskich Oleską*, podkomorzyną koronną, która pognewawszy się podobno na miejscowych *OO. Dominikanów*, cofnęła poczynione im znaczne zapisy i obróciła je na założenie pustelni dla *Kartuzów*. W roku 1640 wystawiła im wspaniały klasztor i kościół drewniany hojnie uposażywszy. Z czasem wieś *Gidle* przeszła w ich posiadanie oraz inno okoliczne włości, które na rzecz skarbu potem zabrane zostały. Mając dość znaczne dechody i wsparci hojnemi panów polskich ofiarami, wystawili w miejsce drewnianego dzisiejszy piękny i obszerny kościół murywany z takimże klasztorem w roku 1768. Po zniszczeniu klasztoru w roku 1819 pozostało przy tym kościele dla obsługi dwóch zakonników. W tym czasie, około roku 1830 kosztem funduszu supresyjnego cały został starannie zrestaurowany. Po śmierci ostatniego *Kartuza* w roku 1832 za zezwoleniem władz przeniesiono do tego kościoła nabożeństwo parafialne, czyli zamieniono go na parafialny. Starożytny zaś kościółek modrzewiowy stoi dotąd i przy staranności długie jeszcze przetrwać może lata (Tygodn. illustr. cit. str. 13. 14).

¹⁾ *Jan z Nowogopola*, pleban. ²⁾ *Gidzielski*. ³⁾ *Plawno*, dziś wieś z osobnym kościołem parafialnym w roku 1820 nowo z drzewa przez dziedzica miejscowego *Buczynskiego* odbudowanym, do którego oprócz *Plawna* wcielono wsi i osady: *Bobry*, *Borki*, *Gowarzewo*, *Kępa*, *Kuźnica*, *Ludwików*, *Nieszkodna*, *Stanisławice*, *Strzała*, *Szyszków*, *Wesoła*, *Zagórze*, *Zielonka*. ⁴⁾ *Gowarzewo*, dziś w parafii *Plawno*.

*Wlyncze*¹⁾, *Cothphayn*²⁾, *Czyeschkovicze*³⁾, *Wojnowicze*⁴⁾ et *Gorka*⁵⁾ spectant et pertinent. Cuius ecclesiae plebanus aliquando pro sui sustentatione et pastoralis curae administratione circa ipsam ecclesiam servare consuevit vicarium et ministrum, quos pro posse salariat ex proventibus mensae suae; et habet pro dote et fundo, et primo in eadem villa pro curia plebanali specialem arcam cum horto pro allodio et aliis commoditatibus sibi ipsis hincinde adjacentibus; item et alios duos hortos, unum penes hortum domini haeredis et alium circa hortum molendinatoris iacentem; item et alias areas speciales pro vicario et ministro cimiterio contiguas; insuper et aliam unam arcam pro taberna iacentem ex opposito ecclesiae penes tabernam domini haeredis, in qua nunc residet *Joannes Czecko*, de qua, dum erat possessionata et habitabilis, solvebatur pro censu ex eadem pro plebano singulis annis per mediam marcam; item solum duo iugera agri, unum maius ex opposito dotis plebanalis et protenditur in latitudine citra vel ultra ad viginti octo sulcos, ad longitudinem vero a villa usque ad borram, prout ex antiquo emethonales protendebantur; item aliud iacet in eadem haereditate inter vias, quae vadunt in *Gorka* et *Wlyenyce*, cuius iugeris solum duo stadia valent ad colendum et residuum memoribus excrevit; item partem borrae pro mellificiis et aliis utilitatibus penes limites *Plawno* iacentem, et circa eandem borram habet pratum, quod pro maiori parte memoribus excrevit et aliud in littore fluvii *Wartha*, in quadam insula, in qua nullus alter aliquid habet solum plebanus et partem tabernator tabernae, in qua nunc residet *Laurentius Rzathko*, et tertium in haereditate *Gorka*, dictum *Porodi* iacens circa quandam silvam; item habet piscinam, quae iacet circa conversum limum villarum *Gidle*, *Gorka* et *Wlynyce*; item decimam manipularum post omnes et singulos agros praediales curiae in eadem villa, etiam inter tabernas, in quibus pronunc resident *Paulus Zank*, *Mathias Bonamanek*, *Laurentius Rzathko*, *Periga*, *Lapycza*, *Thurek*, *Czaczek*, *Grzegorzyc* et *Pyskorczyk*, ex agris praedialibus hincinde per stadium aut duo distributas et conducit eam plebanus curru proprio ex agris qui coluntur pro curia; qui autem coluntur per tabernatores et hortulanos conducunt eam curribus propriis tabernatores et hortulani; et emethones nihil aliud solvunt pro ecclesia eadem et plebano solum columbationem per unum grossum de qualibet domo et decimam manipularem ex agris emethonalibus duntaxat pro ecclesia *Gnesnensi*, pro canonicatu et praebenda, quos pronunc obtinet dominus *Martinus Rabyesky*.

Gowarzewo, villa sub eadem parochiali, post cuius villae omnes et singulos agros decima manipularis spectat ad eandem parochialem et plebanum, quam pro salario dat vicario, et conducunt eam emethones curribus eorum absque solutione canapalium solum cum solutione colendae de qualibet domo per unum grossum.

Wlyncze, *Czyeschkovicze*, *Gorka*, villae in quibus sunt curiae nobilium habentes agros speciales praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem ecclesiam in *Gidle* et eius pro tempore plebanum et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero emethonalibus decimae manipulares provenientes

¹⁾ *Wlyncze*. ²⁾ *Kotfn*. ³⁾ *Ciężkowice*. ⁴⁾ *Wojnowice*. ⁵⁾ *Górka*. Prócz tych należą jeszcze do parafii miejscowości: *Borowa*, *Chróstowa*, *Fryszlerka*, *Karólew*, *Michalpole*, *Mlynek*, *Niesulów*, *Ojrzeń*, *Przeszkoda*, *Skrzypiec*, *Spalastry*, *Stęszów*, *Zabrodzie*. ⁶⁾ *Rambiewski Marcin*, o którym było wyżej.

spectant in praedicta *Wlyncze*, *Czyeschkovicze*, *Gorka*, necnon *Woynowycze* pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet doctor *Grodzyczsky*¹⁾.

Plawno, *Cothphyn*, villae praedictae sub parochiali praedicta in *Gidle*, in quibus emethones nihil aliud solvunt pro eadem parochiali solum columbationem de qualibet domo per unum grossum et decimas manipulares in *Plawno* pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem obtinet modo dominus *Martinus Rabyesky*; in *Cothphyn* vero similiter pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet praedictus dominus doctor *Grodzyczsky*.

*Thwardoslavice*²⁾, villa sub parochiali in *Pyotrkow*³⁾, in qua est curia habens agros praediales, de quibus decima manipularis ex antiquo spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Gidle*; ex agris vero emethonalibus pro monasterio in *Vythow*⁴⁾.

Taxata est eadem ecclesia ad viginti scotos argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

78. CLOMICE.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Martini*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem *Clomice*, quae pronunc vacat ex controversia patronorum. Ad quam iure parochiali praedicta *Clomice*, necnon *Barthkovicze*⁵⁾, *Lypycze*⁶⁾, *Zawada*⁷⁾, *Konary*⁸⁾, *Garnek*⁹⁾, *Karczewycze*¹⁰⁾, *Paczyerzow*¹¹⁾, *Rzeky duplew*¹²⁾, *Scherzaczyce*¹³⁾ necnon *Nyeczmycze*¹⁴⁾ quoad curias duntaxat et emethones in *Borowno*, villae spectant et pertinent. Cuius ecclesiae rector pro tempore existens pro sui subsidio et pastoralis curae administratione consuevit prout ex antiquo circa eandem ecclesiam servare duos capellanos in vicarios et ministrum, quos salariat ex proventibus mensae suae plebanalis; et habet pro dote et fundo

¹⁾ *Grodzicki Andrzej z Poznania*, doktor medycyny, kanonik *gnieźniński i poznański* † 1550 (Ks. Korytkowski, Żywoty Arcyb. i Kanon. gnieźn. Ms.). ²⁾ *Twardosławice*. ³⁾ *Piotrków*. ⁴⁾ *Witów*.

* *Kłomnice*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Kłomnickich* h. *Oksza* (Paprocki l. c. 565. *Niesiecki* l. c. II, 534), której zawdzięcza wybudowanie kościoła najmużej w wieku XIV, albowiem na dniu 13 września roku 1415 *Slawnik*, pleban tamtejszy zapozwany przez kanonika *gnieźnińskiego*, *Mikołaja Górke* przed sąd konsystorza *gnieźnińskiego* o zabraną mu nieprawnie dziesięć z dwóch włók we wsi *Konarach*, odwołuje się na jakieś dawniejsze do niej prawo. Sprawa dla tego zawieszoną została *ad decisionem nobilium cum ecclesia* (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 17^b). W wieku zeszytym *Kłomnice* przeszły na własność *Zaluskich*, z których *Andrzej* wraz z siostrą swoją *Hilarją de Riviere*, kasztelanową *liwską*, starościna *grojecką* w roku 1750 wystawili w miejsce upadającego z starości drewnianego nowy mурowany kościół, który dotąd nie jest konsekrowany. We wsi *Garnek* do parafii należącej jest także kaplica publiczna drewniana pod tyt. *Niepokalanego Poczęcia N. Maryi P.* nie wiadomo kiedy i przez kogo postawiona (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 147).

⁵⁾ *Bartkovicze*. ⁶⁾ *Lipicze*. ⁷⁾ *Zawada*. ⁸⁾ *Konary*. ⁹⁾ *Garnek*. ¹⁰⁾ *Karczewice*. ¹¹⁾ *Pacierzów*. ¹²⁾ *Rzeki*. ¹³⁾ *Rzeźęczyce*. ¹⁴⁾ *Nieznawice*. Prócz tych należą dziś do parafii osady: *Antonów*, *Brugidka*, *Bugaj*, *Dębnik*, *Gonera*, *Grabie pust.*, *Guby*, *Józefów*, *Kajetanów*, *Karolinów*, *Kuźnica*, *Michałów*, *Mostki*, *Piaski*, *Przybyłów*, *Rosolowy*, *Sliwaków*, *Tomaszew*, *Trząska*, *Wodzienica*, *Wymysłów*, *Zbereżka* (Skorowidz Król. Pol.).

proventus infrascriptos, quorum modo eadem ipsa ecclesia extat in pacifica possessione; et primo in eadem villa et haereditate *Clomice* habet pro curia plebanali unam aream satis latam et pro curia sufficientem cum horto eiusdem latitudinis pro allodio et allis commoditatibus et in postico eiusdem unum agrum eiusdem latitudinis sicut area habet extensionem et protenditur usque ad limites; item alias areas speciales pro domunculis vicariorum et ministri et iacent duae insimul scholae et pro vicario in una parte ecclesiae versus occidentem, et aliam aream ex opposito horti domini haeredis versus partem australem ecclesiae iacentem, cimiterio contiguas cum hortulis parvis adiacentibus domunculis; item unam specialem aream cum hortulo pro tempore in fine villae et in latere eiusdem, in quo est situs dotis plebanalis penes aream emethonalem domini haeredis, dictam *Conyeczskowskj*¹⁾ ab una parte, et ab alia penes iuger agri alias *nywy* curiae; item habet in quolibet campo praeter praedictum iuger agri in postico dotis plebanalis iacentem per unum mansum seu laneum se protendentem in longitudine et latitudine prout mansi emethonales protenduntur, et iacet unus ante villam versus occidentem, inter agros emethonales ab una parte *Schymkowskj*²⁾ et ab altera dictum *Korekwiany*³⁾ in alio campo dicto *Kathy*⁴⁾ penes laneum *Thopolny*⁵⁾, tertius in campo dicto *Modrzewye*⁶⁾, iacens penes mansum *Szewczykowskj*⁷⁾ pronunc; item et prata in eadem haereditate *Clomice*, unum quod iacet infra piscinam, dictam *Podesdrowa*, aliud pratum in loco dicto *Kathy*, tertium sub haereditate *Barthkovicze*, iacens inter prata emethonalia; insuper unam sortem seu haereditatem desertam, dictam *Mychalow* cum agris, prato et merica satis magna, quae iacet inter haereditatem *Barthkovicze* et *Scherzaczyce*⁸⁾ et protenditur ad torrentem, qui vadit ad piscinam domini haeredis de *Clomice* per prata haereditatis *Clomice* et *Scherzaczyce*; item habet alveum seu locum pro piscina penes mericam domini haeredis de *Clomice*, ubi aliquando fuit piscina et sunt vestigia aggeris; item habet decimam manipulearem post omnes et singulos agros praediales et emethonales in eadem *Clomice* et conducunt eam emethones eorum agris curribus propriis in horreum plebani absque solutione canapalium; de agris vero praedialibus conducit eam plebanus curru proprio, solvunt tamen emethones columbationem de quolibet manso per unum grossum et hortulani per medium.

Lypycze, *Garnek*, *Barthkovicze*, villae sub eadem parochiali, in quibus decimae manipulares ex earum omnibus et singulis agris tam praedialibus quam emethonalibus provenientes in toto spectant ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Clomice*, et conducuntur ex agris praedialibus opera seu impensa plebani; ex agris vero emethonalibus emethones absque solutione canapalium, attamen solvunt columbationem emethones prout in aliis villis.

Nyeczmycze, cuius pars quoad curias extat sub parochiali in *Clomice* et altera quoad emethones sub parochia in *Borowno*, decima tamen manipularis ex omnibus et singulis totius villae agris spectat pro parochiali ecclesia in *Clomice* et eius plebano, et conducunt eam emethones eorum curribus propriis absque solutione

¹⁾ *Konieczkowski*. ²⁾ *Szymkowski*. ³⁾ *Karekwiany*. ⁴⁾ *Kęty*. ⁵⁾ *Topolny*. ⁶⁾ *Modrzewie*. ⁷⁾ *Szewczykowski*. ⁸⁾ *Rzeźęczyce*.

canapalium in horreum locationis decimae; de agris vero praedialibus conducitur more aliarum per plebanum.

Carczewycze, villa praedicta sub parochiali in *Clomice*, in qua decima manipularis de campo iacente versus villam *Paczyrzow*, (post) agros praediales cum certis emethonalibus praedialibus adiacentibus spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Clomice* in toto, quam tollit minister in eadem *Clomice* pro salario; de alio vero campo eiusdem villae iacente versus villam *Rzeky* continens in se agros duntaxat emethonales decima manipularis spectat pro certo canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quos duos campos totius villae distinguit via, quae vadit de eadem *Carczewycze* in *Clomice*.

Scherzaczyce, villa praedicta sub parochiali in *Clomice*, de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus demptis scultetialibus decima manipularis proveniens dividitur aequaliter inter ecclesiae parochialis praedictae in *Clomice* plebanum, seu eius pro tempore vicarios, et inter certum canonicum cuiusdam praebendae *Gnesnensis*, ita videlicet: semel et simul de uno curru ad duos acervos frumenta decimata deponuntur et in acervis conservantur et post decimationem ex quadam ordinatione antiqua habet plebanus seu eius vicarius in acervis optionem electionis et conducitur per incolas eorum curribus absque solutione canapalium; de agris autem scultetiae decima ipsa manipularis spectat duntaxat ad plebanum in *Clomice*; nihilominus emethones solvunt columbationem pro eadem parochiali et percipiunt decimam manipularem praedictam pro ecclesia in *Clomice* spectantem in vicarios ibidem pro salario.

Rzeky duplex, villae sub parochiali eadem in *Clomice*, in quarum una maiori est curia habens agros praediales et in minori scultetia habens agros speciales, de quibus agris tam praedialibus in maiori quam scultetiae in minori decimae manipulares provenientes in toto spectant ad eandem parochialem et plebanum in *Clomice*; ex agris vero utriusque villae emethonalibus similiter decimae manipulares provenientes in toto spectant ad certos canonicatum et praebendam *Gnesnensem*, et pro parochiali praedicta emethones nihil aliud solvunt solum columbationem more aliarum villarum.

Zawada, Conary, Paczyrzow, villae praedictae sub parochiali in *Clomice*, in quibus incolae nihil aliud pro eadem parochiali ecclesia in *Clomice* solvunt solum columbationem et decimas manipulares pro certis canonicatu et praebenda *Gnesnensi*.

*Vythkovyce*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Borowno*, in qua est specialis arvus agri iacens penes viam, quae vadit de *Clomice* in *Rudnyky*²⁾, in campo eiusdem villae *Vythkovicze* iacente versus occidentem et penes agros villae *Nyeznanycze*, dicto *Naplathky*, de quo arvo necnon de campo parvo dicto *Smarschow* eiusdem villae *Vythkovicze* decima manipularis proveniens ad ecclesiam parochialem in *Clomice* et eius plebanum spectat, et conducit eam curru proprio; et de aliis omnibus et singulis agris pertinet in *Borowno*.

¹⁾ *Witkowiec*. ²⁾ *Rudniki*.

79. BOROWNO.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Laurentii*, de iure patronatus laicorum haeredum in eadem *Borowno*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus Czeschaczskij*¹⁾, ex praesentatione modernorum haeredum in eadem villa *Borowno*. Ad quam iure parochiali villae infrascriptae ex antiquo videlicet *Borowno*, necnon *Zdrowa*²⁾, *Nyeznanycze*³⁾, *Vythkovicze*⁴⁾, *Chorzemycze*⁵⁾, *Coszczyelycz*⁶⁾, *Lubojna duplex*⁷⁾, maior et minor, *Radosthkw*⁸⁾, *Kankawa*⁹⁾, *Grabowa*¹⁰⁾, *Boguslawicze*¹¹⁾ et *Jaczkw*¹²⁾ spectant et pertinent. Cuius plebanus pro tempore existens circa eandem ecclesiam prout ex antiquo consuevit pro sui subsidio et curae pastoralis administratione servare unum capellanum in vicarium et ministrum; et habet pro dote et fundo fructus et proventus infrascriptos, videlicet imprimis in eadem villa *Borowno* et eius haereditate unam aream pro curia plebanali cum horto solum pro allodio eidem areae adiacentem, necnon et alium hortum parvum pro aliis commoditatibus inter domunculas vicariales et ministri situm, et habet etiam alias areas duas, unam pro vicario, alteram pro ministro, cimiterio contiguas; item habet certas partes, iugera agri, unum, qui iacet post curiam haeredis, dicti nobilis domini *Joannis Thaurczyn*, in longitudine se protendentem citra vel ultra ad quinque stadia, in latitudine vero inaequalem mensuram habet, quia a villa protenditur citra vel ultra ad novem sulcos; in altero vero fine prout in medio ad decem octo citra vel ultra sulcos, cuius pars spinis negligentia provisionis culturae excrevit, in cuius fine versus villam habet pro commoditatibus curiae hortum; item in campo sub haereditate *Zdrowa* habet alium iuger agri latitudinis citra vel ultra undecim sulcorum in longitudine quinque stadiorum, alias protenditur a via, quae vadit de *Borowno* in *Zdrowa*; tertium vero iuger agri in campo sub villa *Baby*, in longitudine se protendentem citra vel ultra ad duo stadia, ad latitudinem citra vel ultra ad viginti sulcos, et quartum in campo dicto *Popowa gora* similiter duo stadia ad latitudinem se protendentem ad viginti sulcos et nullum pratum habet in eadem haereditate praeter pratum, quod habet in haereditate *Grabowa* in loco, qui dicitur *Cadkup*²⁾, de quo colligi solet de foeno pronunc unus currus, praeter loca nemoribus occupata; item decimam manipularem post omnes et singulos agros praediales et emethonales totius villae *Borowno*, et conducit eam plebanus ex agris praedialibus dominorum haeredum curru proprio, ex agris vero praedialibus conducunt eam emethones eorum curribus in horreum plebani absque solutione canapalium, cum solutione tamen columbationis de qualibet domo per medium grossum.

*) *Borowno*, wieś szlachecka, zapowne gniazdo jednej linii *Borowskich*, z kościołem parafialnym, o którym akta konsystorza *gnieźnieńskiego* pod rokiem 1464 pierwszą czynią wzmiankę (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 511). Dzisiejszy kościół mурowany stanął w miejsce dawnego drewnianego kosztem parafian w roku 1846 i dotąd nie jest konsekrowany.

¹⁾ Zapowne *Cieszacki*. ²⁾ *Zdrowa*. ³⁾ *Nieznanice*. ⁴⁾ *Witkowiec*. ⁵⁾ *Chorzewice*. ⁶⁾ *Kościelce*. ⁷⁾ *Lubojna* i *Lubojenka*. ⁸⁾ *Radostków*. ⁹⁾ *Kakawa*. ¹⁰⁾ *Grabowa*. ¹¹⁾ *Bogusławice*. ¹²⁾ *Jaczów*. Przybyły później osady: *Janne* i *Lochynia*.

Zbrowa, villa eiusdem parochialis in *Borowno*, in qua est curia habens agros praediales, ex quibus agris praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Borowno*; de agris vero duntaxat emethonalibus ad parochialem in *Dambrowa*; et pro praedicta parochiali in *Borowno* emethones nihil aliud solvunt solum columbationem de quolibet manso per unum grossum.

Cosczyelycz, villa sub eadem parochiali in *Borowno*, in qua non sunt aliqui agri ex antiquo praediales solum emethonales. Cuius incolae ex eorum agris solvunt decimam pecuniariam de quolibet manso per sex grossos eidem ecclesiae parochiali in *Borowno* et plebano, et pro columbatione per unum grossum.

Luboyna duplex, *Radoszkow*, *Cacawa*, *Boguslawicze* et *Jaczkow*, villae sub praedicta parochiali, in quibus incolae tam ex agris praedialibus quam emethonalibus decimas manipulares in toto solvunt ad eandem parochialem pro plebano, et conducunt eas emethones ex eorum agris in horrea a plebano locanda absque solutione canapalium cum solutione tamen columbationis, de agris vero praedialibus conducit eas plebanus curru proprio, quarum unam, videlicet in *Jaczkow*, plebanus consignat vicario pro salario.

Vythcovicze, villa etiam sub parochiali praedicta in *Borowno*, in cuius villae certis agris emethonalibus decima manipularis spectat ad eandem parochialem ecclesiam in *Borowno*; de aliis autem agris, prout superius descriptum est, sub parochiali in *Clonice*, pertinet ad ecclesiam parochialem in *Clonice*; percipit eandem, quae spectat ad parochialem in *Borowno*, minister eiusdem pro salario, et nihil aliud eiusdem villae solvunt incolae, quia nobiles sunt.

Nyemanycze et *Chorzemycze*, villae sub eadem parochiali *Borowno*, quarum incolae pro ecclesia earum praedicta parochiali nihil aliud solvunt solum columbationem de qualibet domo per unum grossum; et decimas manipulares in *Nyemanycze* pro parochiali ecclesia in *Clonice*; in *Chorzemycze* vero pro certis canonicatu et praebenda *Gnesnensibus* ex omnibus et singulis agris eiusdem villae praeter agros scultetiales, de quibus decima manipularis proveniens ad eandem ecclesiam et plebanum spectat et pertinet.

Taxata est eadem ecclesia ad septem marcas argenti et pro denario sancti Petri ad septem scotos.

80. CRUSCHINA.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Mathiae apostoli*, de iure patronatus laicorum haeredum in eadem villa *Cruschyn*, quam pronunc obtinet.

*) *Kruszyna*, wieś szlachecka, 2 mile od *Częstochowy* odległa, od wieku XVII własność rodziny *Denhofów*, z których *Kasper Denhof*, najprzód wojewoda *derpski* a następnie *sieradzki*, porzuciwszy błędy heretyckie z kościołem katolickim się pojednał (*Niesiecki* l. c. II, 66), w miejsce dawnego kościoła drewnianego wystawił około roku 1640 (a nie 1695 jak podano w *Rubrycelli* dyecezyi kujawsko-kaliskiej z roku 1878 str. 146, gdyż wojewoda umarł w roku 1645) dzisiejszy piękny kościół mурowany.

honorabilis *Martinus Vyeczskowskj* ¹⁾, ex praesentatione modernorum haeredum de *Lwow* et dicta *Cruschina*. Ad quam iure parochiali praedicta *Cruschyna*, necnon *Lang* ²⁾, *Vyclow* ³⁾, *Lgotha* ⁴⁾, *Vydzow* ⁵⁾, *Baby* ⁶⁾ et *Chudzyn* ⁷⁾, villae spectant et pertinent. Cuius ecclesiae rector seu plebanus pro tempore existens, prout et modernus propter insufficientiam proventuum non consuevit servare vicarium solum ministrum, quem salariat ex proventibus mensae suae plebanalis; et habet pro dote et fundo proventus infrascriptos, quorum modo eadem ipsa ecclesia et plebanus extat in possessione; et primo in eadem villa et haereditate *Cruschyna* habet specialem aream pro curia plebanali cum horto eidem adiacenti pro allodio et aliis commoditatibus satis latam et ex opposito eiusdem aliam aream pro ministro in latere cimiterii versus curiam haereditariam, et ex alia parte ecclesiae versus occidentem habet aliam aream pro taberna et modo in eadem tabernam cum horto eidem annexo, in qua nunc residet *Albertus Vassyk*, et solvit plebano pro censu singulis annis per mediam marcam et ad nullos labores plebano obligatur, quia non habet aliquos agros ad tabernam spectantes; item habet in quolibet campo eiusdem villae et haereditatis per unum mansum agri etiam cum accrescentiis seu additamentis alias *przymyarky*, prout alii emethones eiusdem villae et haereditatis, ita in longitudine et latitudine se protendentem, prout mansi emethonales cum suis additamentis protenduntur, et iacet inter agros emethonales; item habet certam partem borrae quibusdam silvis, dictis *Brzosthova* et *Chudzyn*, circumdatam versus moleninum, dictum *Chudzyn* iacentem, in qua borra pro arbitrio suo plebanus pro tempore existens potest facere et parare mellificia, prout et modernus habet; item habet et piscinam iam dudum desertam, in loco qui dicitur *doly* iacentem, et nulla prata habet; item habet decimam manipulearem post omnes et singulos eiusdem villae *Cruschina* praediales et emethonales agros, et conducunt eam emethones eorum curribus in dotem plebanalem absque solutione canapalium; de agris vero praedialibus conducit eam plebanus curru proprio, et nihil aliud solvunt emethones pro ecclesia parochiali et eius plebano solum columbationem.

Vyclow et *Lgotha*, villae sub eadem parochiali, in quibus villis ex omnibus et singulis earum agris decima manipularis proveniens in toto spectat ad eandem parochialem ecclesiam et eius plebanum in *Cruschina*, et conducunt eam emethones eorum curribus absque solutione canapalium, solvunt columbationem de quolibet manso per unum grossum.

Lang, *Vydzow*, *Baby* et *Chodzyn*, villae etiam sub praedicta parochiali ecclesia in *Cruschyna*, quarum incolae nihil aliud pro eadem ipsorum parochiali et plebano solvunt solum columbationem similiter per unum grossum de quolibet manso, et decimas manipulares dant pro certo canonicatu et praebenda *Gnesnensi*.

Taxata est eadem ecclesia ad duas marcas argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos cum medio.

We wsi *Widzów* istnieje publiczna kaplica drewniana (*Rubryc.* cit. f. 146). Tenże *Kasper Denhof* wystawił w *Kruszynie* wspaniały pałac czyli zamek rezydencyonalny. W kościele znajduje się kilka pomników familijnych (*Baliński* l. c. I, 232).

¹⁾ *Marcin Wigokowski*, pleban. ²⁾ *Łęg*. ³⁾ *Wikłów*. ⁴⁾ *Lgota*. ⁵⁾ *Widzów*. ⁶⁾ *Baby*. ⁷⁾ *Chudzyn*, miejscowość dziś nie znana w parafii i okolicy. Przybyły później osady: *Adamów*, *Cegielnia*, *Kijów*, *Klekoty*, *Maryanka*, *Nowawieś*, *Rusinów*, *Sadzawki*, *Siejanów*, *Teklinów*, *Widzówek*.

81. MYKANOW.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *Mariae Magdalenae et sancti Leonardi*, de iurepatronatus sanctimonialium conventus ad *sanctum Andream* in *Cracovia*, quam pronunc obtinet honorabilis *Marschelyjowskiej*¹⁾. Ad quam iure parochiali ex antiquo praedicta villa *Mykanow*, necnon *Czykarzow*²⁾, *Choczym*³⁾, *Rybna*⁴⁾, villae spectant et pertinent. Cuius ecclesiae plebanus pro tempore existens propter exiles proventus eiusdem ecclesiae non potest servare prout ex antiquo pro subsidio vicarium solum ministrum, quem salariat pro posse; habetque pro dote et fundo proventus infrascriptos, quorum modo extat in possessione eadem ecclesia et plebanus; et primo in eadem villa et haereditate *Mykanow* habet in latere eiusdem villae versus *Borowno*, aream pro curia plebanali cum horto satis magno pro allodio, horreo et aliis commoditatibus sufficientem, necnon et aliam circa ecclesiam pro ministro; item habet per mansum agri in quolibet campo trium camporum inter agros emethonales iacentem, et aequalem mensuram in latitudine et longitudine cum emethonibus habentem; item et unum duntaxat pratum circa agrum ipsius seu mansum in campo versus *Borowno* iacentem; item decimam manipulearem ex agris duntaxat praedialibus duorum laneorum seu mansorum, necnon tertio emethonali, in quo nunc residet quidam *Stanislaus Pawlyczek* pro eadem ecclesia habet, et conducit eam plebanus in curiam suam curru proprio ex agris praedialibus praedictis, et de dicto manso emethonali emetho in eodem residens absque solutione canapalium; ex agris vero omnibus et singulis emethonalibus decima manipularis spectat ad ecclesiam in *Moskorzow* et eius plebanum; pro praedicta vero parochiali *Mykanow* nihil aliud solvunt solum de quolibet manso possessionato per tres coros siliginis et per tres avenae, et ex tabernis tabernatores columbationem per unum grossum solvunt.

*) *Mykanów*, wieś należąca niegdyś do klasztoru *Klarysek* u *ś. Andrzeja* w *Krakowie*, fundowanego przez *bł. Salomeę*, księżniczkę *halicką* (*Pruszcz*, Klejnoty m. *Krakowa* wyd. *Turowskiego* str. 117) z kościołem parafialnym niezawodnie przez tę zakonnicę fundowanym. W roku 1725 stanął tam nowy kościół drewniany w miejsce dawnego od starości upadającego nakładem *Szymona Przykowicza* mieszczanina i malarza *częstochowskiego*. Kościół ten pobenedykował najprzód na dniu 9 grudnia tego roku *ks. Andrzej Józef Karsznicki*, kanonik *gnieźnieński*, proboszcz-inkulcat *łaski* i oficyał *radomski*, a następnie konsekrował go *Ignacy Augustyn Kozierowski*, biskup *adratoński*, kanonik *gnieźnieński* i proboszcz *mstowski*. Po stu latach parafianie przy pomocy rządowego fiskusa wystawili w miejsce tego upadkiem grożącego kościoła nowy murowany, który w roku 1836 *ks. Andrzej Musolf*, sędzia surrogat konsystorza *piotrkowskiego* pobenedykował. We wsi *Cykarzewie* istniał niegdyś kościół drewniany, jako filia kościoła parafialnego w *Mykanowie* z osobnym prebendarzem, fundowany r. 1574 przez *Postękałską*, dzierzawczynią dóbr *mykanowskich*, a dokończony przez *Piotra Pieniżka*. Gdy kościół ten na dniu 22 grudnia roku 1768 zgorzał, panny *Klaryski* wystawiły w miejsce jego kaplicę drewnianą roku 1775, którą na dniu 11 listopada roku 1777 wspomniany wyżej biskup *adratoński* poświęcił (*Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1879 f. 71. 72*).

¹⁾ *Jan Marszalewski*, ploban. ²⁾ *Cykarzew*. ³⁾ *Kocin*. ⁴⁾ *Rybna*. Przybyły później osady: *Broniszew* i *Klekoty*.

Czykarzow, villa sub eadem parochiali in praefata *Mykanow*, cuius villae incolae nihil aliud solvunt pro eadem parochiali solum missalia prout in *Mykanow* de quolibet manso per tres coros siliginis et tres avenae, et decimam manipulearem pro scholastria ecclesiae parochialis in praedicta *Moskorzow* dioecesis *Cracoviensis*; tabernatores vero loco missalium columbationem per unum grossum.

Choczym, villa etiam sub praefata parochiali in *Mykanow*, in qua emethones omnes et singuli etiam sculteti ex agris ex antiquo emethonalibus et scultetiae loco decimae manipularis solvunt pecuniariam de quolibet manso per sex grossos et septimum loco columbationis; in cuius haereditate est unus specialis arvus seu campus ad molendinum spectans scultetiale posterius exstirpatum, de quo decima manipularis ad eandem ecclesiam ex antiquo datur et solvitur, alias a tempore exstirpationis; et similiter ex agris molendini in *Czykarzow* datur decima manipularis pro eadem ecclesia; item praefata *Choczym* locata est tempore capitaneatus cuiusdam capitanei, dicti *Hyncza*, tenutarii in *Crzepyca*, qui instituerat decimam huiusmodi sex grossorum, dum et quando pauci agri exstirpati erant, sed postea usque ad praesens sunt in triplo dilatati per exstirpationem et nulla auctoritate ecclesiastica sunt a decima absoluti.

Rybna, villa sub eadem parochiali, cuius maior pars est desertata, solum extant modo trium arearum incolae; de cuius villae omnibus et singulis agris emethonalibus et scultetiae decima manipularis proveniens spectabat et spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Mykanow*, et conducitur curribus incolarum in horreum a plebano ponendum cum solutione columbationis duntaxat unius grossi.

Taxata est eadem ecclesia ad unam marcam argenti et pro denario sancti Petri ad duos scotos.

82. DWORZYSCHOWICZE.*)

Villa, in qua ecclesia parochialis, tituli *sancti Michaelis archangeli et Decem millia militum*, de iurepatronatus regiae maiestatis, quam pronunc obtinet honora-

*) *Dworszowice* (*Dworszowice*), wieś niegdyś królewska, dziś prywatna z kościołem parafialnym zapewne przez którego z monarchów polskich fundowanym, o którym akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają od roku 1448 (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn.*). Dzisiejszy kościół murowany pod tyt. *ś. Michała Archanioła* wystawił w roku 1835 *Stefan Sławianowski*, dziedzic miejscowy (*Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 147*). Dziesięciny wytyczne z *Dworszowic* należały niegdyś do kollegiaty *ś. Floriana* w *Krakowie*. „*Dworszowicze villa*“ pisze *Długosz* (*Liber Benef. t. I, 103*) „*habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietatem ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt quatuordecim lanei emethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis magistris beneficiatis ecclesiae s. Floriani, et ducent eam emethones curribus propriis in horreum a magistris locandum et valor aestimatur eius ad sex aliquando decem, aliquando duodecim marcas; item decima canapalis solvitur per ligaturas; item praedium non est. Item emethones missalia solvunt plebano in Dworszowicze, item taberna, item hortulaniae duae, item scollitia est ibi, habens sex laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Dworszowicze.*“

bilis dominus *Mathias de Podolyn*¹⁾, ex praesentatione regiae maiestatis, videlicet serenissimi domini *Sigismundi*, ad quam nulla alia villa iure parochiali attinet. Sicque plebanus pro tempore existens propter parochianorum et proventuum paucitatem non servat neque servare potest vicarium neque ministrum; et habet pro dote et fundo in eadem villa et haereditate, imprimis aream pro curia plebanali cimiterio contiguam non nimis magnam pro eodem tamen iuxta conditionem sufficientem cum horto pro allodio et aliis commoditatibus; item et alium hortum inter areas emethonales iacentem, ab una parte aream *Janyecz* et ab alia *Cubynsky* desertam; item et agros speciales in quolibet campo trium camporum, prout et alii emethones habent, in longitudine et latitudine se protendentes, in quorum finibus, videlicet in duobus locis, videlicet in *Zagorze* et ante villam versus *Glupycze*²⁾, habet prata; item et tertium pratum circa fluvium *Vartha*, iacentem inter prata emethonum *Wythan* et *Chuschek Jacobum*, in quo prato iam silva excrevit; item habet decimam manipulearem duntaxat ex omnibus et singulis agris scultetiae in eadem *Dworzyschowycze* et nihil aliud sculteti solvunt; emethones vero ex eorum agris possessionatis emethonalibus pro eadem ecclesia et eius plebano solvunt missalia de quolibet manso per tres coros siliginis et tres avenae mensurae *Brzeschnicensis*³⁾ et decimam manipulearem pro doctoribus universitatis *Cracoviensis*.

*Gajeczyce*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Makoviska*⁵⁾, in qua sunt agri praediales regales, de quibus omnibus et singulis agris praedialibus, necnon duarum tabernarum habentium agros, videlicet in quibus nunc resident *Stanislaus Wraczyzskij* et *Laurentius Bogusch*, decima manipularis proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Dworzyschowycze*, et conducit eam idem plebanus ex agris praedialibus curru proprio seu eius opera, ex agris vero tabernarum, tabernatores; emethones vero ex eorum agris decimas manipulares solvunt doctoribus universitatis *Cracoviensis*.

Taxata est eadem ecclesia ad octo scotos et pro denario sancti Petri ad unum scotum.

83. MACOVYSKA.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Bartholomaei*, de provisione archiepiscopi *Gnesnensis*, quam pronunc obtinet honorabilis dominus *Petrus de Po-*

¹⁾ *Maciej z Podolina*, pleban. ²⁾ *Glupice*. Parafia stanowią dziś miejscowości: *Dworzyszewice*, kolonia *Konstantynów*, *Stoczki pust*, *Plaszczyna*, *Lazek*, *Orczuchy*, *Placzki*, *Żychy*. ³⁾ *Miara Brzesznicka*. ⁴⁾ *Gajecice*. ⁵⁾ *Makowiska*.

*) *Makowiska*, wieś niegdyś arcybiskupów *gnieźnieńskich* z kościołem zapewne przez nich w XIII lub XIV wieku założonym, gdyż akta konsystorza *gnieźnieńskiego* z r. 1451 mienia go być starym (ab antiquo existens), (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. ab a. 1451). Obecny kościół murowany pod tyt. dawnym *s. Bartłomieja* stanął kosztem parafian w roku 1842 (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 148). O kościele *makowiskim* wspomina *Długosz* (Liber Benef. I, 503).

*dolyn*¹⁾, ex provisione *Sbignei* archiepiscopi²⁾. Ad quam iure parochiali pertinent villae infrascriptae, videlicet praefata *Makovyska*, necnon *Gajaczyce*³⁾, *Marzaczycze*⁴⁾. Cuius ecclesiae rector pro tempore existens propter parochianorum et proventuum paucitatem non consuevit prout ex antiquo pro sui subsidio vicarium solum ministrum servare, quem salariat iuxta posse; et habet pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos, quorum modo ipsa ecclesia et eius plebanus extat in pacifica possessione; et primo in eadem villa et haereditate in *Macoviska* habet aream pro curia plebanali cum horto pro allodio et aliis commoditatibus eidem areae annexis, necnon et aliam aream pro ministro et in eadem domunculam; item et aliam aream pro taberna et in ea modo tabernam, in qua residet modo quidam *Paschek* laicus cum horto eidem areae annexo, necnon certum agrum eandem tabernam ex antiquo concernentem, etiam cum pratis ad eandem spectantibus; et solvit tabernator plebano pro annuo censu singulis annis per unam marcam absque quibusvis laboribus et decimam manipulearem ex eiusdem tabernae agris; item habet in tribus campis ad instar emethonum eiusdem villae agros, videlicet in duobus campis in latitudine sex bissulcorum et in tertio trium bissulcorum in longitudine vero ad mensuram agrorum emethonaliū se protendentes cum pratis eisdem agris plebanalibus, solum in uno campo, dicto *Radocha*, adiacentibus; item habet locum pro vinario seu piscinula circa silvam *Ladzyny* iacentem cum nemoribus circa eandem piscinulam sitis; item habet decimam manipulearem duntaxat ex agris praedialibus curiae archiepiscopalis, necnon tabernae suprascriptae plebanalis provenientem, quam conducit curru proprio plebanus ex agris praedialibus in dotem suam; emethones vero ex eorum agris emethonalibus nihil aliud solvunt pro eadem parochiali ecclesia et eius plebano solum missalia de quolibet manso per unum corum cum medio siliginis et per unum cum medio avenae; item et mensalia per quatuor denarios pro festo Paschae; decimam autem manipulearem pro mensa archiepiscopali.

*Gajaczyce*⁵⁾, *Marzaczycze*, villae sub eadem parochiali ecclesia in *Macoviska*, in quarum una praefata *Gajaczyce* sunt tres mansi scultetiales, et in altera sunt agri praediales, de quibus agris scultetialibus et in praedicta *Marzaczycze* praedialibus decima manipularis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Makoviska*, et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero emethonalibus in *Gajaczyce* pro dominis doctoribus universitatis studii *Cracoviensis*; et in *Marzaczycze* pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo obtinet dominus doctor *Joannes de Leschnyca*, decima manipularis per incolas datur et solvitur; et pro plebano in *Makovyska* nihil aliud nisi columbatio de qualibet domo per unum grossum.

¹⁾ *Piotr z Podolina*, pleban. ²⁾ *Zbigniew Oleśnicki* † 1493. ³⁾ *Gajecice*. ⁴⁾ *Marzeczice*. Przybyły później osady: *Ladzim*, *Patrzyków*, *Trzebice*, *Garbacze*, *Majdy*, *Niepoń*, *Czerkiesy*, *Pustkowie*, *Wójcystwo*, *Grobelne*, *Cegielnia*. ⁵⁾ *Długosz* (Lib. Benef. I, 103): „*Gajaczyce* villa sub parochia ecclesiae in *Makowiska* sita, cuius proprietates ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, in qua sunt triginta duo lanei emethonales, item est ibi scultetus habens duos laneos scultetiales; una taberna habens agros, de quibus omnibus datur decima manipularis pro cancellaria *Syradiensi* et pro magistris beneficiatis *S. Floriani*, et inducunt eam emethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad decem et octo marcas; item decimam canapi solvunt per tres ligaturas. Item tabernae duae habentes agros, una solvit decimam manipulearem pro cancellaria et magistris, alia pro ecclesia in *Gajaczyce* (sic) ma być *Makowiska*.”

Dylow, villa sub parochiali *Payaczno*, cuius villae ex omnibus et singulis agris decima manipularis proveniens spectat in toto ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Macoviska*, et conducunt eam emethones curribus propriis ad locum et horreum per plebanum de *Macoviska* locandum absque solutione canapalium; non est in eadem aliqua curia neque agri praediales solum emethonales et scultetiales; omnes tamen decimam solvunt in *gonythpham*.

Taxata est ecclesia ad viginti scotos argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

84. VANSOSCHE.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Andreae apostoli*, de iurepatronatus regiae maiestatis, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus Reglowski*¹⁾, ex praesentatione regiae maiestatis, videlicet serenissimi domini *Alexandri*, protunc regis Poloniae. Ad quam iure parochiali praefata villa *Vansosche*, necnon *Vyaczky*²⁾ et *Popow*³⁾ spectant et pertinent, prout ex antiquo. Cuius plebanus pro tempore existens propter paucitatem proventuum non servat vicarium duntaxat ministrum; et habet pro dote et fundo, imprimis aream pro curia plebanali cum horto et aliis commoditatibus; item alias duas areas, unam pro taberna inter areas scultetiae pro taberna et hortulania seu horto pro braxatorio et aliis utilitatibus domesticis; item et aliam pro hortulania iacentem inter areas emethonales, videlicet ab una parte pronunc sedet *Thomas Smoczek* et ab alia *Mathias Smarza*, et solvit tabernator pro tempore existens pro censu singulis annis absque quibusvis laboribus per unam marcam sine duobus grossis et hortulanus unum fertonem; et habent praedictus tabernator plebanalis et similiter hortulanus unum alium hortum, necnon per unum iuger agri in eadem haereditate penes hortum plebani extra villam, ubi villani habent etiam suos hortos; item habet plebanus unum agrum seu iuger, alias *nywa* post hortos villanorum solum in uno campo; item et duo prata post fluvium *Wartha*, unum in haereditate *Gajaczycze*⁴⁾ inter alia prata eiusdem villae iacentem, cuius pars nemoribus silvanis occupata est, tamen pro hac vice de extirpata colligi possunt quatuor currus de foeno; item aliud in haereditate *Vansosche*, quod iacet circa molendinum *Smolka* in silva, dicta *Nove lanky*⁵⁾, cuius prati maior pars nemoribus extat occupata et de parte residua purgata colligi solent duo currus de foeno; item habet in eadem villa et haereditate *Vansosche* ultra praemissa ex agris scultetiae decimam manipularem, et de emethonalibus emethones

*) *Wąsosz*, wieś niegdyś królewska, miała kościół parafialny już przynajmniej na początku wieku XIV, albowiem akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim od roku 1460 jako o *starym* (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. ab a. 1460). Po spaleniu się dawnego kościoła drewnianego parafianie wystawili w roku 1848 nowy kościół murowany dotąd nie konsekrowany (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 141).

¹⁾ *Stanisław Reglowski*, pleban. ²⁾ *Więcki*. ³⁾ *Popów*. ⁴⁾ *Gajęcice*, wieś w parafii *Makowiska*. ⁵⁾ *Nowe Łąki*.

solvunt missalia de quolibet manso per tres coros siliginis et per tres avenae et similiter tabernatores, et pro festo Paschae per quatuor denarios mensalia de quolibet hospitio hospes, et pro decima manipulari emethones solvunt praeposito *Vyehunensi* per sex grossos.

Vyaczky, villa sub eadem parochiali, in qua sunt modo curiae nobilium duae habentes agros praediales, de quibus decima manipularis proveniens spectat pro eadem ecclesia parochiali et eius plebano, et conducit eam plebanus curru proprio; ex agris vero emethonalibus datur decima pecuniaria pro mensa archiepiscopali per sex grossos de quolibet manso et per unam mensuram avenae alias *czwyerthnya*, et pro plebano solum columbationem emethones per unum grossum de quolibet manso.

Popow, villa sub eadem parochiali, in qua incolae seu emethones pro eadem parochiali in *Vansosche* nihil aliud solvunt solum columbationem per unum grossum; decima vero manipularis datur pro mensa archiepiscopali.

Taxata est eadem ecclesia ad unam marcam argenti et pro denario sancti Petri ad unum scotum.

85. PAYACZNO*), OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis, tituli *sancti Leonardi*, de iurepatronatus et praesentandi doctorum et magistrorum universitatis studii *Cracoviensis*. Quam pronunc obtinet venerabilis magister *Martinus de Wolborz*¹⁾, ex praesentatione eiusdem universitatis *Cracoviensis* dominorum doctorum et magistrorum. Ad quam iure parochiali praefatum oppidum *Payaczno*²⁾, necnon *Byala*³⁾, *Wrzaczycza*⁴⁾, *Szyedlyecz*⁵⁾, *Dworzysheviche*⁶⁾ *Wysnka*⁷⁾, *Jajcowska Wola*⁸⁾, *Jajky*⁹⁾ et *Dylow*¹⁰⁾ spectant et pertinent iure parochiali. Cuius plebanus pro tempore existens circa eandem ecclesiam pro sui subsidio et curae pastoralis administratione consuevit servare, prout ex antiquo, unum capellanum in vicarium et ministrum, quos sa-

*) *Pajeczno*, osada, dawniej miasto w ziemi *wieluńskiej*, jako takie wspomiane już w wieku XII w dokumentach historycznych, musiało już naówczas mieć kościół fundowany niezawodnie przez książąt polskich i przez nich uposażony. *Kromer* w kronice swojej ks. II utrzymuje, że fundatorem pierwotnego kościoła miał być *Piotr Dunin* około roku 1140, lecz wiadomą jest rzeczą, że kościoły *Duninowe* stawiane były z ciosanego kamienia, kościół *pajęcki* zaś był drewniany aż do roku 1753, w którym pleban miejscowy, *Franciszek Dziurkiewicz*, oficyał *wieluński* wystawił własnym nakładem piękny kościół murowany (Baliński l. c. I, 233) (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 148. 149). Prawo prezentowania na beneficjum w *Pajecznie* przysługiwało, jak świadczy opis powyższy, kolegium profesorów akademii *krakowskiej*; później *O. O. Paulinom Czestochowskim*, którym miasto to wraz z starostwem *brzeźnickiem* uchwała konstytucji w roku 1717 było nadane.

¹⁾ *Marcin z Wolborza*, akademik *krakowski*, w roku 1498 mistrz w naukach wyzwolonych i filozofii, następnie professor, w roku zaś 1509 dziekan wydziału filozoficznego w akademii *krakowskiej* (*Muczkowski*, Statuta nec non Liber Promotionum in universitate Jagellonica f. 124. 148). ²⁾ *Pajeczno*. ³⁾ *Biała*, gdzie jest kaplica publiczna. ⁴⁾ *Wrzeczycza*. ⁵⁾ *Siedlec*. ⁶⁾ *Dworzyszewice* z kaplicą publiczną. ⁷⁾ *Wistka*. ⁸⁾ *Wola Jajkowska*. ⁹⁾ *Jajki* z kaplicą publiczną. ¹⁰⁾ *Dylów Szlachecki*. Prócz tych należą dziś do parafii osady: *Barany*, *Dylów Rządowy*, *Kurzna*, *Lipina*, *Mitek młyn*, *Pakuszowe*, *Pęciaki*, *Piekło*, *Siemkówki*.

lariat ex proventibus mensae suae plebanalis; et habet pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos, quorum modo eadem ipsa ecclesia et eius plebanus extat in pacifica possessione, videlicet primo et principaliter in eodem et eius haereditate aream pro curia plebanali cimiterio contiguam cum hortis eidem areae adiacentibus pro allodio et aliis commoditatibus, pomeriis etiam satis latam et spatiosam, necnon et alias areas speciales et in eis domunculas pro vicario et ministro; item unum alium hortum in latere torrentis decurrentis circa oppidum ex opposito praedii regalis; item et piscinam prope ecclesiam supra piscinas advocatae iacentem, de qua defluit aqua in piscinas advocatorum; item habet agros speciales pro ipsius allodio seu praedio duntaxat in duobus locis eiusdem haereditatis; et primo penes agros praediales regiae maiestatis unum iuger satis latum, in longitudine tamen solum ad spatium unius stadii se protendentem, penes viam quae vadit in *Pyothrcow*¹⁾, iacentem, alium vero agrum dimidii lanei inter agros oppidanorum ab una parte pronunc *Petri Myodek* et ab altera *Stanislai Cossydoy* iacentem, protendentemque se in longitudine, prout agri oppidanorum protenduntur; item habet unam specialem borram satis magnam et in eadem borra habet tres piscinas sibi ipsis vicinas et progressive iacentes, ita videlicet aqua de una in alteram ex torrente per easdem piscinas decurrente defluit, et prata pauca circa easdem piscinas iacentia; item habet decimam manipulari ex omnibus et singulis agris praedialibus regalibus necnon scultetialibus eiusdem oppidi et haereditatis *Payaczno*, et conducit eam plebanus curru proprio in suum allodium; oppidani vero ex eorum agris omnibus et singulis pro eadem ecclesia et eius plebano nihil aliud solvunt, solum loco decimae maldratas de quolibet manso seu laneo sex coros tritici, alios sex siliginis et alios sex avenae, et nihil aliud solvunt excepta columbatione aliqui per unum grossum et aliqui per medium.

Byala, villa sub eadem parochiali, in qua decima manipularis tam ex agris cmethonalibus quam praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Payaczno*, et conducunt eam cmethones de eorum agris curru proprio; ex agris vero praedialibus plebanus absque quavis alia solutione.

Szyedlyecz, *Dworzyshevycze*, *Vysnka*, villae sub eadem parochiali in *Payaczno*, in quibus villis, videlicet *Szyedlyecz* et *Dworzyshevycze* sunt agri speciales scultetiarum et in *Vysnka* nunc praediales ex scultetialibus, de quibus duntaxat decimae manipulares provenientes spectant ad eandem parochialem et eius plebanum; ex agris vero cmethonalibus in *Szyedlyecz*²⁾ et *Vysnka*³⁾ pro dominis doctoribus studii *Cracoviensis*; in *Dworzyshevycze* vero pro canonicatu et praebenda *Gnesnensi*, quem modo tenet dominus doctor *Joannes Groth*, decimae dantur et solvuntur; pro eadem vero ecclesia cmethones solvunt columbationem.

Jayky et *Jaycowska Wola*, villae sub eadem parochiali, quarum incolae pro eadem parochiali et plebano in *Payaczno* loco decimae manipularis ex omnibus et singulis agris tam praedialibus quam cmethonalibus ipsorum solvunt in pecuniis, in *Jayky* septem fertones pro festo *sancti Michaelis*, in *Jaycowska* vero *Wola* de quolibet manso per septem grossos.

¹⁾ *Piotrków*. ²⁾ Cfr. *Długosz*, Lib. Benefic. I, 503. 504. ³⁾ *Długosz* (t. I, 501) nazywa wieś tą *Wysznka*.

Wrzaczycza et *Dylow*, villae sub praedicta similiter parochiali *Payaczno*, in quibus incolae pro eadem parochiali et plebano in *Payaczno* solum columbationem, et decimas ex antiquo in *Wrzaczycza* pro mensa archiepiscopali, in *Dylow* vero pro parochiali in *Makovyska*¹⁾.

Gawlow, villa sub parochiali ecclesia in *Rzaszna*, in qua solum ex agris omnibus et singulis cmethonalibus decima manipularis proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Payaczno*, et conducunt eam cmethones ipsorum curribus in locum decimalem absque solutione canapalium; ex agris vero praedialibus et tabernarum decima manipularis spectat ad ecclesiam parochialem in *Brzycow*²⁾.

Taxata est eadem ecclesia ad tres marcas argenti et pro denario sancti Petri ad quatuor scotos.

86. TRABACZOW.*)

Villa, in eadem ecclesia parochialis tituli *sancti Nicolai*, de iurepatronatus laicorum haeredum, quam pronunc obtinet honorabilis *Martinus de Szrem*¹⁾, ex praesentatione moderni haeredis domini *Martini Trabaczowskj*²⁾. Ad quam iure parochiali solum praedicta *Trabaczow* et *Nyvyska*³⁾ spectat et pertinet. Cuius ecclesiae plebanus pro tempore existens ex fructibus eiusdem ecclesiae vix contentari potest, solum enim habet pro dote et fundo in eadem villa et haereditate, primo aream pro curia plebanali cum horto eidem areae annexo et ab alia parte ipsius areae pratum; item et aliam aream pro ministro cimiterio contigunt; item unum iuger agri protendentis se ab area dotis plebanalis usque ad limites eiusdem haereditatis et villae *Nyvyska* in eadem latitudine prout areae latitudo cum hortis se extendit; item duo prata, unum in loco dicto *Lassy minus*, de quo de foeno colligi solet unus currus parvus, aliud vero pratum maius post molendinum domini haeredis inter prata domini haeredis ab una parte et pratum pronunc cmethonis, dicti *Wropl*, de quo colligi solent de foeno sex currus; item decimam manipulari post omnes agros praediales curiae in eadem *Trabaczow* habet, qui agri aliquando fuerunt scultetiae, sed coempti per quendam dominum *Hyncza*, capitaneum *Vielunensem* et *Crzepiczensem* et pro curia conversi, et conducit eam plebanus curru proprio; cmethones vero solvunt eidem ecclesiae et plebano missalia

¹⁾ *Makowiska*. ²⁾ *Brzyków*.

*) *Trabaczow*, wieś szlachecka, gniazdo familii *Trabaczewskich*, jak świadczy opis powyższy, ówierć mili od *Działoszyna* odległa, miała niegdyś kościół starożytny mурowany, od początku założenia swego parafialny, który zapewne w początku wieku przeszłego affilowany został do kościoła w *Działoszynie*. Wizyta z roku 1765 opisuje go jako będący w dość dobrym stanie, mający 3 ołtarze, posadzkę w presbiterium z białego kamienia, w nawie głównej zaś z desek, dach pokryty szkudkami. Dziś nie ma śladów tej świątyni, ani nie wiadomo kiedy została zniszczona (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z r. 1878 f. 64). *Długosz* (Liber Benefic. I, 503) powiada, że dziedzicem *Trabaczewa* i patronem tamtejszego kościoła za jego czasów był *Hincza z Rogowa*, kasztelan *sandomierski* „de familia *Działoscha*.“ Być może, że kościół ten jemu zawdzięczał swoje istnienie i uposażenie.

³⁾ *Marcin ze Śremu*, pleban. ⁴⁾ *Marcin Trabaczewski*. ⁵⁾ *Nivyska*.

de quolibet manso per quinque coros alias *vyerthelye* siliginis et per quinque avenae; item ex dictis agris scultetiae emensurati sunt certi agri et in eis locati quinque cmethones, videlicet *Martinus Bobrek*, *Petrus Pyotrowskj*, *Michaël Clymardo*, *Joannes Pykarth* et quintum desertum, in quo aliquando sedebat *Joannes Marschyn*; item duo molendina habentia etiam agros, quorum unus (sic) vocatur *Zlobyzna* in eadem haereditate et aliud in haereditate *Nywyska Szmolka*, de quorum agrorum omnibus et singulis decima manipularis etiam spectat ad eandem ecclesiam et plebanum, et conducunt dicti molendinatores ad placitum plebani; de agris vero ex antiquo cmethonalibus datur pro dominis doctoribus et magistris universitatis *Cracoviensis* decima manipularis.

Nywyska, villa sub eadem parochiali, in qua incolae pro eadem ecclesia et plebano nihil aliud solvunt solum mensalia per unum grossum pecuniae; de agris vero scultetiae, in quibus nunc sedet, seu eorum parte et solvit missalia tres coros siliginis (sic); ex agris vero cmethonalibus cmethones pro dominis doctoribus frumenta de quolibet manso per tres coros siliginis.

Taxata est eadem ecclesia ad viginti scotos argenti et pro denario sancti Petri ad tres scotos.

87. DZIALOSCHYN*), OPPIDUM.

In eodem ecclesia parochialis tituli *beatae Mariae Magdalenae*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eodem, quam modo obtinet honorabilis *Stanislaus de*

*) *Działoszyn*, starożytna osada, dawniej miasto, będące, jak opis powyższy świadczy, w wieku XV i XVI własnością rodziny *Kobylińskich*, w wieku zaś XVII i XVIII *Męcińskich z Kurozwęk* (*Niesiecki* I. c. III, 235) a następnie *Myszkowskich* (*Baliński* I. c. I, 249). Kto i kiedy założył tamże kościół parafialny, znikąd wysledzić nie można. Akta konsystorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim dopiero w drugiej połowie wieku XV (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. ab a. 1466). Wizyta z roku 1729 opisuje tenże kościół jako od dawna istniejący, murowany, po pożarze zewnątrz i wewnątrz zrestaurowany. Następna wizyta z roku 1765 wystawia go w stanie zdezolowanym, potrzebującego gwałtownie reparacji, ponieważ mury chylące się ku upadkowi podpory drewniane tylko trzymają. Nareszcie dziedziczka miejscowa *Anna z Głogowskich*, wdowa po *Wojciechu z Kurozwęk Męcińskim*, kasztelanio *sądeckim*, zabrała się w roku 1787 do budowy nowego murowanego kościoła i w krótkim czasie szczęśliwie jej dokonała. Atoli nowa piękna świątynia już po 13 latach przy powszechnym pożarze miasta dnia 2 października roku 1802 stała się pastwą płomieni. Podźwignęli ją niebawem z ruiny *Stanisław z Kurozwęk* i *Rozalia z Kurduwanowskich* małżonkowie *Męcińscy*, starostwo *wieluńskie*, wewnątrz gustownie przyozdobili i w potrzebne sprzęty zaopatrzyli. Za staraniem obecnego rządcy swego kościoła ten wewnątrz całkowicie odnowiony i upiękaszony został w roku 1864. W r. 1729 dnia 7 lipca *Szymon Judziński*, pleban miejscowy fundował przy tym kościele altaryz, czyli prebendę *Różańca s.*, której uposażenie *Feliya z Rudzkiej Męcińska*, podstolina *wieluńska* wraz z rządczą kościoła *Pawłem Przybieleckim* powiększyła. Oprócz kościoła parafialnego istniała w *Działoszynie* od dawna publiczna kaplica murowana pod wezwaniem *s. Jana Ewangelisty*, w której codziennie odprawiał nabożeństwo osobny kapelan zamkowy. Zapewno przy wyżej wspomnianym pożarze miasta i ta kaplica stała się pastwą płomieni, gdyż dziś żadnego po niej nie widać śladu. Nadto istnieje tam jeszcze druga chyląca się od starości kaplica publiczna pod tyt. *Przemienienia Pańskiego* (*Rubryc. dyec. kuj.-kal.* z r. 1878 f. 62-64). W wieku zeszylny affilowany został do *Działoszyna* drugi kościół parafialny dziś już nie istniejący (o którym będzie niżej) we wsi *Szczyty*.

*Chothel*¹⁾, ex praesentatione generosi domini *Jacobi Cobylenckj*, subcamerarii terrae *Vielunensis*²⁾, haeredis eiusdem oppidi. Ad quam iure parochiali praedictum oppidum, necnon *Raczyschyn*³⁾, *Lyssovycze*⁴⁾ et *Bobrownykj*⁵⁾, villae spectant et pertinent. Circa quam plebanus pro tempore existens prout et modo propter proventuum paucitatem non servat pro sui subsidio vicarium solum ministrum, quem pro posse ex proventibus suis plebanus salariat; et habet pro dote et fundo in eodem oppido, primo proventus et bona, quorum modo extat in pacifica possessione; videlicet in oppido unam aream ecclesiae vicinam pro curia plebanali cum horto parvo et allodio, spatium in postico eiusdem et aliam aream pro ministro cimiterio contiguam; item tres hortos, unum sub *gayo* seu silva quercina, eundo in villam *Bobrowniky*, penes viam in parte sinistra et ex *Bobrowniky* in parte sinistra circa hortus (sic) aliorum oppidanorum; item alios duos hortos post torrentem iacentes inter magnum fluvium *Wartha* et torrentem decurrentem sub oppido, et iacent extra hortus oppidanorum, unus penes torrentem praedictum immediate et alius ultra hortus oppidanos; item tres mansos agri, duos insimul in campo versus *Schczythy* inter mansos et agros oppidanorum, et se protendentes in latitudine et longitudine prout oppidanorum se protendunt et tertium versus villam *Trabaczow* penes viam, quae vadit in *Trabaczow*; item habet tria prata, unum dictum *Cawthy*⁶⁾ cum stagno penes pratum iacente, aliud in proximo solum uno prato oppidani mediante et tertium sub molendino *Trabaczskj*⁷⁾; item habet decimam pecuniariam de sex mansis advocatae in ibidem, de quolibet manso per sex grossos; oppidani vero ex eorum agris solvunt missalia eidem ecclesiae et plebano in *Dzialoschyn*, de quolibet manso per duos coros alias *vyerthelye* siliginis et duos avenae, mensurae *Vielunensis* et decimam pecuniariam solvunt pro mensa archiepiscopali; et ultra praemissa incolae eiusdem oppidi dictae ecclesiae in *Dzialoschyn* ministro solvunt pro singulis quatuor temporibus annuis per tres denarios.

Raczyschyn, villa sub eadem parochiali, in qua sunt agri speciales pro praedio et certa pars agri seu mansi cmethonalis duntaxat in uno campo, de quibus agris praedialibus decima manipularis proveniens, necnon de praedicta parte mansi media pecuniaria spectat ad praedictam parochialem et plebanum in *Dzialoschyn*, et solvit cmetho, dum et quando contingit ex eodem frumenta colligere plebano pro eius parte tres grossos; et pro canonico *Vielunensi*, ad quem spectat decima pecuniaria ex omnibus aliis agris cmethonalibus alios tres grossos; et eiusdem villae cmethones et incolae dictae ipsorum parochiali ecclesiae et plebano solvunt solummodo columbationem de qualibet domo per unum grossum et similiter ex villis suprascriptis, videlicet *Lissovycze* et *Bobrowniky* pro parochiali eadem columbationem.

Taxata est eadem ecclesia ad mediam marcam argenti et pro denario sancti Petri ad duos scotos.

¹⁾ *Stanisław z Chotla*, pleban. ²⁾ *Jakób Kobyliński h. Eodzia*, podkomorzy *wieluński* (*Niesiecki* I. c. II, 547). ³⁾ *Raciszyn*. ⁴⁾ *Lisowice*. ⁵⁾ *Bobrowniki*. Dziś należą prócz tych następujące jeszcze osady do parafii: *Błaszkwizna*, *Draby*, *Głigi*, *Jarkowizna*, *Kiedosy*, *Kurnet*, *Kuźnica*, *Las*, *Łasie*, *Młynki*, *Niwiska Dolne*, *Niwiska Górne*, *Podolin*, *Potoki*, *Sadowiec*, *Sesów* albo *Sensy*, *Szczepany*, *Szczyty*, *Tussarz*, *Trębaczew*, *Węże*, *Zalesianki*. ⁶⁾ *Katy*. ⁷⁾ *Trębacki Młyn*.

88. SCZYTHY. *)

Villa, in eadem ecclesia tituli *Omnium Sanctorum*, de collatione laicorum haeredum in ibidem, quae ad praesens vacat, et nulla alia villa ad eam iure parochiali spectat praeter eandem villam *Sczythy*. Cuius ecclesiae rector, qui pro tempore erat aut quum esse contingat, propter paucitatem parochianorum et proventuum non servat nec servare valet vicarium aut ministrum, habuitque et habet eadem ecclesia et eius pro tempore rector pro dote et fundo bona et proventus infrascriptos, videlicet primo in eadem villa circa ecclesiam habet aream pro curia plebanali cum horto pro allodio et aliis commoditatibus pro conditione sufficientem et alium hortum maiorem pro prato ultra dictam aream et hortum sibi tamen ipsis contiguum; item in omnibus campis eiusdem villae et inter agros villanorum novem mansos agrorum in latitudine et longitudine se protendentes, prout agri et mansi emethonales se protendunt, quorum mansorum duo propter negligentiam culturae et defectum plebani manent nemoribus occupati; item habet et unum pratum in haereditate *Trabaczow*, ultra molendinum iacentem; item habet in eadem villa et haereditate ex omnibus et singulis agris scultetiae et tabernae, in qua residet modo *Joannes Vyduch* tabernator, decimam manipularem, quam tenentur conducere curribus eorum in dotem plebanalem; ex agris vero emethonalibus emethones solvunt missalia de quolibet manso per quinque coros alias *vyertele* siliginis et per quinque avenae.

89. SZAMICOWICZE. **)

Villa, in eadem ecclesia parochialis, tituli *sancti Martini*, de iurepatronatus laicorum haeredum in eadem et in *Ratoschovicze*, quam pronunc obtinet honora-

*) *Sczythy*, wieś szlachecka, zapewne gniazdo rodziny *Sczytyskich*, z których się odznaczył *Jan Sczytyski* h. *Doliwa* w wojnie z Szlązakami chlubnie wspominany u *Kromera* (ks. 17) i *Paprockiego* (str. 238). O początkach kościoła parafialnego tamże żadnej nie mamy wiadomości. Prawdopodobną jest rzeczą, że fundatorem jego pierwotnym był *Hinoza z Rogowa*, kasztelan *sandomierski*, który według świadectwa *Długosza* był za jego czasów dziedzicem *Sczytów* i w kilku innych miejscach rozlicznych posiadłości swoich kościoły parafialne wystawił i uposażył (Liber. Benef. I, 204). Akta konsystorza *gnieźnieńskiego* mają o nim wzmianki dopiero w drugiej połowie wieku XV (Arch. Consist. Gnesn. akta luźne). Wizyta z roku 1765 opisuje kościół jako drewniany na polu od starości spruchniały i do upadku się chylący. Wkrótce potem został zupełnie zniszczony, a parafia wcielona do kościoła w *Działoszynie*, od którego zaledwo ćwierć mili odległą była, jedną tylko wieś (*Sczytły*) obejmująca. Z materiału rozebranego kościoła wystawiono na jego miejscu kaplicę pod tyt. *WW. Świętych*, która dotąd istnieje (Rubryc. dyec. kuj.-kal. z roku 1878 f. 63. 64).

**) *Siemkowiec*, wieś szlachecka bardzo starożytna, jak wnosić należy z omentarzyska pogańskiego licznie grobami odkrytego, świeżo w roku 1875 odkrytego od wieku XI do XVII własność i gniazdo rodziny *Wierszowiców* h. *Oksza*, której protoplasta *Jan* czyli *Gesko Wierszowiec*, zabiwszy w roku 1103 *Świętopelkę* księżniczkę *czeskiego*, umknął do Polski do króla *Bolesława Krzywoustego*, który mu dał na

bilis *Joannes de Payaczo* ¹⁾, ex praesentatione haeredum de eadem *Szamicovicze* et *Ratoschovicze* ²⁾, videlicet dominorum *Stanisłai Szamkovicze* ³⁾ tamquam principalis et *Martini Ratoschowskiej* ⁴⁾. Ad quam iure parochiali praefata *Szamicovicze* necnon *Lypnyk* ⁵⁾, *Chorzew* ⁶⁾, *Oschogow* ⁷⁾ et *Radoschovicze* duntaxat quoad curiam, villae spectant et pertinent ex antiquo, et eiusdem ecclesiae pro hac vice rector prout ex antiquo circa eandem ecclesiam pro sui subsidio propter proventuum paucitatem non sufficit servare vicarium solum ministrum; habetque pro dote et fundo, primo in eadem villa et haereditate aream specialem pro curia plebanali cum horto pro allodio et pomerio necnon et alio horto pro aliis domesticis commoditatibus ex opposito agri plebanalis extra villam situm; habet et aliam aream pro ministro cimiterio contiguam; item habet et agros in eadem haereditate in sex locis hincinde per partes distinctos et inter agros emethonales iacentes pro allodio seu praedio plebanali; item et decimam manipularem post omnes et singulos praediales et emethonales totius villae agros habet, et conducunt eam emethones eorum curribus in dotem plebanalem absque solutione canapalium; de agris vero praedialibus conducit eam plebanus; item emethones eiusdem villae ultra decimam eidem ecclesiae et plebano loco columbationis solvunt missalia de quolibet manso per unum eorum siliginis; incolae vero, qui agros non habent, solvunt columbationem de qualibet domo per unum grossum. Habet etiam eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus in quatuor locis eiusdem haereditatis prata et duo vinaria seu piscinulas extra villam; item aliam piscinam in loco, qui dicitur *Vaszyny*, quae modo iacet deserta et circa eandem partem satis magnam horrae pro mellificiis et aliis commoditatibus.

Lypnyk, *Oschogow*, villae praedictae sub parochiali in *Szamicovicze*, in quarum una est curia habens ex antiquo agros praediales, de quibus agris praedialibus decima manipularis provenit, in praefata vero *Lypnyk*, licet sit curia pronunc agros tamen habet emethonales, de quibus necnon omnibus aliis et singulis utrius-

*Rogaczow*¹⁾, villa sub eadem parochiali in terra praedicta; decima manipularis post certos agros emethonales proveniens pertinet ad dictos canonicatum et praebendam, et aestimatur eius valor aliquando ad unam marcam, aliquando magis vel minus.

Dambrowa, villa et in eadem parochialis ecclesia; decima manipularis post certos agros emethonales proveniens pertinet ad eosdem canonicatum et praebendam; de aliis vero praedialibus plebano in ibidem, et aestimatur eius valor aliquando ad tres, aliquando ad duas marcas, magis vel minus; et conducitur per emethones. Non solvunt decimam canapi.

*Walkunow*²⁾, villa sub parochia *Czarncza*³⁾; decima manipularis post certos agros provenit pro canonicatu et praebenda, quae aestimatur aliquando ad dimidiam marcam; de aliis vero agris plebanus de *Czarncza* percipit, quia in eadem villa non sunt aliqui emethones, sed nobiles.

Item dictorum canonicatus et praebendae canonicus habet vicarium perpetuum, quem occurrente vacatione praesentat; qui pro fundo habet aream specialem et in eadem domum penes scholam; item habet specialem decimam manipularem in villa *Brzeszcze*⁴⁾ post omnes et singulos agros emethonales, et non est in eadem villa aliquod praedium. Valor eiusdem decimae aestimatur ad unam sexagenam, aliquando marcam cum dimidia; et solvunt emethones decimam canapi per duos grossos de laneo; item idem vicarius participat cum aliis vicariis de communibus proventibus vicariorum.

CANONICATUS⁵⁾ et PRAEBENDA, quos nunc obtinet dominus *Felix Naropyensky*⁶⁾. Habet pro dote aream seu hortum post paludem, quem nunc tenet ipsius vicarius, in quo horto aliquando fuit domuncula, et in ea manebat vicarius, antequam construxerat sibi domunculam circa ecclesiam. Habent autem dicti canonicatus et praebenda decimas manipulares in villis infrascriptis.

*Cremyenyevicze*⁷⁾, villa sub parochia *Gorzkowicze*⁸⁾; post omnes et singulos agros emethonales percipit decimam manipularem canonicatus dictae praebendae *Curzeloviensis*, et conducitur propriis curribus. Non solvunt canapi decimam. Valor ipsius aestimatur communiter ad quatuor marcas.

*Pluczyce*⁹⁾ sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros emethonales, exceptis tamen duobus laneis, de quibus plebanus simul et post curiam percipit, spectat ad dictos canonicatum et praebendam. Non solvunt emethones decimam canapi, sed conducunt, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

*Szczukoczycze*¹⁰⁾, villa sub eadem parochiali, in qua sunt speciales duo lanei, quos nunc colit seu tenet nobilis dominus *Nyemyerza*¹¹⁾, de quibus decima manipularis spectat ad dictos canonicatum et praebendam *Curzeloviensem*, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

1) Rogaczów. 2) Walkunowy. 3) Czarnca. 4) Brzesście w parafii Kluczewsko. 5) Dopisek spółczesny na marginesie: *Tawata dicta praebenda ad 5 marcas argenti.* 6) *Feliks Naropiński* patrz „Zadziw.” 7) *Krzemieniewice.* 8) *Gorzkowice.* 9) *Plucice.* 10) *Szczukowice.* 11) *Niemierza.*

Gorzkowicze, in ibidem est parochialis ecclesia, decima tamen manipularis proveniens post omnes et singulos agros emethonales spectat et pertinet ad eosdem canonicatum et praebendam. Non solvunt emethones decimam canapi, sed conducunt propriis curribus. Cuius decimae valor aestimatur aliquando ad tres marcas, aliquando magis, videlicet ad quatuor.

*Bonycze maior*¹⁾, sub eadem parochiali, decima tamen post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad dictos canonicatum et praebendam. Non solvunt emethones decimam canapi, sed conducunt propriis curribus; et valor eius communiter aestimatur ad sex marcas, aliquando magis vel minus.

*Bonycze minor*²⁾ sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros emethonales, excepto uno laneo, de quo percipit plebanus, provenit ad dictos canonicatum et praebendam. Non est ibi decima canapi, sed ducitur decima per emethones, et valor eius communis una sexagena aut marca.

*Ruschinycze*³⁾, villa sub parochia *Skorkowicze*⁴⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad eosdem canonicatum et praebendam, et valor eius communiter aestimatur ad sex marcas, aliquando minus. Decimam etiam canapi solvunt emethones de laneo per duos grossos; et fiunt aliquando viginti grossi, nihilominus decimam conducunt.

Habet etiam canonicus proprium vicarium, quem vacatione occurrente confert seu praesentat; item vicarius perpetuus ipsius praebendae habet pro fundo speciali unam decimam manipularem, quam percipit, videlicet:

*Skornycze*⁵⁾ sub parochia *Falkow*, decima tamen manipularis post certos agros seu campos proveniens spectat ad vicarium *Curzeloviensem*, cuius valor facit aliquando tres, magis vel minus marcas; de aliis vero agris percipit alter; item vicarius eiusdem praebendae participat cum vicariis de omnibus proventibus, quos habent in communi.

CANONICATUS et PRAEBENDA⁶⁾, quos obtinet dominus *Gallus*⁷⁾, pronunc *Wladarius*⁸⁾ episcopi *Cracoviensis* in civitate *Cracoviensi*; non habet aliquem fundum in possessionibus, solum decimas infrascriptas.

*Borkowa wola*⁹⁾, villa sub parochia *Stanowyska*¹⁰⁾, decima tamen manipularis proveniens post omnes et singulos agros emethonum pertinet ad dictum canonicatum et praebendam; cuius valor aestimatur aliquando ad unam sexagenam vel minus, et solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos; de praedio tamen percipit plebanus in *Stanowyska*.

*Baczky*¹¹⁾ sub parochia *Policzsko*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens pertinet ad dictos canonicatum et praebendam *Curzelovienses*, et valor eius aestimatur communiter ad tres marcas vel minus aliquando. Solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos; nihilominus emethones conducunt decimam; post praedium vero percipit vicarius de *Policzsko*.

1) *Bujnice.* 2) *Bujniczki.* 3) *Ruszenice.* 4) *Skorkowice.* 5) *Skórnica.* 6) Dopisek na marginesie: *Tawata est ista praebenda sicut alii canonicatus ad 5 marcas argenti.* 7) *Gallus Bernardyn*, o którym było wyżej. 8) Pełnomocnik albo rządcza klucza *krakowskiego* dóbr biskupich (Łętowski I. c. II, 238). 9) *Borkowska Wola.* 10) *Stanowiska*, parafia w dekanacie *rawskim* w diecezji *sandomierskiej.* 11) *Rączki i Policzko*, wsie należące dziś do parafii w *Przedborzu.*

Policzsko, villa, in eadem ecclesia parochialis, mater ecclesiae parochialis in *Przedborz*¹⁾; decima tamen manipularis post omnes agros emethonales, exceptis aliquibus tabernalibus, spectat ad eodum canonicatum et praebendam, cuius valor aestimatur ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus, et solvunt decimam canapi et conducunt.

Przedborz oppidum; post omnes et singulos agros ipsius oppidi decima manipularis proveniens pertinet ad dictos canonicatum et praebendam, cuius valor aestimatur aliquando ad octo, aliquando septem, aliquando novem marcas. Non solvunt decimam canapi oppidani, sed conducunt.

*Ochodnyk*²⁾ in terra *Siradiensi* sub parochia *Chelm*³⁾, decima tamen manipularis post omnes agros emethonales spectat ad dictos canonicatum et praebendam, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt emethones.

*Strzelce*⁴⁾, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae spectat ad eodum canonicatum et praebendam, et valor eius aliquando aestimatur ad quatuor magis vel minus marcas. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt.

*Masłowice*⁵⁾, villa sub eadem parochia, decima tamen proveniens post omnes et singulos agros emethonales pertinet ad eodum canonicatum et praebendam, et valor eius aestimatur aliquando ad quinque marcas, aliquando magis.

*Suche Góry*⁶⁾, villa sub parochia *Policzsko*; decima manipularis proveniens post agros emethonales spectat ad eodum canonicatum et praebendam, quae aestimatur ad unam sexagenam. Solvunt etiam decimam canapi et conducunt.

*Mokre Góry*⁷⁾, villa sub eadem parochia, decima tamen manipularis post omnes agros emethonales proveniens pertinet ad eandem praebendam ad canonicatum, cuius valor aestimatur ad duas sexagenas. Solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt. Item canonicus dictorum canonicatus et praebendae habet collationem unius vicariae. Qui vicarius non habet aliquem fundum, duntaxat unam marcam recipit a canonico pro fundo et participat cum aliis vicariis de proventibus, quos habent vicarii in communi.

Item est una area inter aream praepositi et aream archidiaconi, quae ab hominibus ignoratur, ad quam dignitatem aut canonicatum pertineat; nec memoria hominum extat, ad quem pertineat; dicitur tamen, quod pertineat ad ecclesiam *Curzeloviensem*, sed ignoratur, ad quam dignitatem et canonicatum.

UNIVERSITAS VICARIORUM habet in communi infrascriptas decimas et proventus, de quibus omnes praesentes aequaliter participant, praeter magistrum scholae, qui solum, ut supra, participat de quaestibus ecclesiae, videlicet offertorio et aliis quaestibus accidentalibus; et primo

*Trzebce*⁸⁾, villa sub parochia *Wielgy mlyn*⁹⁾ in terra *Siradiensi*; decima manipularis post omnes agros totius villae spectat et pertinet ad universitatem vicariorum, et valor eius aestimatur communiter ad decem marcas, aliquando minus. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt emethones propriis curribus.

¹⁾ Dziś *Przedbórz* ma kościół parafialny, a *Policzko* do niego zostało wcielone. ²⁾ *Ochotnik*. ³⁾ *Chelm*. ⁴⁾ *Strzelce Małe*. ⁵⁾ *Masłowice*. ⁶⁾ *Suche Góry*. ⁷⁾ *Mokre Góry*. ⁸⁾ *Trzebce*. ⁹⁾ *Wielgomłyn*.

*Kruschyna*¹⁾, villa sub eadem parochia, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens pertinet ad universitatem vicariorum ecclesiae *Curzeloviensis*, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt illam emethones propriis curribus.

*Rogaczówek*²⁾, villa sub parochia *Zytkne*³⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales ad universitatem vicariorum praedictorum spectat, et valor eius communiter aestimatur ad duas marcas, aliquando novem fertones. Non est ibi decima canapi, sed conducitur decima per emethones.

*Czyelanthnyky*⁴⁾, villa domini *Pukarzewsky*, sub eadem parochia; decima manipularis post agros totius villae, etiam praediales, spectat ad universitatem vicariorum *Curzeloviensis* ecclesiae, et valor eius aestimatur communiter ad quinque marcas, aliquando magis vel minus. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt.

*Raczkowice*⁵⁾, villa sub parochia *Dambrowa*⁶⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae spectat et pertinet ad universitatem praedictam vicariorum, et valor eius aestimatur ad unam marcam una cum praediali. Non est ibi decima canapi.

*Kalynky*⁷⁾, villa sub parochia *Bankowa Góra*⁸⁾; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens, necnon post agros curiae in ibidem alias certum unum campum spectat ad dictam universitatem vicariorum, et valor eius aestimatur aliquando ad duas sexagenas, aliquando ad tres marcas. Non solvunt decimam canapi, sed conducunt emethones.

Kluczewsko, villa sub parochia *Curzeloviensi*; decimam manipulem post agros curiae sive praedii provenientem universitas vicariorum cum plebano de *Coslow* percipit alternative, ita videlicet, quod universitas uno anno et plebanus alio; et valor eius aestimatur aliquando ad sex fertones, aliquando minus.

Pylczyca sub eadem parochia *Curzeloviensi*; decima manipularis post certos agros praediales sive in ibidem curiae proveniens, alias post agros iacentes versus *Danowiska*, spectat ad universitatem vicariorum, et valor eius aestimatur ad unum fertorem, aliquando minus.

Item dicta universitas percipit et percipere habet ex privilegio decima septimana theloneum in *Chanczyny*⁹⁾, *Malogoszcz*¹⁰⁾ et *Curzelow*, nesciunt valorem, quia contingit, quod nihil percipit; item habet dicta universitas advocatiam in *Curzelow* per modernum archidiaconum *Curzeloviensem* emptam pro sexaginta marcis et vicariis donatam, ex qua imprimis de censibus proveniunt duae marcae; item duo macella, quae iacent anno praesenti deserta; quando tamen laborant in eis, extunc de quolibet proveniret dimidia marca; item tertius denarius poenarum; item habet ipsa universitas agros speciales advocatae, de quibus ex locatione ipsorum universitas duas percipit marcas; item habet eadem universitas piscinam bonam et piscinulam seu missile in bonis advocatae; item ipsa universitas habet decem marcas *Cracovienses* donatas per dominum archidiaconum modernum *Gorra*, quas dicitur comparasse in certis bonis pro pecuniis cuiusdam *Coracz*¹¹⁾, plebani in *Brudzewicze*,

¹⁾ *Kruszyna*. ²⁾ *Rogaczówek*. ³⁾ *Zytkno*. ⁴⁾ *Cieletniki*, wieś z kościołem parafialnym w dekanacie radomskim. ⁵⁾ *Raczkowice*. ⁶⁾ *Dąbrowa*. ⁷⁾ *Kalinka*. ⁸⁾ *Bankowa Góra*. ⁹⁾ *Chęciny*. ¹⁰⁾ *Malogoszcz*. ¹¹⁾ *Koracz*.

tempore regiminis archiepiscopatus *Cardinalis* ¹⁾, ultimo defuncti intestati, per ipsum archidiaconum, ut dicitur, in magna summa perceptis et pro trecentis florenis, ut asseritur, comparatis, nondum tamen ipsi vicarii sunt certi, in quo loco dictus census comparatus sit.

INVENTARIUM PAROCHIALIUM

ECCLESIAE IN OFFICIALATU ET ARCHIDIACONATU CURZELOVIENSI, ET ALIORUM BENEFICIORUM SUB EISDEM CONSISTENTIUM, VIDELICET PROVENTUUM. ET PRIMO.

2. CHRZANSTHOW.*)

Taxata ad 3 marcas argenti.

Villa, et in eadem ecclesia parochialis de collatione laicorum, murata, habens titulum praepositum, qui habet curam animarum, et pronunc duos vicarios, qui omni die canunt cursum de *Domina* una cum ministro scholae, et vocantur dicti vicarii mansionarii manuales, et per praepositum amovibiles, qui ante fiebant (sic), ut asseritur, quatuor et postea tres, quibus praepositus annuatim solvere debet per quatuor marcas et ministro scholae tres marcas.

Item praepositus circa ipsam ecclesiam habet satis amplam seu latam et longam aream versus fluvium protendens situm suum, in qua area notabiles domus sunt aedificatae, necnon ad latus areae seu curiae schola et una domuncula pro mansionario, alia autem pronunc per haereditem et patronum dominum *Stanislaum Przedbor* est occupata, ubi ante fuit balneum et braxatorium praepositi a multis annis; item pro dote habet certos agros, videlicet in *Gumyńnicze* ³⁾ spatium iugeris agri ad longitudinem et latitudinem protendentis octo stadiorum alias *nywas*; item laneum agri inter agros *Mathiae Coza* ex una et *Andreae Smyecz* parte ex altera, ad longitudinem trium stadiorum, ad latitudinem vero sedecim sulcorum alias *zagonow*; item dimidius laneus inter aliorum emethonum de eadem *Chrzansthov*

¹⁾ *Fryderyk Jagiellończyk.*

* *Chrzęstów* czyli *Stary Koniecpol*, wieś (dziś w powiecie *włoszczowskim* dyecyzy *krak.-kieleckiej*) o ćwierć mili od *Koniecpola* odległa, z starożytnym niegdys zamkiem obronnym, gniazdo rodziny *Koniecpolskich* (*Baliński*, *Starożytna Polska* t. I, str. 229), którzy tam kościół parafialny zapewne już w wieku XIII fundowali, jak się to pokazuje z sprawy o dziesięcinę, którą wytoczył przed sąd konsystorza *gnieźnieńskiego Dominik*, pleban tamtejszy, naprzeciw *Maciejowi*, proboszczowi w *Mstowie*, *Stanisławowi Mszczujowi* i matce ich *Malgorzacie*, dziedzicom *Rędzin*, odwołując się na dawne prawa kościoła swego, dnia 23 października roku 1415 (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 18. 19). Z fundacyi zapewne *Koniecpolskich* ustanowiono przy tymże kościele wyniesionym do godności prepozytury collegium czterech mansyonarzów, które się później zredukowało na trzech, a na początku wieku XVI na dwóch, wreszcie w końcu tegoż wieku całkiem dla braku odpowiednich dochodów upadło. W miejsce dawnego kościoła mruwanego *Michał Czapski*, dziedzic miejscowy, wystawił w roku 1770 nowy z cegły palonej (*Rubryc. dyec. krak.-kieleckiej* z r. 1877 str. 27).

³⁾ *Gumyńnicze*, wieś w parafii *Pierzchnica* w dekanacie i powiecie *stopnickim*.

dimidios laneos emensuratus ad longitudinem quatuor stadiorum, ad latitudinem vero octo sulcorum; item laneus inter *Martinum Coza* et *Andream Smyecz*, prout aliorum emethonum latitudo et longitudo se protendit; item alius inter *Joannem Blasskovicz* et *Jacobum Blasskovicz* similiter in latitudine et longitudine habens mensuram; item laneus inter *Mathiam Coza* et *Andream Smyecz* in longitudine quinque stadiorum, et in latitudine ad mensuram aliorum emethonum; item inter *Jacobum Blasskovicz* et *Joannem Blasskovicz* duo stadia agri in longitudine et pratum ex opposito agri in latitudine mensuram habens; item spatium agri in longitudine quinque stadiorum iuxta mensuram videlicet *Mathiae Coza* et *Petri Smyecz*; item in *Canthy* ¹⁾ inter *Joannem Blasskovicz* et *Petrum Smyecz* quatuor stadia agri, sicut aliorum emethonum in latitudine; item inter *Petrum Smyecz* et *Martinum Coza* duo stadia circa *Glynyanky* ²⁾; item in eadem haereditate *Chrzansthov* habet prata infrascripta, videlicet primo sub *Radoszewnycza* ³⁾ pratum unum, quod vocatur *Cythlowa* ⁴⁾, ubi est magnum pratum, sed modo excreverunt in eodem nemora, ita, quod vix modo potest colligi in eodem unus currus foeni; item aliud pratum, quod vocatur ab aliquibus *Gorna lanka* ⁵⁾, ab aliquibus vero *Brzowalanka* ⁶⁾, in quo etiam aliquando fiebant quatuor boni currus foeni, modo vero vix unus propter nemora, quae in eodem excreverunt; item tertium pratum dictum *Trzystysta* (sic), in quo, quamvis nemus excrevit, potest colligi unus currus foeni; item quartum pratum magnum dictum *Zagroblna*, de quo possunt colligi ad minus duo acervi de foeno, quamvis nemus etiam infecit illud; item habet in haereditate *Nowepole* oppidi inter alios agros oppidanorum unum laneum agri ad instar aliorum oppidanorum; item in *Konyeczpole* ⁷⁾ haereditate habet unum campum agri ad quantitatem in latitudine emethonum trium laneorum instar habens, in longitudine tamen etiam agros curiae sive praediales mensuram longitudinis excedit (sic); item habet pro dote duas piscinas; una est reformata, alia iacet deserta; item piscinulam alias *sadzawka* cum *pasthewnyk*, circumcirca tamen modo iacet deserta, habet praepositus retro hortum plebani et *zagrodam* domini haeredis; item habet in eadem villa et haereditate *Chrzansthov* unam aliam aream pro taberna penes aream praepositi et *Petrum Smyecz*, quae quondam fuit praebendarii, ubi modo stat stuba iam constructa; item habet hortos retro curiam praepositi protendentes se usque ad hortulum scholae penes hortum curiae haeredis, et alium hortum penes *Swyder* tabernatorem, iacentem in ripa fluvii ad longitudinem unius stadii; item colendam per totam parochiam percipit solus praepositus, in absentia tamen modernus solet vicariis onera ecclesiae, quae aestimatur ad tres marcas communiter, incluso denario sancti Petri, et solvit ecclesia sex scotos et unum grossum pro quittance; item habet proventus infrascriptos videlicet census et decimas.

Luborcza, villa sub parochia ecclesiae praedictae in *Chrzansthov*, de qua, dum et quando omnes agri emethonales erant possessionati, solvebantur decem marcae per emethones de censibus; modo proveniunt sex marcae et octo grossi, sed dominus haeres *Stanislaus Przedbor de Konyeczpole* ⁸⁾ retinet a tribus annis.

¹⁾ *Katy*. ²⁾ *Glinianki*. ³⁾ *Radoszownica*, wieś w parafii *koniecpolskiej*. ⁴⁾ *Kilawa*. ⁵⁾ *Górna Łąka*. ⁶⁾ *Brzowa Łąka*. ⁷⁾ *Koniecpol*. ⁸⁾ *Stanisław Przedbor Koniecpolski*, kasztelan *sieradzki* (*Niesiecki* l. c. II, 582).

*Zaraw*¹⁾, villa, ibidem parochia, domini castellani *Siradiensis de Przeramb*²⁾ et quondam *Zaramba*, proveniunt et solvuntur de censibus sex marcae pro festo *sancti Martini*.

*Lelow*³⁾, oppidum; de macellis carnifices solvunt duas sexagenas cum uno lapide sepi pro festo *sancti Martini*.

Molendinum *Nowepole*; dominus illius solvere tenetur tres marcas pro festo *sancti Martini*, tamen modernus dominus *Stanislaus Przedbor* retinet a quinque marcis (sic).

*Cassovicze*⁴⁾; dominus seu tenentarius illius tenetur solvere tunnam mellis pro festo *sancti Martini*, attamen a quinque annis dominus *Stanislaus Przedbor* retinet, et praepositus non curat praemissa repetere.

*Nowopole*⁵⁾, oppidum sub eadem parochia *Chrzansthov*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens pertinet et spectat ad praepositum, et valor eius aestimatur aliquando ad duodecim marcas, aliquando magis. Non solvunt decimam canapi, sed conducitur per oppidanos.

Chrzansthov; decima manipularis de omnibus et singulis agris proveniens, etiam curiae, pertinet et spectat ad praepositum, et valor eius aestimatur communiter ad octo marcas, aliquando magis vel minus. Solvunt decimam canapi de laneo per sex gerugas canapi, et conducunt in horreum plebani.

*Conyeczpole*⁶⁾, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae et tabernarum proveniens spectat ad praeposituram, et valor eius aestimatur communiter ad tres marcas, et conducit eam praepositus propriis curribus; post emethones vero decima spectat et pertinet ad canonicatum et praebendam *Gnesnensem*, quos obtinet dominus *Cosmynsky*⁷⁾; et valor eius aliquando aestimatur ad decem vel minus marcas.

*Stanislavicze*⁸⁾, villa sub parochia *Borzykovicze*⁹⁾; decima manipularis post agros emethonum spectat ad ecclesiam in *Chrzansthov*, et valor eius aliquando aestimatur ad unam marcam cum dimidia vel minus.

*Okalevicze*¹⁰⁾, villa sub eadem parochiali *Borzykovicze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales et hortulanorum proveniens spectat ad ecclesiam in *Chrzansthov* et eius praepositum, et valor eius aestimatur ad septem marcas communiter, aliquando magis vel minus. Solvunt etiam emethones decimam canapi, in canapis de laneo per sex gerugas sive ligaturas, et conducunt.

*Radoschenicza*¹¹⁾, villa sub parochia *Chrzansthov*; decima manipularis post omnes et singulos agros tam emethonales quam curiae proveniens (spectat) ad eandem parochialem et eius praepositum, et valor eius communiter aestimatur ad quatuor marcas, aliquando minus; et solvunt decimam canapi emethones in canapis de laneo per sex ligaturas, et nihilominus conducunt.

1) *Zaraw*, wieś z kościołem parafialnym w powiecie i dekanacie *częstochowskim*. 2) *Jan Przerębski* h. *Nowina*, kasztelan *sieradzki* (*Niesiecki* l. c. III, 761). 3) *Lelów*. 4) *Kaszewice*, wieś z kościołem parafialnym w dekanacie i powiecie *piotrkowskim*. 5) *Nowe Pole*, dziś w parafii nie znane. 6) *Konieczpól*, wieś, później miasto, dziś osada z kościołem parafialnym w powiecie i dekanacie *radomskim*. 7) *Barłomiej Koźmiński z Koźmina*, kanonik, później kustosz *gnieźnieński i poznański* † 1517 (*Ks. Korytkowski* l. c. Ms.). 8) *Stanisławice*. 9) *Borzykowa*. 10) *Okolowice*. 11) *Radoszewnica*, dziś należy do parafii *Konieczpól*.

*Byala*¹⁾, villa sub parochia *Lelow*; decima manipularis proveniens post agros curiae seu praedii in eadem villa spectat ad ecclesiam in *Chrzastow* et eius praepositum, et valor eius aestimatur aliquando ad viginti grossos, aliquando magis vel minus.

*Dessnya*²⁾, villa sub parochia *Creczyaczycze*³⁾ alias prope *Włodzysław*⁴⁾; decima manipularis post agros praediales sive curiae eiusdem villae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Chrzansthov*, cuius valor aestimatur communiter ad unam marcam, aliquando magis.

*Randzyny*⁵⁾, villa sub parochia alias circa *Msthov*, decima tamen manipularis post omnes agros curiae sive praediales eiusdem villae proveniens spectat ad praedictam ecclesiam in *Chrzansthov* et eius praepositum, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam communiter et aliquando magis vel minus.

*Smotristhov*⁶⁾, villa sub parochia *Cobyete*⁷⁾, decima tamen manipularis post omnes agros curiae sive praedii in ibidem proveniens spectat ad eandem ecclesiam in *Chrzansthov*, et valor eius aestimatur ad unum fertonem.

*Zambrzez*⁸⁾, villa sub parochia in *Conyeczno*, decima tamen manipularis post omnes agros tam emethonales quam curiae spectat ad ipsam ecclesiam in *Chrzansthov*; quae villa fere tota est deserta; aestimatur tamen pronunc ad unam marcam cum dimidia. Decimam etiam dabant canapi emethones, quando fuerunt, sed modo solum ex aliis villis in haereditate eadem coluntur agri.

*Luschina*⁹⁾, villa sub parochia circa civitatem *Cracoviensem*, decimam tamen manipulem provenientem et ad ecclesiam parochialem in *Chrzansthov* spectantem percipit praepositus *Chrzansthoviensis*, cuius valor aestimatur ad . . .

*Janushevicz*¹⁰⁾, villa sub parochia *Zelonki*¹¹⁾, decima tamen manipularis spectat ad ecclesiam parochialem in *Chrzansthov*, cuius valor aestimatur ad . . .

*Panchovicze*¹²⁾ sub parochia . . . decima manipularis post certos agros duorum emethonum proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Chrzansthov*, et valor eius aestimatur aliquando . . .

*Czysohov*¹³⁾, villa sub parochia *Curozwanky*¹⁴⁾; decimam manipulem ad ecclesiam in *Chrzastow* spectantem praepositus sua negligentia aliis admittit seu tolerat cum damno ecclesiae percipere, quam ante alii praepositi, ut dicitur, continue percipiebant.

Lelow. Balneum civile arendatum seu locatum est pro anno currente solum pro quinque marcis cum dimidia, aliquando tamen solet arendari pro maiori summa, sed fecit aliquam impensam balneator reformando illud; quod balneum est emptum pro ecclesia in *Chrzansthov* et habet illud in possessione.

1) *Biała*. 2) *Deszno*. 3) *Krzecięcice*, wieś z kościołem parafialnym w powiecie i dekanacie *jedrzejowskim*. 4) *Włodzysław*. 5) *Rędziny*, wieś należąca do parafii *Dzierzgow* w powiecie i dekanacie *włoszczowskim*. 6) *Smotryszów*, dziś w parafii *Kobiele Wielkie* w powiecie i dekanacie *radomskim*. 7) *Kobiele Wielkie*. 8) *Rząbiec*. 9) *Nieodgadnione*. 10) *Januszewice*, trzy wsie tego nazwiska w parafiach *diecezyi krak.-kieleckiej*: *Kłuczewsko*, *Grojno*, *Prandocin*. W parafii zaś *Zielonice*, dekanacie i powiecie *miechowskim* leży wieś *Janikowice*. 11) *Zielonice*. 12) *Pęchowiec*, wieś w parafii *Goźlice* w powiecie i dekanacie *sandomierskim*. 13) *Czyżów*, dziś w parafii *stopnickiej*. 14) *Kurozwęki*, wieś z kościołem parafialnym w dekanacie i powiecie *stopnickim*.

Item habet quatuor villas ad eam iure parochiae ex antiquo pertinentes, videlicet *Chrzasthow*, in qua est ecclesia, *Conyeczpole*¹⁾, *Lubarcza*²⁾, *Radoschynicza*³⁾ et oppidum *Nowepole*⁴⁾, in quo est constructa lignea ecclesia in titulum *sanctae Trinitatis* et cimiterium, et fit servitium missarum omni septimana per vicarium de *Chrzasthow* et servatur ibi seu tenetur viaticum sacramentum continue in sacratio, in una pyxide, et in alia in *Chrzasthow*.

3. CUCZKOW.*)

Taxata ad dimidiam marcam argenti.

In eadem villa *Cuczok* est ecclesia parochialis pauper lignea noviter constructa et bene tegulis ligneis tecta et cimiterium septum, de iurepatronatus laicorum in eadem *Cuczok* haeredum, quam nunc obtinet *Nicolaus de Mroczychow*⁵⁾, actu presbyter, et circa ipsam residens, per officialem *Curzeloviensem* ad illam ex commissione speciali olim reverendissimi domini *Andreae*⁶⁾, archiepiscopi *Gnesnensis* et primatis de anno domini millesimo quingentesimo decimo institutus, paucos infrascriptos habet redditus, ita quod non potest secum tenere vicarium neque ministrum. Habet ipsa ecclesia et eius rector circa ipsam ecclesiam aream pro curia,

¹⁾ *Konieczpol*, pierwotnie wieś, dziś miasteczko w powiecie *nowo-radomskim* w diecezji *kujawsko-kaliskiej*, półtory mili od miasta *Lelowa* położone, założenie swoje i nazwisko winno znakomitej niegdyś a wygasłej już rodzinie *Konieczpolskich* z *Chrzastowa*. Jeden z nich, *Stanisław Konieczpolski*, kasztelan *krakowski*, stawny hetman w. koronny za *Zygmunta III* w nieszczęśliwej bitwie pod *Cecorą* r. 1620 po cudach waleczności wzięty został do niewoli tureckiej. Zaprowadzony do *Stambułu* zostawał tam przez cztery lata i uczynił ślub, że jeżeli go Bóg z niewoli wyswobodzi, wystawi w dobrach swoich kościół. Jakoż skoro za wdaniem się króla powrócił do kraju, rozpoczął budowę pięknego kościoła w *Konieczpolu*, lecz zajęty ciągle wojną, nie mógł go dokończyć. Dopiero po śmierci jego, syn *Aleksander Konieczpolski*, wojewoda *sandomierski*, gmach przez ojca rozpoczęty wspaniale uzupełnił i dokończył roku 1646. Okazała ta świątynia jest w stylu włoskim, w kształcie krzyża, wystawiona częścią z cegły, częścią z kamienia. Zdobi ją wyniosła drewniana wieża. Na prośby tegoż wojewody arcybiskup *Maciej Lubieński* wyniósł kościół ton do rzędu kościołów parafialnych, przyłączwszy do niego od parafii *chrzastowskiej* wsie: *Luborzę*, *Konieczpól Stary* i *Nowy* i *Radoszownicę*, do których później przybyły osady: *Kalenice*, *Koniawy*, *Ludwinów*, *Magdysz*, *Piła*, *Przysieka*, *Stefanów* i *Wąsosz* (*Baliński* l. c. I, 228. 229. *Niesiecki* l. c. II, 583—588. *Tygodn. illustr. warsz.* t. XIII, str. 144). *Jan Konieczpolski*, ostatni tego rodu potomek fundował w *Konieczpolu* missyą *OO. Jezuitów*, która atoli nie długo się utrzymała (*Baliński* l. c. I, 229). Na cmentarzu parafialnym jest kaplica murowana pod wezwaniem *ś. Mikołaja* (*Rubryc. dyec. kuj.-kal.* z r. 1878 str. 148). ²⁾ *Luborzca*. ³⁾ *Radoszownica*. ⁴⁾ *Nowepole*, jedyna wieś tego nazwiska w parafii *lipskiej* w powiecie *iłżeckim*; miasto tego miana dziś nie istnieje.

* *Kuczok*, wieś w dzisiejszym powiecie i dekanacie *włoszczowskim* w diecezji *krak.-kieleckiej*, gniazdo rodziny *Kuczokowskich* h. *Wąż*, od których przeszło w ręce *Konieczpolskich*, z kościołem parafialnym, według powyższego opisu przynajmniej na początku wieku XIV fundowanym, w wieku XVI przez *Konieczpolskich* z drzewa, a w końcu tego wieku z cegły palonej odbudowanym. Mylnie przeto podano w *Rubryce* diecezji *krak.-kieleckiej* z r. 1877 str. 23, jakoby obecny kościół wystawiony został w roku 1313, albowiem opis powyższy wyraźnie powiada, że w początku wieku XVI stanął nowy kościół drewniany. Rok 1313 będzie niezawodnie rokiem pierwotnej kościoła *kuczokowskiego* erekcyi.

⁵⁾ Zapewne *Mikołaj z Mroczkowa*. ⁶⁾ *Andrzej Róża Boryszewski*.

prout modo est limitata, ad longitudinem se protendentem ad spatium duorum stadiorum, ad latitudinem vero minus, in qua area sunt domus duae pro conditione pauperis competentes; item in area habet domum seu arcam pro taberna, in qua nunc sedet *Jacobus de Bzow*, per ipsum *Nicolaurum*, modernum plebanum, noviter locatus, qui solet solvere pro censu plebano ad annum dimidiam marcam; item habet in alia haereditate, videlicet in *Wola Cuzkowska*³⁾ pro fundo specialem campum agrorum pro praedio sufficientem, tamen propter defectum plebanus raro solus colit eundem campum agrorum dictorum *Grodek*, sed aliquando, quando conveniunt agri emethonum illius villae cum dicto plebuali agro, emethones solent conducere eosdem agros et tum provenire potest ad minus ex eisdem agris una marca; item habet circa eundem campum specialem borram, et in eadem borra pratum, ex quo possunt colligi sex currus de foeno; item in eadem borra habet mellificia, de quibus anno praesenti solum habuit de melle unum quartale, quod aestimatur ad unum fertonem; nemini solvit decimam de eisdem suis agris; item habet decimam manipularem post omnes et singulos agros praediales in eadem *Cuczok*, tamen de illa vivit plebanus, quia non habet plures; item habet solum tres villas ad eam iure parochiali ex antiquo pertinentes, videlicet dictam *Cuczok*, *Wola Cuzkowska* et *Wolicza*²⁾, in qua sunt solum advocatus et emetho. De quibus tribus villis non habet plebanus aliquos proventus, solum de laneo solvunt emethones colendam per unum grossum et proveniunt duntaxat duodecim grossi; item contribuit seu solvit pro denario sancti Petri quatuor grossos et quintum pro quittantia, et cogitur de propriis apponere, quia non proveniunt quinque grossi, quos cogitur solvere.

4. SECZEMYN*), OPPIDUM.

Taxata ad quinque marcas cum dimidia argenti.

Parochialis ibidem, tituli *sanctorum Catharinae et Joannis Evangelistae*, quam nunc obtinet honorabilis *Stanislaus de Chanczynny*, de collatione laicorum haere-

¹⁾ *Wola Kuczokowska*. ²⁾ *Wolica*. Przybyły później osady: *Dąbie* i *Kuznica*.

*) *Secemin* (*Sycymin*, *Secymin*) wieś pierwotnie, później miasto królewskie, (dziś w dekanacie *włoszczowskim* dyec. *krak.-kieleckiej*), które w roku 1401 król *Władysław Jagiello* nadał prawem dziedzictwa *Piotrowi Szafrancowi z Pieskowej Skały*, staroście *kamienieckiemu*, hetmanowi w. koronnemu, w nagrodę za jego waleczność naprzeciw Krzyżakom (*Paprocki, Herby* str. 107. 108, przytacza dosłownie odnośny przywilej. *Baliński, Starożytna Polska* t. III, 393). Kościół parafialny istniał tam już dawniej, przynajmniej od początku wieku XIV, albowiem pleban tamtejszy przed sądem konsystorza *gnieźnieńskiego* dnia 23 października 1415 roku odwołuje się na dawne kościoła swego prawa do pewnych dziesięcin (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 18. 19*). Dzisiejszy starożytny kościół murowany stanął zapewne nakładem wspomnianego *Piotra Szafranca*, lub najbliższych jego następców, i zawiera kilka tejez rodzin dawnych pomników. W wieku XVI dziełce rzeźbi, wyparłszy się wiary ojców swoich, oddał kościół innowiercom z wszystkimi jego dochodami i otworzył przy nim szkołę. W krótko potem miasto stało się siedliskiem głównym *Aryanów* czyli *Socynianów* w województwie *sandomirskim*. Kiedy kościół przywrócony został katolikom, nie wiadomo. *Secemin* jest miejscem

dum eiusdem oppidi *Seczemyn*, actu presbyter et residentiam faciens circa ipsam, licet occupatus servitiis magnifici domini *Stanislai Schafranyecz*, capitanei *Sandomiriensis* et *Chanczynensis*¹⁾. Cuius ecclesiae plebanus pronunc solet pro servitio ipsius ecclesiae et oneribus ecclesiae administrandis tenere et servare duos vicarios manuales, quibus solet dare pro suo interesse pro salario per duas marcas annuatim, et ratione cantaturae missae de *beata Virgine* sabbativis diebus habent proventus pontalium, de quibus pontalibus solent aliquando habere quatuor aut minus marcas; item ministro scholae solvit ipse etiam plebanus annuatim per duas sexagenas; item eadem ecclesia habuit ante, superioribus annis, titulum praepositurae et quatuor mansionarios sive capellanos specialiter dotatos per patronos eiusdem ecclesiae, qui villam *Zawodow*²⁾ in terra *Siradiensi* et districtu *Pyotrzkoviensi* pro dote et fundo habuerunt cum omnibus censibus, proventibus et singulis obventionibus, quam, ut dicitur, quidam praedecessores moderni domini patroni, domini *Schafranyecz* in certa summa obligarunt et dictam ecclesiam possessione ipsius villae *Zawodow* spoliaverunt, sicque ab eodem tempore cessarunt mansionarii esse in ipsa ecclesia parochiali in *Seczemyn*, et mansionariam seu horas, cursus de *Domina* cantare cessaverunt, ut desuper litterae originales foundationis, dotationis, et erectionis mansionariorum in ipsa ecclesia habentur; item eadem ecclesia habet quatuor villas ad ipsam ex antiquo iure parochiali spectantes et pertinentes, videlicet *Bychnow*³⁾, *Rapoczyce*⁴⁾, *Zakrzow*⁵⁾, *Wzlecz*⁶⁾ et oppidum *Seczemyn*. Quae ecclesia taxata est ad quinque marcas argenti et solvit pro denario sancti Petri omni anno sex scotos et unum grossum pro quittance; item molendinum dictum *Brzozowy* spectat iure parochiali ad *Seczemyn* et solvit pro colenda unum grossum et non plus; similiter *Borowy* molendinum modo desertum pertinet et solvit; item eadem ecclesia et ipsius plebanus habet circa ipsam ecclesiam aream et in ea curiam satis latam, et pro conditione spatiosam, cum horto. Habent et vicarii, necnon schola speciales areas et in eis domunculas cum hortis; schola tamen non habet hortum. Item habet duos laneos agri in haereditate ipsius oppidi *Seczemyn* inter agros oppidanorum ita latos et in longitudine protensos, prout aliorum oppidanorum, et ultra dictos laneos habet alios speciales agros vulgariter *przymyarki* seu *nywki* in tribus locis, in uno loco sub borra dicta *Wandrzyn*, in alio loco versus villam *Wzlecz* penes borram plebani et ex alia agrorum (sic) domini haereditis, in tertio loco eundo ad molendinum *Brzozowy*; item habet specialem borram et in ea mellificia; item habet specialia prata pro sua necessitate sufficientia in diversis locis consi-

urodzienia dwóch uczonych i świętobliwych mężów: *Wojciecha z Secemina* h. *Dąbrowa*, biskupa *teodorzyjskiego*, sufragana *gnieźnieńskiego* z zakonu *kaznodziejskiego*, konsekrowanego roku 1493 i *Dominika z Secemina*, kanclerza *gnieźnieńskiego*, doktora obojga prawa i teologii, zapewne brata poprzedzającego, najzaufanego doradcy prymasa *Łaskiego* i czulego przyjaciela *bl. Rudolfa*, prowincyała *Dominikanów* w Polsce, z którym razem w jednym pochowany został grobie w kościele dominikańskim w Krakowie (Ks. Korytkowski, *Żywoty Arcyb., Prał. i Kanon. gniezn. Ms.*). W wieku XVI byli ustanowieni w *Seceminie* mansyonarze.

¹⁾ *Stanisław Szafraniec*, starosta *sandomirski* i *chęciński*, następnie *podkomorzy krakowski* (Paprocki I. c. 110). ²⁾ *Zawodów*, w parafii *Grocholice*. ³⁾ *Bichniów*. ⁴⁾ *Ropocice*. ⁵⁾ *Zakrzów*, dziś w parafii *secemińskiej* nie znany. Są w okolicy cztery wsie tego nazwiska w parafiach: *Węglaszyn*, *Wodzisław*, *Młodzawy* i *Skalbmierz*. Do której z nich nasz *Zakrzów* przyłączono, nie wiadomo. ⁶⁾ *Zulecz*. Przybyły później osady: *Aleksandrów*, *Borowy Młyn*, *Brzozowa*, *Gabryelów*, *Malenice*, *Murchocice*, *Maryanów*, *Michałów*, *Teodorów*, *Zaróg*.

stentia, et praesertim penes agros ipsius plebani et alicubi ex opposito agrorum; item habet quatuor piscinas ad ipsam ecclesiam ex antiquo ratione plebanatus et praebendarum spectantes, unam prope civitatem, dictam *Pankowsky*, et tres in borra dicta *Szynny* remotius iacentes, quae modo iacent desertae; item in eodem oppido habet tres hortulanas et domunculas in eis, duae tantum pronunc sunt possessionatae et una deserta retro scholam versus dotem plebani; quilibet eorum tenetur laborare unam diem in hebdomada, et nihil solvit, quando vero non laborabant extunc solvebant pretium, prout potuerunt componere cum plebano seu conducere; in eodem enim loco, in quo locati sunt, fuit pomerium plebani; item est et alia domus retro scholam, ubi ante fuit schola, quae pronunc non est locata.

Seczemyn, oppidum; decima manipularis post omnes et singulos agros tam curiae quam oppidi totalis spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in eadem *Seczemyn* et eius plebanum, et valor eius aestimatur communiter ad octo, aliquando magis vel minus marcas. Non solvunt incolae decimam canapi, sed conducunt.

*Starzynny*¹⁾, villa sub parochia *Naklo*²⁾ dioecesis *Cracoviensis*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Seczemyn*, et valor eius aestimatur communiter ad quatuor marcas, aliquando magis; post praediales vero agros de eadem villa *Starzynny* decima spectat ad parochialem in *Naklo*. Emethones nihilominus loco decimae canapalis solvunt de laneo per duos grossos et conducunt propriis curribus.

Bychnow, villa sub eadem parochia *Seczemyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Seczemyn*, et valor eius aestimatur aliquando ad quatuor, aliquando ad quinque marcas, et conducitur per emethones; solvunt etiam decimam canapi; post curiales vero agros plebanus propriis curribus, prout et in *Seczemyn*, colligit frumenta decimalia.

Zakrzow, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros proveniens spectat ad eandem ecclesiam et plebanum, et valor eius aestimatur ad dimidium marcam, quam propriis curribus emethones conducunt ad *Seczemyn* ad horreum plebani, sed non solvunt decimam canapi. Item oppidani eiusdem oppidi *Seczemyn*, sed neque villani spectantes ad eandem parochiam, ratione administrationis sacramentorum, prout in aliis partibus, solvunt missalia, sed loco missalium hospites oppidi et domorum solvunt de domo per grossum, inquilini vero per dimidium grossum; de villis vero, de *Wzlecz* per grossum emethones, hortulani per dimidium, et similiter de *Rapoczyce*; de aliis vero, de *Bychow* et *Zakrzow* per dimidium grossum, similiter de *suburbio Seczemyn* colendam solvunt, et proveniunt communiter citra vel ultra omni anno in toto duae sexagenae; de qua colenda percipit plebanus medium, et medium vicarii cum ministro.

¹⁾ *Starzynny*, wieś dziś należąca do parafii *Przyłęk Szlachecki* w dekanacie *włoszczowskim* dyecezyi *krakowsko-kieleckiej*. ²⁾ *Naklo*, parafia w tym samym dekanacie i tejże dyecezyi.

5. CZARNCZA, VILLA.*)

Taxata est ad tres marcas argenti.

In eadem villa ecclesia parochialis tituli *sancti Floriani*, vetus lignea, de collatione laicorum haeredum in eadem *Czarncza* et *Lachow*, quam nunc obtinet honorabilis *Petrus de Brychow*, nobilis de terra *Siradiensi*, actu presbyter, circa ipsam ecclesiam faciens residentiam personalem continuam, et unum vicarium manualemente servans, cui pro salario solvit duas sexagenas, et expensam dat omni die, necnon ministrum, cui pro salario dat decimam manipulare loco sexagenae in *Lachow*¹⁾ post agros praediales; item eadem ecclesia et eius plebanus pro dote habet in possessione arcem circa ipsam ecclesiam penes cimiterium, in qua est curia plebanalis, satis pro conditione latam et spatiosam cum horto pro allodio, pomerio et aliis hortorum victualibus; item habet circa ipsam ecclesiam ad partem aliam ecclesiae speciales areas pro domunculis vicarii et ministri cum parvulis hortis; item habet in eadem villa specialem aream pro taberna cum horto, et pronunc tabernatorem, in qua nunc sedet *Albertus* sutor, qui pro censu annuo solvit per sedecim scotos et duos dies in aestate frumenta metere (sic); quae quidem taberna, seu area cum horto, iacet inter duas tabernas haeredum, videlicet ex una parte, in qua sedet *Paulus Kyczka*²⁾, et ex alia *Stanislaus Pyeyk*; item habet pro dote specialem campum in eadem haereditate, dictum *Poswyathne*³⁾, de quo campo quidam nobilis *Stanislaus*, quondam haeres et patronus de eadem *Czarncza*, dum vivebat, piscina, quam fecit, partem dotis agri plebanalis aqua inundavit et occupavit, debuitque tantum, quantum inundavit, in alio loco de agro ita bono ecclesiae et plebano dare, attamen, antequam dedit, mortuus est, et pueri eiusdem sunt minores; plebanus tamen nondum aliquid curat, sed tolerat modernus; ad aestimationem ager plebani inundatus protensionem habet duorum stadiorum. Item habet specialem piscinam retro agrorum dicti campi plebanalis cum paucis pratis, de quibus colligi possunt tres currus foeni; item habet et aliud pratium sub haereditate *Lochow*, de quo possunt colligi pronunc solum sex currus foeni, quia nemora excreverunt in eodem, et indigent extirpatione, cum ante colligebatur unus acervus ex eodem; item habet et specialem borram dictam *kanth*⁴⁾ plebani cum mellificiis; item habet et decimas manipulares infrascriptas, videlicet

Czarncza, eadem villa, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam dictam parochialem et eius plebanum; et valor aestimatur et aestimari posset, quia conduci-

*) *Czarncza*, wieś położona w powiecie włoszczowskim w diecezyi krak.-kieleckiej, gniazdo rodziny Czarnieckich h. Łódzia (Niesiecki l. c. I, 339) z kościołem parafialnym przez tęż rodzinę zapewne już w wieku XIV fundowanym, jak z opisu powyższego wnosić należy, który kościół w ówczes istniejący drewniany *vetus* nazywa. Dzisiejszy kościół mурowany stanął w roku 1659 nakładem sławnego wojownika polskiego, *Stefana Czarnieckiego*, dziedzica miejscowego (Rubryc. dyec. krak.-kieleckiej z r. 1877 str. 27).

¹⁾ *Lachów*. ²⁾ *Kiczka (Kicki)*. ³⁾ *Poświętne*. ⁴⁾ *Kąt*.

tur in horreum plebani, ad duas marcas; post agros vero praediales sive curiarum duarum et hortulanorum pertinet ad praebendarium in ibidem, et aestimatur valor eius ad unam marcā cum dimidia. Et solvunt decimam canapi emethones de laneo per duos grossos et conducunt.

*Zelislavicz duplex*¹⁾, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros tam nobilium quam emethonum proveniens spectat et pertinet ad dictam ecclesiam in *Czarncza* et eius plebanum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas et solvunt emethones decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt.

*Rapaczyce*²⁾, sub parochia emethones *Seczemyn*, curia vero sub eadem *Czarncza*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales et curiae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam et plebanum in eadem *Czarncza*, et valor eius communiter aestimatur ad duas marcas, et solvunt emethones decimam canapi et conducunt, per duos grossos de laneo.

*Walkunow duplex*³⁾, villae sub eadem parochia *Czarncza*; omnes nobiles sunt ibi, et non sunt in eisdem emethones; decima manipularis post omnes singulosque agros eorum spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Czarncza*, et valor eius aestimatur aliquando ad unam marcā cum dimidia, aliquando magis vel minus.

*Janykovicze*⁴⁾, *Kawieczyn*⁵⁾ necnon *Campystha*⁶⁾ villae sub parochia *Dambrowa*, decimae tamen, quae quondam fuerunt, ut dicitur, manipulares, tamen, ut asseritur, fuerunt in pecuniales commutatae per quendam plebanum antecessorem in eadem *Czarncza* penultimum, qui fuit de eadem *Janykow*, quae tres villae modo moderno et ipsius immediate antecessori plebano loco decimae manipularis solvunt et solvebant per quinque marcas pecuniarum.

Item eadem ecclesia habet septem villas ad eam iure parochiali ex antiquo spectantes et pertinentes, videlicet dictam *Czarncza*, *Lachow*¹⁾, *Canthy*⁸⁾ *duplex*, *Zelislavicz duplex*, *Walkunow*⁹⁾, in quibus villis pauci emethones et plures nobiles; de quibus villis plebanus non percipit missalia, solum a emethonibus loco colendae per unum grossum, et solent provenire ad minus viginti grossi. Qui loco denarii sancti Petri contribuit singulis annis per duos scotos et unum grossum pro quittantia, tamen dicit quod, non exigit tantum, cogitur de propriis ex aliunde apponere. Item duo molendina, videlicet molendinum dictum *Campyniecz*, et aliud *Lachowsky*.

PRAEBENDA¹⁰⁾ in eadem ecclesia, ut dicitur, perpetua, tituli *beatissimae Mariae virginis Assumptionis* et *sancti Adalberti*, de collatione, ut asseritur, haeredum in eadem *Czarncza* et plebani pro tempore existentis, quae, ut dicitur, est fundata et erecta de proventibus eiusdem parochialis, quam nunc obtinet honorabilis *Valentinus de Galanzow*¹¹⁾, *Cracoviensis* dioecesis, actu presbyter et residens et tres missas omni septimana legens, videlicet unam de *beata Virgine Assumptionis*, unam de *sancto Adalberto*, et tertiam pro defunctis; item eadem praebenda seu capellania et eius possessor pro dote et fundo sui que sustentatione aream cum horto penes

¹⁾ *Zalislavice, Zalislaviczki*. ²⁾ *Ropocice*. ³⁾ *Walkunow Dolne, Walkunow Górne*. ⁴⁾ *Janykovicze*. ⁵⁾ *Kawieczyn*. ⁶⁾ *Osada nieodgadniona*. ⁷⁾ *Lachow*. ⁸⁾ *Kąty*. ⁹⁾ *Walkunow*. Przybyły później osady: *Bugaj, Kalina, Klekot, Krapówka, Lipiny, Mościska, Myny, Nadolnik, Piła Lachowska, Wincentów, Wymysłów*. ¹⁰⁾ Na boku społeczny dopisek: *Taxata ad unum fertonem argenti*. ¹¹⁾ *Galęzew*.

cimiterium eiusdem ecclesiae satis latam et spatiosam habet et partem agri retro cimiterium et domunculas vicarii et scholae, ad longitudinem trium stadiorum, ad latitudinem vero viginti sulcorum se protendentem; item habet unum alium hortum penes hortum domini *Hieronymi*, haeredis in *Czarnca*, et pratum parvum, de quo potest colligi unus currus foeni, penes prata dominorum haeredum; item decimas habet.

Kantky, villa sub parochia eadem *Czarnca*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales eiusdem villae proveniens spectat et pertinet ad dictam praebendam et eius praebendarium, et eius valor aestimatur ad unam marcam cum dimidia, aliquando minus. Decimam canapi etiam solvunt emethones per unum grossum, et conducunt, quando locatur in haereditate.

Czarnca, villa in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiarum nec non tabernarum proveniens, ut supra, spectat et pertinet ad praebendarium, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum dimidia et conducit eam proprio curru praebendarius; item habet unam piscinulam alias *sadzawka* prope campum plebani dictum *smjethanka* ¹⁾.

6. WŁOSZCZOWA.*)

Tavata ad 5 marcas argenti.

In eadem *Włoszczowa* ecclesia parochialis, tituli *S. Jacobi apostoli*, quam nunc obtinet honorabilis *Jacobus Comornyczky* ²⁾ nobilis, ab uno anno, ex institutione ordinaria ad praesentationem nobilium *Petri Andraeae*, et alterius eorum fratris *Olsztynszczy* ³⁾, haeredum de *Włoszczowa*, et dictae ecclesiae patronorum. Ecclesia lignea vetus, quae ultra plebanum aliquando solet habere vicarium, quem salariat plebanus, prout poterit, et similiter ministrum, qui pro salario a plebano recipit

¹⁾ *Śmietanka*.

* *Włoszczowa*, wies pierwotnie, a od wieku XVI miasto, dziś powiatowe w gubernii *kieleckiej* w dycezyi *krak.-kieleckiej*, w początku tegoż wieku własność *Olsztynskich*, jak opis powyższy świadczy, a wkrótce potem dziedzictwo możnej rodziny *Szafranców z Pieskowej Skaly*, która je w roku 1539 za przywilejem króla *Zygmunta I* zamieniła na miasto (Baliński l. c. II, 394). Kościół parafialny był tam już przynajmniej w połowie wieku XIV, albowiem pleban tamtejszy *Jakób*, rozprawiając się w r. 1447 przed sądem konsystorza *gnieźnieńskiego* z plebanem z *Goleniów* o dziesięciny w *Woli*, na mocy dawnych kościoła swego przywilejów przy niej się utrzymał (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 342). W drugiej połowie wieku XVI wspomnieni dziedzice (*Szafrance*), porzuciwszy wiarę ojców, zabrali kościół *włoszczowski* z wszystkimi jego dochodami i oddali innowiercom, w których ręku zostawał lat kilkadziesiąt (Baliński l. c. II, 394). Przywrócony nareszcie katolikom w pierwszej połowie XVII wieku, tak był zdezolowany, że go w roku 1647 parafianie sami nowym mурowanym zastąpić musieli, gdyż dziedzice innowiercy do budowy przyczynić się nie chcieli. W roku 1872 kościół ten za staraniem rządu swego ze składek parafian zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony został. Na cmentarzu parafialnym znajduje się kaplica publiczna. W kościele parafialnym przechowuje się od niepamiętnych czasów obraz *N. Maryi P.* powszechnie za cudowny uważany.

²⁾ *Jakób Komornicki h. Gryf* (cfr. *Niesiecki* l. c. II, 564). ³⁾ *Olsztynszczy*. Dziś należą do parafii następujące miejscowości: *Bełna*, *Biedaszek*, *Ewina*, *Feliksówka*, *Kuczki*, *Marcinek*, *Podlipie*, *Poraj*, *Świszka*, *Wiszniowa*, *Włoszczowa*, *Włoszczówka*, *Wola*.

decimam canapi de eadem *Włoszczowa* et *Wola*; item habet eadem ecclesia solum duas villas ad eam ex antiquo iure parochiali pertinentes et spectantes, videlicet dictas *Włoszczowa* et *Wola*. Habet insuper in eadem villa circa ipsam ecclesiam pro fundo aream ex opposito ipsius ecclesiae et in ea curiam plebanus, satis latam et spatiosam, ad latitudinem et longitudinem cum hortis et allodio, necnon tres piscinulas in hortis circa domum, simul in eadem area, in qua deducta sua necessitate posset plebanus locare in aliqua parte hortulanium; item habet circa ipsam ecclesiam penes cimiterium duas areas pro domunculis vicarii et ministri ex opposito curiae plebanalis; item habet in eadem villa ex alia parte eiusdem ecclesiae versus villam unam specialem tabernam cum area competenti; item habet in eiusdem villae haereditate specialem piscinam ex opposito curiae et post eandem piscinam pratum, de quo prato ad minus potest omni anno colligi acervus foeni; item habet in eadem haereditate specialem campum dictum *Sanłkoczyn*, incipiendo a cimiterio ecclesiae eiusdem, se ad longitudinem ad viam, quae vadit de *Wola* ad molendinum *Włoszczowsky*, simul inclusa borra cum mellificiis, cum satis magna latitudine situm suum protendens (sic). Habet etiam infrascriptas decimas.

Włoszczowa, villa, in qua ecclesia parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae, videlicet emethonales et curiae, proveniens, spectat et pertinet ad ipsam ecclesiam parochialem in *Włoszczowa*, cuius valor aliquando aestimatur ad sex, aliquando octo marcas, citra vel ultra; et solvunt decimam canapi ministro, et conducunt decimam propriis curribus emethones in horreum plebani.

Wola, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae tam emethonales quam praediales spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Włoszczowa*, et valor eius aestimatur aliquando ad decem, aliquando ad duodecim marcas, aliquando minus vel magis. Solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos ministro, et conducunt; item non solvunt emethones missalia, sed loco missalium solvunt colendam de laneo per unum grossum cum dimidio, et de dimidio laneo per unum grossum, quam percipit minister simul cum decima canapalium.

7. BAMBELNO.*)

Tavata ad unam marcam argenti.

In eadem *Bambelno* ecclesia parochialis sub titulo *sanctae Mariae Nativitatis* et *S. Nicolai*, de collatione haeredum in *maiori Bambelno*, ex alternatis

* *Bebelno* (*Bąbelno*), wies szlachecka, położona w dzisiejszym powiecie *włoszczowskim*, dycezyi *krakowsko-kieleckiej*, miała kościół parafialny już w wieku XV, jak dowodzi opis powyższy i archiwum konsystorza *gnieźnieńskiego*, zawierające wzmianki o nim w tymże wieku. W końcu tego wieku lub na początku następnego spalił się kościół drewniany i nabożeństwo parafialne odprawiano się w tymczasowej kaplicy. W miejsce spalonego wystawiono kościół nowy drewniany, a gdy ten od starości podupadł, zastąpiony został w roku 1725 innym, również drewnianym, wystawionym nakładem dziedziców miejscowych, *Antoniego* i *Karóla Bystrzanowskich* (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 19).

cimiterium eiusdem ecclesiae satis latam et spatiosam habet et partem agri retro cimiterium et domunculas vicarii et scholae, ad longitudinem trium stadiorum, ad latitudinem vero viginti sulcorum se protendentem; item habet unum alium hortum penes hortum domini *Hieronymi*, haeredis in *Czarnca*, et pratum parvum, de quo potest colligi unus currus foeni, penes prata dominorum haeredum; item decimas habet.

Kanthy, villa sub parochia eadem *Czarnca*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales eiusdem villae proveniens spectat et pertinet ad dictam praebendam et eius praebendarium, et eius valor aestimatur ad unam marcā cum dimidia, aliquando minus. Decimam canapi etiam solvunt emethones per unum grossum, et conducunt, quando locatur in haereditate.

Czarnca, villa in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiarum nec non tabernarum proveniens, ut supra, spectat et pertinet ad praebendarium, et valor eius aestimatur ad unam marcā cum dimidia et conduit eam proprio curru praebendarius; item habet unam piscinulam alias *sadzawka* prope campum plebani dictum *smjethanka*¹⁾.

6. WŁOSZCZOWA.*)

Taxata ad 5 marcas argenti.

In eadem *Włoszczowa* ecclesia parochialis, tituli *S. Jacobi apostoli*, quam nunc obtinet honorabilis *Jacobus Comornyczkij*²⁾ nobilis, ab uno anno, ex institutione ordinaria ad praesentationem nobilium *Petri Andraeae*, et alterius eorum fratris *Olsztynszczy*³⁾, haeredum de *Włoszczowa*, et dictae ecclesiae patronorum. Ecclesia lignea vetus, quae ultra plebanum aliquando solet habere vicarium, quem salariat plebanus, prout poterit, et similiter ministrum, qui pro salario a plebano recipit

¹⁾ *Śmietanka*.

^{*)} *Włoszczowa*, wieś pierwotnie, a od wieku XVI miasto, dziś powiatowe w gubernii *kieleckiej* w dycezyi *krak.-kieleckiej*, w początku tegoż wieku własność *Olsztynskich*, jak opis powyższy świadczy, a wkrótce potem dziedzictwo możnej rodziny *Szafranców z Pieskowej Skaly*, która je w roku 1539 za przywilejem króla *Zygmunta I* zamieniła na miasto (Baliński l. c. II, 394). Kościół parafialny był tam już przynajmniej w połowie wieku XIV, albowiem pleban tamtejszy *Jakób*, rozprawiając się w r. 1447 przed sądem konsystorza *gnieźnieńskiego* z plebanem z *Goleniów* o dziesięciny w *Woli*, na mocy dawnych kościoła swego przywilejów przy niej się utrzymał (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 342). W drugiej połowie wieku XVI wspomnieni dziedzice (*Szafrance*), porzuciwszy wiarę ojców, zabrali kościół *włoszczowski* z wszystkimi jego dochodami i oddali innowiercom, w których ręku został lat kilkadziesiąt (Baliński l. c. II, 394). Przywrócony nareszcie katolikom w pierwszej połowie XVII wieku, tak był zdezolowany, że go w roku 1647 parafianie sami nowym muirowanym zastąpić musieli, gdyż dziedzice innowiercy do budowy przyczynić się nie chcieli. W roku 1872 kościół ten za staraniem rządu swego ze składek parafian zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony został. Na cmentarzu parafialnym znajduje się kaplica publiczna. W kościele parafialnym przechowuje się od niepamiętnych czasów obraz *N. Maryi P.* powszechnie za cudowny uważany.

²⁾ *Jakób Komornicki h. Gryf* (cfr. *Niesiecki* l. c. II, 564). ³⁾ *Olsztynscy*. Dziś należą do parafii następujące miejscowości: *Belina*, *Biedaszek*, *Ewina*, *Feliksówka*, *Kuczki*, *Marcinek*, *Podlipie*, *Poraj*, *Świszku*, *Wiszniowa*, *Włoszczowa*, *Włoszczówka*, *Wola*.

decimam canapi de eadem *Włoszczowa* et *Wola*; item habet eadem ecclesia solum duas villas ad eam ex antiquo iure parochiali pertinentes et spectantes, videlicet dictas *Włoszczowa* et *Wola*. Habet insuper in eadem villa circa ipsam ecclesiam pro fundo aream ex opposito ipsius ecclesiae et in ea curiam plebanus, satis latam et spatiosam, ad latitudinem et longitudinem cum hortis et allodio, necnon tres piscinulas in hortis circa domum, simul in eadem area, in qua deducta sua necessitate posset plebanus locare in aliqua parte hortulanium; item habet circa ipsam ecclesiam penes cimiterium duas areas pro domunculis vicarii et ministri ex opposito curiae plebanalis; item habet in eadem villa ex alia parte eiusdem ecclesiae versus villam unam specialem tabernam cum area competenti; item habet in eiusdem villae haereditate specialem piscinam ex opposito curiae et post eandem piscinam pratum, de quo prato ad minus potest omni anno colligi acervus foeni; item habet in eadem haereditate specialem campum dictum *Sankoczyn*, incipiendo a cimiterio ecclesiae eiusdem, se ad longitudinem ad viam, quae vadit de *Wola* ad molendinum *Włoszczowsky*, simul inclusa borra cum mellificiis, cum satis magna latitudine situm suum protendens (sic). Habet etiam infrascriptas decimas.

Włoszczowa, villa, in qua ecclesia parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae, videlicet emethonales et curiae, proveniens, spectat et pertinet ad ipsam ecclesiam parochialem in *Włoszczowa*, cuius valor aliquando aestimatur ad sex, aliquando octo marcas, citra vel ultra; et solvunt decimam canapi ministro, et conducunt decimam propriis curribus emethones in horreum plebani.

Wola, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae tam emethonales quam praediales spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Włoszczowa*, et valor eius aestimatur aliquando ad decem, aliquando ad duodecim marcas, aliquando minus vel magis. Solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos ministro, et conducunt; item non solvunt emethones missalia, sed loco missalium solvunt colendam de laneo per unum grossum cum dimidio, et de dimidio laneo per unum grossum, quam percipit minister simul cum decima canapalium.

7. BAMBELNO.*)

Taxata ad unam marcā argenti.

In eadem *Bambelno* ecclesia parochialis sub titulo *sanctae Mariae Nativitatis* et *S. Nicolai*, de collatione haeredum in *maiori Bambelno*, ex alternatis

^{*)} *Bebelno* (*Babelno*), wieś szlachecka, położona w dzisiejszym powiecie *włoszczowskim*, dycezyi *krakowsko-kieleckiej*, miała kościół parafialny już w wieku XV, jak dowodzi opis powyższy i archiwum konsystorza *gnieźnieńskiego*, zawierające wzmianki o nim w tymże wieku. W końcu tego wieku lub na początku następnego spalił się kościół drewniany i nabożeństwo parafialne odprawiano się w tymczasowej kaplicy. W miejsce spalonego wystawiono kościół nowy drewniany, a gdy ten od starości podupadł, zastąpiony został w roku 1725 innym, również drewnianym, wystawionym nakładem dziedziców miejscowych, *Antoniego* i *Karóla Bystrzanowskich* (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 19).

vicibus, pro una vice, ex *Rogynycze*¹⁾ pro altera vice, quam nunc obtinet modernus plebanus, *Stanislaus de Kyelcze*²⁾, ex praesentatione haereditis in *Bambelno*. Ecclesia pronunc exusta, quae fuit lignea, et modo oraculum ligneum non consecratum, seu cella, quae aliquando solebat habere vicarium et ministrum ultra plebanum, modo solum plebanus residet, actu presbyter, et eam obtinens citra vel ultra a quindecim annis; item eadem ecclesia habet pronunc solum sex villulas ad eam iure parochiali ex antiquo pertinentes, videlicet *Bambelno maiorem et minorem*³⁾, *Crassow maiorem et minorem*⁴⁾, *Sulkow*⁵⁾ et *Crzepyn*⁶⁾, et septimam desertam, dictam *Cobylepole*⁷⁾, in qua nullus est homo, et octavam *Szczodrow*⁸⁾; item habet ipsa ecclesia in eadem *Bambelno* pro fundo dotem seu aream satis competentem, contiguam cimiterio cum horto et allodio, satis latam et spatiosam ita, quod sufficit deducta necessitate plebani etiam pro area hortulani; item habet alias speciales areas ex opposito curiae pronunc domini *Zakrzewsky Petri*⁹⁾ penes cimiterium pro vicario et ministro cum viridariis; item habet ipsa ecclesia et eius plebanus post ipsius aream seu hortum curiae plebanalis pratum, de quo possunt colligi omni anno ad minus quatuor currus foeni, in quo prato habet etiam piscinulam seu missile; iacet autem dictum pratum ex una parte penes pratum tabernae maioris *Bambelno*, et ex altera parte *Stanislai Pyenkosz de minori Bambelno*, emethonis; item habet in eadem haereditate specialem arvom seu *nyva*, in latitudine trium laneorum, in longitudine ab uno fine quatuor stadiorum, in medio trium, in fine vero unius, potest tamen coaequari primae mensurae, quia nullae sunt in plebanali terra seu arvo excrescentiae; item in alia villa, videlicet in *Crzepyn* habet unum laneum ad modum emethonum, et inter emethonales situatum, de quo etiam plebanus percipit decimam, et de aliis decima pertinet ad mensam archiepiscopalem, per dimidium villae. Habet et decimas infrascriptas videlicet.

Bambelno minor, in eadem est ecclesia; decima manipularis post tres laneos, videlicet in quibus nunc sedent curiae, videlicet curia *Zakrzewsky Petri*, et de duobus laneis, qui iacent penes granities maioris *Bambelno*, et laneus dictus *Stokowy* (sic). Et valor eius aestimatur aliquando dimidia marcae (sic) vel minus. De aliis laneis decima pertinet ad archidiaconatum *Curzeloviensem*. Non solvunt decimam canapi plebano, nec conducunt nobiles agros huiusmodi possidentes.

Maior Bambelno, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiae, necnon duos laneos dictos *Zdunowsky* et *Karczmarsky* inter alios emethonales iacentes, necnon cuiusdam arvi alias *nywka* ad laneum *Zdunowsky* pertinentis, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Bambelno* praedictam, et valor eius aestimatur aliquando ad unam marcam cum dimidia, aliquando magis vel minus. De vero agris (sic) emethonalibus percipit decimam manipulare archidiaconus *Curzeloviensis*.

Crassow maior, sub eadem ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens, necnon (de) quibusdam dimidiis laneis,

¹⁾ Rogynice, wieś w parafii Konieczno leżąca. ²⁾ Stanisław z Kielec, pleban. ³⁾ Bebelno, dziś tylko jedno. ⁴⁾ Krassów i Krassówek ⁵⁾ Sulików. ⁶⁾ Krzepin. ⁷⁾ Dziś Kobyle Wieś. Później przybyły osady: Ludwinów, Podlzie, Skociszowy i Wilka. ⁸⁾ Szczodrow, osada dziś nie znana. ⁹⁾ Zakrzewski Piotr. Widać ztąd, że Bebelno na początku wieku XVI było własnością Zakrzewskich.

unius dicti *Myczak*, et alterius *Janus*, et *przymyarki* dictorum *Gorzyczynske* et trium *Bardezynsky*, iacentibus penes agros praediales dictos *syedlyska*, item de duobus arvis alias *nowyny Bardezynsky* et *Januszowsky*, spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Bambelno*, cuius valor aestimatur ad unam marcam cum dimidia, aliquando minus vel magis. De aliis agris percipit praepositus *Cracoviensis*. Non solvunt plebano decimam canapi.

Crzepyn, villa sub eadem parochia; decima manipularis post dimidiam villam, incipiendo a emethone dicto *Wnuk*, versus *Seczemyn* transeundo, et duos arvos, (unus dictus *Glynky*, et alter ex utraque parte viae ducentis de *Bambelno* in *Seczemyn*), ac post omnes et singulos alios agros emethonales in eadem medietate villae consistentes, spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praedictam in *Bambelno*, cuius valor aestimatur communiter ad unam marcam, aliquando minus. Decimam etiam canapi post duos laneos, de laneo per duos grossos percipit plebanus. De aliis pro mensa archiepiscopali alterius dimidiae villae simul cum decima. Habet etiam plebanus in eadem haereditate piscinam ad ipsius ecclesiam in *Bambelno*, quam donaverat ecclesiae olim dominus *Joannes Dlugosz*¹⁾.

Rogynycze, villa sub parochia *Conieczno*; decima manipularis post agros omnes et singulos praediales et agros in campo dicto *Crzekow*, dictos *Glynky* et dimidium laneum tabernatoris, iacentem penes agros dictos *Glynky*, necnon duos laneos, quos pronunc tenet nobilis *Petrus Costhka*, iacentes inter agros emethonales eiusdem villae, necnon et de alio campo iacente sub borra, dicto *Ugruschek*, spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Bambelno*, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Non habet ibi decimam canapi. De aliis agris percipit mensa archiepiscopalis.

Szczodrow, villa deserta modo sub eadem parochia; decima manipularis post duos laneos iacentes penes viam, quae vadit de *Bambelno* in *Conieczno* in parte dextra, item de aliis duobus in alia parte versus *Rogynycze*, et cum arvo eisdem duobus laneis adiacente, qui lanei modo iacent deserti et nemoribus occupati, proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Bambelno*, de quibus ex eo, quia iacent dicti lanei deserti, ipse plebanus a sex annis nihil percipit; de laneis vero intermediis quatuor decimam percipit archidiaconus *Curzeloviensis*. Campus iacens post campum *Borowno* in haereditate *Craschow*, sub parochia *Bambelno*, qui modo occupatus nemoribus; decima spectat ad ecclesiam praedictam in *Bambelno*.

8. CONIECZNO.*)

Non est taxata, quia vicarius custodis et solvit custos.

In eadem *Conieczno*, villa mensae archiepiscopalis, ecclesia parochialis sub titulo *Visitationis gloriosae virginis Mariae*, necnon *S. Hedwigis* noviter constructa,

¹⁾ Jan Dlugosz, niewątpliwie ojciec historyka cfr. uwagi pod *Brzeźnicą*. Według *Długosza Liber Beneficior.* (I, 19) Jan Dlugosz, dziedzic wsi *Kossowa Wielkiego*, mieszkał w parafii *Bebelno*. On to niezawodnie darował wspomnianą wyżej sadzawkę.

*) *Konieczno*, wieś niegdyś arcybiskupów *gnieźnieńskich*, wymieniona już w bulli *Innocentego II* z roku 1136 zatwierdzający wszystkie ówczesne kościoła *gnieźnieńskiego* posiadłości (Archiv. Capit. Gnesn. *).

et nondum totaliter completa, pauper, de collatione custodis pro tempore existentis ecclesiae collegiatae *Curzeloviensis*, quam pronunc obtinet ex praesentatione domini *Joannis Zamboczski*¹⁾, custodis, et institutione archiepiscopi *Gnesnensis* et primatis, *Stanislaus de Zwolen*²⁾, actu presbyter et circa ipsam residens; non tenet vicarium propter defectum, solum ministrum; ex qua, ut dicitur, fundata est praedicta custodia, et ratione huiusmodi foundationis habet collationem tanquam vicariae perpetuae. Ad quam ecclesiam ex antiquo iure parochiali spectant et pertinent quatuordecim villae, in parte possessionatae et duae desertae, videlicet *Conyeczno*, *Dolowathka*³⁾, *Przybradow*⁴⁾, *Lypno*⁵⁾, *Zalesse*⁶⁾, *Ogarlca*⁷⁾, *Blogoschow*⁸⁾, *Powanzow*⁹⁾, *Tworow*¹⁰⁾, *Rzeschow*¹¹⁾, *Dambye*¹²⁾, *Boczkwicze maior*, *Boczkwicze minor*¹³⁾, *Bogynycze*¹⁴⁾, desertae vero *Nyemanowicze*¹⁵⁾ et *Zambrzez*¹⁶⁾; item habet circa ecclesiam praedictam in eadem villa solum aream pro dote plebanali cum parvo satis horto, necnon alias parvas areas pro vicario et ministro ad aliam partem ecclesiae versus praedium archiepiscopale; item habet unum lanceum agri inter laneos emethonales, in latitudine maiorem quam emethonales, ad instar custodis, ad longitudinem vero se protendentem sicut emethonum in eadem *Conyeczno*; item habet unum pratum penes prata curiae ab una parte et emethonum ab altera parte; habet et decimas infrascriptas, videlicet.

Boczkwicze maior, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros eiusdem villae spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Conyeczno*, et valor aestimatur ad duas marcas. Non sunt ibi emethones, sed tantum duo modo nobiles, et duo hortulani, non habentes agros, solum hortulanas et per parum de agro ex curialibus agris.

Boczkwicze minor, sub eadem parochia *Conyeczno*; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae tam praediales quam emethonales spectat et pertinet ad parochialem et eius plebanum in *Conyeczno*, et valor eius aestimatur ad unam marcā cum media. Non est in eadem villa decima canapi.

Nyemanowicze, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad ecclesiam et eius plebanum in *Conyeczno*, et valor eius aestimatur pronunc, quia deserti, ad dimidiam marcā; post praedia vero pars una in *Goleniowoy*¹⁷⁾ et altera in *Chrasthow*¹⁸⁾ post nobilem *Zamboczski*¹⁹⁾.

Przybradow, villa sub eadem parochia; decima manipularis de speciali campo dicto *Wyssycze*²⁰⁾ spectat et pertinet ad dictam ecclesiam in *Conyeczno*, cuius valor

No. 1. Kod. dypl. wielkop. I, 10 sqq.), położona w dzisiejszym dekanacie i powiecie *włoszczowski* diecezji *krakowsko kieleckiej*, miała kościół parafialny już przynajmniej w wieku XIV, jak to wskazują ślady w dokumentach i aktach kapituły *gnieźnieńskiej*. Podczas dokonania powyższego opisu stanął w miejsce dawnego drewnianego kościoła, który wraz z dochodami swymi wcielony został przez arcybiskupa *Jaroslawa Skotnickiego* do kustodyi *kurzelowskiej*, nowy kościół drewniany zapewne nakładem ówczesnego kustosa, *Jana Zembockiego*, penitencyarza mniejszego papieskiego. W miejsce tego kościoła zębem czasu zniszczonego wystawił arcybiskup *Antoni Ostrowski* w roku 1786 dzisiejszy kościół murywany (Rubryc. cit. z r. 1877 str. 22).

1) *Jan Zembowski* cfr. uwagi przy kustodyi *kurzelowskiej*. 2) *Stanisław ze Zwolenia*, pleban. 3) *Dolowatka*. 4) *Przygródów*. 5) *Lipno*. 6) *Zalesie*. 7) *Ogarlca*. 8) *Blogoszwów*. 9) *Powęzów*. 10) *Tworów*, dziś nie znany. 11) *Rzeszów*. 12) *Dąbie*. 13) *Boczkwice*, dziś tylko jedna. 14) *Rogienice*. 15) *Nyemanowice*. 16) *Rzabice*. 17) *Goleniowoy*, wieś z kościołem parafialnym w tym samym co *Konieczno* dekanacie i powiecie. 18) *Chrząstów*, tak samo. 19) *Zembocki*. 20) *Wyżycze*.

aestimatur, quando in eodem campo seminatur, ad fertonem, aliquando quatuor grossos aut sex.

Dolowathka, villa sub eadem etiam parochia; decima manipularis proveniens de arvo alias *nywka*, (aliquando ad praedium et pro praedio in eadem villa spectans), quae iacet ante eandem villam, quando in eodem arvo seminatur, spectat ad ecclesiam et eius plebanum in *Conyeczno*, et valor eius aestimatur ad aliquot grossos. Item plebanus de suis praedictis proventibus ministrum ecclesiae salariat, cui pro salario solvit annuatim unam marcā. Item de tota parochia alias villis ad ipsam ecclesiam spectantibus iure parochiali plebanus nulla praesertim etiam de emethonibus mensalia percipit, solum emethones de laneo possessionato singularum villarum solvunt ratione administrationis sacramentorum per unum grossum, de dimidio vero laneo per dimidium grossum; et similiter hortulani per dimidium grossum, et hoc incluso denario sancti Petri. Nobiles vero, quamvis plures sunt sub eadem parochia, nihil solvunt, et dant hincinde post eorum agros decimas, aliqui ad diocesim *Cracoviensem*, aliqui ad alias parochiales ecclesias; et aestimatur valor huiusmodi grossorum in toto ad unam marcā cum dimidia; de qua marca una cum dimidia solvunt contributionem denarii sancti Petri collectori in *Curzelow* tres fertones et unum grossum ratione quittance.

9. WANGLESCHIN.*)

Taxata ad duas marcas cum dimidia argenti.

In eadem *Wangleschin*, villa domini *Felicis de Pynezow*¹⁾, ecclesia parochialis murata in toto et cum sacristia, tituli *S. Andreae apostoli*, quam nunc obtinet honorabilis *Mathias de Curzelow*²⁾, actu presbyter, non tamen continue circa ipsam residens, de collatione laicorum, videlicet haeredum de eadem *Wangleschin* et *Zakrzew*, vicibusque alternatis solent ad illam loci ordinario *Gnesnensi* vacatione occurrente praesentare, videlicet pro una vice haeredes in *Wangleschin*, et pro altera haeredes de *Zakrzew*, pronunc tamen ipse *Mathias* plebanus illam obtinet ex praesentatione haeredum in *Wangleschin* praefata. Quae quidem ecclesia ex antiquo habet ad eam iure parochiali spectantes et pertinentes quinque villas, videlicet *Wangleschin*, *Rambiechowa*³⁾, *Canyoze*⁴⁾, *Zakrzew*⁵⁾ et *Tyniecz*⁶⁾. Item habet pro

*) *Węgleszyn*, wieś szlachecka dziś w dekanacie i powiecie *jędrzejowski* w diecezji *krakowsko-kieleckiej* położona, w wieku XIV własność starożytnej rodziny *Mokrskich* h. *Jelita*, z których *Floryan Mokrski*, biskup *krakowski* (1366—1380) wystawił tam w miejsce dawnego drewnianego nowy dotąd istniejący kościół murywany, uwieczniwszy przez to imię swoje w dawnym dziedzictwie rodzinnem (Długosz, Hist. Pol. lib. X, 48. Paprocki, Herby str. 257. Niesiecki, Korona III, 291). Kościół ten starożytny w przeciągu pięciu wieków wielokrotnie zmieniany, dochował mimo to cechy budowli wieku XIV. W ostatnim czasie za staraniem rządzców swoich gruntownie zrestaurowany i wewnątrz przyozdobiony został.

1) *Feliks* albo *Szczęśny Oleśnicki*, który równie jak przodkowie jego pisał się z *Pińczowa*, który do jego rodziny należał. Był synem *Jana z Pińczowa Oleśnickiego* h. *Dembno*, podsędka *sandomierskiego* (Paprocki l. c. 287). 2) *Maciej z Kurzelowa*, pleban. 3) *Rambiechowa*. 4) *Kanice*. 5) *Zakrzów*. 6) *Tyniec*. Później przybyły osady: *Burycz*, *Bugań*, *Dembina*, *Felkówek*, *Wrona*.

dote et fundo eadem ecclesia et eius plebanus circa ipsam ecclesiam satis latam et spatiosam aream pro curia, et modo curiam in eadem, necnon allodium, pomerium, et pascuum alias *pastewnyk* ¹⁾ insimul sibi invicem contigua; item habet specialem hortum extra dictam aream et curiam plebanalem, satis latum et longum; item habet aliam specialem aream pro taberna cum horto, pronunc tamen in eadem moratur seu tenet hortulanus *Andreas*, etiam vicinam areae et dotis plebanalis; item habet ad aliam partem ecclesiae eiusdem speciales alias areas pro vicario et ministro, et in eis pronunc sunt domunculae cum parvis hortis seu viridariis, contiguas cimiterio; item habet speciales agros, et primo in eadem haereditate *Wangleschin* inter lancos emethonales duos lancos, ita longos et latos, prout et aliorum emethonum; unus iacet penes viam, quae vadit ad villam *Tynyecz* ad partem sinistram, alter vero laneus versus villam *Zakrzew*, penes laneum emethonis dicti quondam *Stephan*, secundus a via, quae vadit ad praedictam *Zakrzew*; item habet specialem alium agrum satis magnum et spatiosum post ecclesiam, incipiendo ab ecclesiae cimiterio usque ad viam villae eiusdem, qua pelluntur pecora in campos, et ad latitudinem protendentem usque ad borram; item habet et alium arvom alias *nywa*, retro aream ipsius ecclesiae et plebani praedicti tabernam, in latitudine et longitudine citra vel ultra duorum stadiorum versimiliter mensuram habens (sic); item habet partem borrae eundo in *Malogosc* in parte dextra, ad longitudine vero alicubi duorum stadiorum et alicubi trium stadiorum in mensuram se protendentem; item habet duo prata in haereditate dictae villae *Wangleschin* in silva circa fluvium *Lypnycza* ²⁾, de quo aliquando possunt colligi quatuor currus foeni, vel minus, et aliud circa fluvium *Nyda* ³⁾, de quo potest colligi ad minus unus currus foeni. Habet et decimas infrascriptas.

Wangleschin praedicta villa, in qua ecclesia parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros tam emethonales quam curiae, alias totius villae, spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam in *Wangleschin* et eius plebanum, quae aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis vel minus. Et solvunt emethones decimam canapi per duos grossos de laneo, et conducunt decimam ad horreum plebani.

Zalassy ⁴⁾, villa sub parochia ecclesiae in *Conyeczno*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Wangleschin* et eius plebanum, et valor eius communiter aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt etiam decimam.

Zakrzew, villa sub eadem parochia in *Wangleschin*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem in *Wangleschin*, cuius valor aestimatur communiter ad unam marcam, quam plebanus conducit propriis curribus in domum suam in *Wangleschin*, post emethones vero percipit magister scholae in *Curzelow*.

Tynyecz, sub praefata ecclesia in *Wangleschin*, decima tamen manipularis post agros omnes et singulos curiae sive praediales in ipsa villa proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam in *Wangleschin*, et valor eius communiter aesti-

¹⁾ pastewnik. ²⁾ Lipnica. ³⁾ Nida. ⁴⁾ Zalesie.

matur ad unum fertonem, quia nobiles dimittunt agros curiales et colunt emethonales, de quibus decima provenit ecclesiae in *Czyrno*.

Rambiechow, villa etiam sub eadem parochia in *Wangleschin*; decima tamen manipularis post certos emethonales, etiam pro curia coli solitos, proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Wangleschin*, videlicet (ex) agris ultimo exstirpatis; de aliis vero antiquioribus agris decimam percipit praebendarius de *Mokrsko*. Valor decimae, quae per plebanum percipitur, aliquando ad unum fertonem, aliquando magis vel minus aestimatur.

Item non solvunt emethones de praedictis villis ad praefatam ecclesiam iure parochiali pertinentibus aliquid aliud ecclesiae aut eius ministris ratione administrationis sacramentorum et servitiorum, duntaxat de qualibet domo seu area loco colendae per dimidium grossum et pro denario sancti Petri a persona per unum denarium. Contribuit collectori denarii sancti Petri omni anno per sex scotos et unum grossum ratione quittantiae; item ex praemissis pro hac vice, ex eo, quod ipse plebanus non agit continuam residentiam circa ipsam suam parochialem ecclesiam, sed in *Curzelow*, vicario moderno pro salario ad annum solvit per duas sexagenas, et ante, quando residebat plebanus, solvebat semper per duas marcas; item ministro seu scholae rectori pro annuo salario ex antiquo, prout solvebatur, solvit et ipse modernus per unam sexagenam.

10. CZYERNO*), VILLA.

Taxata est ad septem marcas argenti.

In eadem *Czyrno*, villa abbatis et conventus monasterii de *Andrzejow*, est ecclesia parochialis sub titulo *S. Jacobi apostoli et S. Martini confessoris gloriosi*, quam pronunc a multis annis obtinet *Joannes de Stronyevicze* ¹⁾, diocesis *Gnesnensis*, actu presbyter, et circa ipsam ecclesiam continue residens, quae quidem ecclesia occurrente vacatione est aliquando de collatione abbatis et conventus de *Andrzejow* et aliquando cedit in provisionem Sedis apostolicae, prout ipse *Joannes* ipsam ecclesiam obtinet ex provisione Sedis apostolicae; item dicitur communiter et esse communem fanam, quod ipsa parochialis ecclesia a principio suae institutionis fuit constructa in quadam villa, dicta *Zdanovicze* et adhuc est in eodem loco, in quo aliquando dicitur fuisse ecclesia, specialis locus ad modum cimiterii, et spatium utique

*) *Ciermia* albo *Ciernio*, wieś niegdyś opatów klasztoru *Cystersów* w *Jedrzejowie*, dziś do dekanatu i powiatu *jędrzejowskiego* w diecezji *krakowsko-kieleckiej* należąca, miała kościół parafialny przez tychże opatów fundowany przynajmniej już w wieku XIV. W roku 1428 występuje w konsystorzu *gnieźnieńskim* pleban tamtejszy, *Mikołaj*, jako świadek w sprawie spornej o dziesięcinę w *Skorzęcinie*, pomiędzy opatem *łódzkim*, *Zygfrydem* a *Marcinem*, plebanem w *Pakości* (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 78^b). Kiedy powstał dzisiejszy kościół drewniany, znikąd dojsć nie można. Pierwotnie istniał kościół parafialny we wsi *Zdanowice*, gdzie na początku wieku XVI stał jeszcze krzyż na miejscu tegoż kościoła, przeniesionego przez opatów *jędrzejowskich* do *Cierni*, jak to świadczy opis powyższy.

¹⁾ Jan ze Stroniewic, pleban.

latum et spatiosum, et in medio est ad memoriam positum signum Passionis Salvatoris, et postmodum dicitur fuisse ecclesia in *Czyrno* translata. Item ad eam ipsam ecclesiam parochialem in *Czyrno* iure parochiali quinque villae, videlicet dicta *Czyrno*, *Czacow*¹⁾, *Maslin*²⁾, *Bryncza*³⁾, *Popowicze*⁴⁾ et *Zdanowicze*⁵⁾ ex antiquo spectant et pertinent; item plebanus pro tempore existens pro sui et ecclesiae necessitate et onerum supportatione solet ex antiquo tenere et servare circa eandem ecclesiam vicarium manuum et ministrum; vicario solet dare pro salario annuali duas sexagenas, et ministro ecclesiae sive scholae unam marcam. Item eadem ecclesia pro dote et fundo imprimis habet unam satis latam et spatiosam aream pro curia plebanali, in qua modo est curia et hortus cum pomerio, necnon spatium pro allodio retro curiam penes cimiterium ipsius ecclesiae; item habet speciales arcas retro ecclesiam et chorum eiusdem ecclesiae pro domunculis vicarii et ministri, in quibus modo sunt domunculae; item habet specialem aream pro taberna in eadem villa, penes aream plebani, prout et modo est in eadem area domus constructa, et residet in eadem quidam *Mygdal* carpentarius cum certo agro non nimis longo, ad spatium trium stadiorum, in mensura vero in latitudine dimidii lanei, cum parvo hortulo; item habet speciales agros in tribus campis retro curiam plebanalem, unum laneum protendentes se usque ad borram, in latitudine vero ad modum curiae plebanalis; in aliis vero campis per unum laneum in quolibet campo, in longitudine et latitudine ad instar emethonalium; dicuntur autem et appellantur dicti laei, lanei plebanales; item habet et prata, unum pratum ante villam *Czyrno*, inter emethonalia prata, in quo colligi possunt tres currus foeni, et sunt signa posita, discernentia latitudinem et longitudinem; item aliud pratum in haereditate *Czacow* penes pratum curiae dominis haereditis de *Wangleschin* circa fluvium *Nyda*, de quo colligitur unus cumulus alias *stozek* de foeno; item habet et specialem piscinam in borra, eundo in *Popowycze*, modo desertam, situm tamen satis optimum pro piscina, et borram specialem, iacentem inter vias, eundo in *Popowycze* et *Czacow*, et in eo aliquot mellificia; item decimas infrascriptas.

Czyrno, villa in qua ecclesia parochialis praedicta; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praedii, (antequam fuit curia, fuerunt scultuales, et pro curialibus conversi), necnon post araturas *Stanisłai Fabri*, tabernatoris, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praefatam in *Czyrno*; post emethones vero eiusdem villae, citra vel ultra a quatuor annis coepit percipere abbas de *Andrzejow*, quam ante nemini dabant; quae conducitur per plebanum in horreum plebanale, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum dimidia, aliquando minus, quoad plebanum.

*Bolmyn*⁶⁾, villa sub parochia *Malogocz*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales, etiam quos colunt pro hac vice aliqui nobiles in ibidem, spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Czyrno*, et eius valor communiter aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus et solvunt decimam canapi emethones per unum grossum de laneo.

¹⁾ *Caców*. ²⁾ Osada dziś w całej okolicy nie znana. ³⁾ *Brynica Mokra* i *Brynica Sucha*. ⁴⁾ *Popowice*, dziś należą do parafii *Oksa (Owa)*. ⁵⁾ *Zdanowice*. Przybyła później osada *Warzyn*. ⁶⁾ *Bolmin*, jedyna wieś tej nazwy w dekanacie i powiecie *kieleckim* z kościołem parafialnym.

*Galanzyce*¹⁾, villa sub parochia *Pyakoszew*²⁾; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praedictam in *Czyrno*, cuius valor aestimatur aliquando ad duas sexagenas, aliquando minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum de laneo. Non sunt ibi agri curiales.

*Rykoschyn*³⁾, villa sub eadem parochia *Pyakoszew*, decima tamen manipularis post omnes agros totius villae proveniens spectat ad pertinet ad eandem ecclesiam in *Czyrno*, et eius valor aestimatur ad tres marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos. Non sunt ibi aliqui agri curiae.

*Pyakoszew*⁴⁾, villa, in eadem ecclesia parochialis, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales ad eandem ecclesiam in *Czyrno* parochialem spectat et pertinet, et eius valor aestimatur ad sex marcas, aliquando minus vel magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt; post praedium vero decima provenit in ibi ecclesiae et eius plebano.

*Myaczygosd*⁵⁾, villa sub eadem parochia in *Pyakoszew*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales alias totius villae, quia non est in eadem villa curia, proveniens spectat et pertinet ad dictam parochialem in *Czyrno*, et aestimatur eius valor communiter ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi per duos grossos de laneo et conducunt.

Tyniecz, villa sub parochia in *Wangleschin*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales etiam tabernae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praedictam parochialem in *Czyrno*, et eius valor aestimatur communiter ad duas marcas vel minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum et conducunt.

Popowicze, villa sub eadem ecclesia parochiali in *Czyrno*; decima manipularis de uno campo, qui iacet versus villam *Tyniecz*, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Czyrno*, et solet conduci in *Czyrno* in horreum plebani, quia parum provenit, fuerunt enim aliquando sex ad maximum cassulae de frumento.

Emethones autem de omnibus et singulis villis ad ipsam ecclesiam in *Czyrno* iure parochiali pertinentibus nihil aliud solvunt, solum per unum grossum ratione colendae et denarium a persona qualibet pro denario sancti Petri, et percipiunt partem plebanus, partem vicarius et partem minister; de colenda videlicet vicarius percipit de *Waslin*, et minister de *Popowicze* percipit et residuum plebanus. Et contribuit plebanus collectori denarii sancti Petri singulis annis per sex scotos et grossum unum pro quitantia. Abbas vero cum conventu percipit decimas in *Waslin*, *Bryncza*, *Czacow* et *Zdanowicze* ex antiquo; in *Czyrno* vero noviter a quatuor annis coepit percipere.

¹⁾ *Galanzyca*. ²⁾ *Piękoszew*, wieś z kościołem parafialnym w dyecezyi *sandomierskiej*. ³⁾ *Rykoszyn*. ⁴⁾ *Piękoszew*. ⁵⁾ Zapewno *Międzygórz*, dziś w parafii *Malice*.

11. ZLOTHNYKY*), VILLA.

Tuata ad tres marcas argenti.

Villa, in eadem *Zlothnyky* est ecclesia parochialis tituli *Omnium Sanctorum*, de collatione haeredum de eadem *Zlothnyky*, quam nunc obtinet *Petrus de Boguslawicze*¹⁾, actu presbyter, *Gnesnensis* dioecesis, et circa ipsam suam ecclesiam residentiam faciens personalem, et nihilominus servans pro tempore vicarium manuale et ministrum. Habet autem dicta ecclesia parochialis in *Zlothnyky* ex antiquo quatuor villas, videlicet dictam *Zlothnyky*, in qua est ecclesia, *Lypnycza*²⁾, *Vignanow*³⁾, *Zarczyce*⁴⁾, ad eam iure parochiali spectantes, quae modo sunt fere in maiori parte desertae; item habet pro dote et fundo circa ipsam ecclesiam aream pro curia plebanali et modo in ea curiam, satis latam et spatiosam pro curia, pomerio, allodio et horto, ad latitudinem unius lancei; item habet duas areas pro tabernis cum hortis et pro una duntaxat etiam specialem agrum, prout et aliae tabernae domini haeredis in eadem *Zlothnyky* habent; alia vero minorem agrum ad latitudinem decem et octo sulcorum, ad longitudinem vero unum stadium. In una pro hac vice sedet *Joannes Madey*, qui pro censu solvit unam marcam et laborat per annum diversos labores octo dies, in alia pronunc nullus certus tabernator habetur, de qua etiam alia taberna, quando est possessionata, tot dies, sicut prima, laborat et minorem censum solvere consuevit, tamen ante solvebantur de eadem pro censu solum tres fertones, modo prout poterit locari. Habent et tabernae praedictae etiam specialia prata. Item habet alias duas parvas areas pro vicario et ministro cum parvulis hortis circa ipsam ecclesiam, retro chorum ipsius ecclesiae, in quibus sunt et nunc domunculae constructae pro vicario et ministro; item habet ipsa ecclesia et eius plebanus in eadem haereditate *Zlothnyky* specialem campum satis magnum ad aestimationem duorum laneorum magnorum et plus, versus *Lypnycza*; item habet sex prata, unum post fluvium, in latitudine unius lancei, in longitudine vero unius magni stadii, secundum post eundem fluvium *Zarczyczka*, in latitudine dimidii lancei, in longitudine vero prioris mensuram aequalem fere habens; tertium post villam *Lypnycza*, in quo fuerunt de foeno sex cassulae; et tria alia prata sunt post molen-

*) *Złotniki*, wieś szlachecka położona dziś w dekanacie i powiecie *Jędrzejowskim* dyocjezy *krakowsko-kieleckiej*, w wieku XII własność możnej i starożytnej rodziny *Jaksów* h. *Gryf*, z których *Jan* albo *Janik* biskup *wrocławski*, a następnie arcybiskup *gnieźnieński* w drugiej połowie tegoż wieku z braćmi swoimi nadał dziesięciny po za rolami kmieciemi w *Złotnikach* i wielu innych wsiach swoich dziedzicznych klasztorowi *Cystersów* w *Jędrzejowie* (*Paprocki*, *Herby* str. 117). Był tam prawdopodobnie już naówczas kościół parafialny przez tęż rodzinę fundowany, skoro rzeczony biskup owemu klasztorowi nie przekazał dziesięcin z ról dworskich, które zapewne już wtenczas należały do miejscowego plebana. Obecny kościół murowany stanął w miejsce upadającego od starości drewnianego kosztem *Aleksandra Denhoffa*, opata *Jędrzejowskiego* w roku 1866 (*Rubryc.* cit. z r. 1877 f. 29). W roku 1442 *Stanisław*, pleban *złotnicki*, pozwany został przed sąd konsystorza *gnieźnieńskiego* od *Jana*, plebana w *Chęcinach* za to, że sobie przywłaszczył meszne na polu zwanem *Schetropi* (?) w obwodzie parafii *chęcinińskiej* (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn.* f. 244b).

¹⁾ *Piotr z Bogusławic*, pleban. ²⁾ *Lipnica*. ³⁾ *Wygnanów*. ⁴⁾ *Zarczyce Większe* i *Zarczyce Mniejsze*. Później przybyła osada *Mniszek*.

dinum eiusdem villae, de quibus ad minus potest colligi de foeno unus acervus cum dimidio, quando sunt bona gramina.

Zlothnyky, in qua dicta ecclesia parochialis, decima tamen manipularis post agros omnes et singulos praediales sive curiae spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Zlothnyky*; post emethonales vero et tabernarum agros decimam percipit monasterium *Andrzejoviense*.

Lypnycza, villa sub eadem parochia *Zlothnyky*; decima manipularis post unum campum, qui iacet versus *Zlothnyky*, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Zlothnyky*; de alio vero campo percipit ecclesia parochialis in *Pyakoschew*¹⁾.

*Rambyesczyce*²⁾, villa, in qua etiam est ecclesia parochialis, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praedictam in *Zlothnyky*.

*Wola*³⁾, villa sub eadem parochia *Rambyesczyce*, decima tamen manipularis de duobus campis emethonalibus spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Zlothnyky*, et de alio campo ad *Cracoviam* pertinet.

*Syetrope*⁴⁾, quondam villa, nunc vero solum campus sub parochia oppidi *Chanczyny*, qui campus confinit cum agris eiusdem oppidi, de quo campo decima manipularis totalis spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem in *Zlothnyky*.

Vignanow, villa sub parochia *Zlothnyky*; decima manipularis quondam post totam villam spectabat ad eandem ecclesiam in *Zlothnyky*, tamen, ut dicitur, abbas et monasterium de *Andrzejow*, habita cointelligentia cum haeredibus de eadem *Vignanow*, ecclesiam ipsam parochialem in *Zlothnyky* possessione spoliavit et propterea dictis haeredibus monasterium admisit sepulturam in ecclesia ipsorum monasterii ratione perceptionis decimae.

Item plebanus propter defectum et decrescentiam proventuum ipsius ecclesiae non potest servare et salariare vicarium et ministrum; ministrum tamen vult servare, dummodo posset talem habere, qui vellet stare in salario dimidiae sexagenae, prout ex antiquo dabant plebani. Qui minister superioribus annis stabat in decima de *Wola*, quae villa modo manet deserta. Item emethones de villis praedictae parochiae non solvant aliquid plebano, solum colendam de laneo per grossum, et de dimidio dimidium grossum, et tabernae etiam per dimidium grossum; item denarium sancti Petri per unum denarium a persona emethones solvunt, ratione cuius plebanus contribuit collectori duos grossos, et unum grossum pro quittance.

Piscatura. Habet etiam plebanus pro tempore existens libertatem piscandi duobus *wyanczerze* in piscina domini haeredis in eadem *Zlothnyky*, et duo obstacula ponendi pro piscatura in summitate, alias *wierzchowisko* eiusdem piscinae, in qua est molendinum, et liberam in eisdem obstaculis piscaturam piscium pro sua necessitate, ex eo, quod plebanus condescendit haeredi ponere piscinam praedictam cum molendino, et suum molendinum, quod habuit plebanus in eodem fluvio et alveo fluvii, destruxit; item habet partem fluvii *Nyda*, quam locat piscatoribus ipse plebanus pro tribus grossis ad annum.

¹⁾ *Piękoszew*. ²⁾ *Rembieszyc*. ³⁾ *Wola Tassarowa*. ⁴⁾ Miejscowość dziś nie znana.

12. RAMBYESCZYCZE.*)

Taxata ad dimidiam marcam argenti.

In eadem *Rambyesczyce* est ecclesia parochialis, ex parochiali ecclesia in *Złotnyky*, ut communiter dicitur, erecta et fundata, tituli *S. Pauli*, collationis haeredum de eadem *Rambyesczyce*, *Carsnycze*¹⁾ et *Myronyche*²⁾, lignea defectuosa, in tecto stillicidia ex defectu reformationis, per totum etiam super parietes et in campanili patiens, quam pronunc obtinet quidam *Joannes*, ad eam per olim *Sbigneum*, archiepiscopum institutus. Non habet, in quo vicarium plebanus tenere posset, quia decreverunt proventus eiusdem ecclesiae, sed nec ministrum, et plebanus solus circa ipsam ecclesiam facit residentiam personalem, homo senex, et ex senio defectuosus. Item ad eandem ecclesiam parochialem in *Rambyesczyce* iure parochiali pertinent quatuor villae ex antiquo, videlicet dicta *Rambyesczyce*, *Wolasythla*³⁾, *Myronyche* et *Carsnycze*; item habet eadem ecclesia pro dote plebanali in ipsa villa circa ecclesiam satis latam et spatiosam aream pro curia, (in qua modo est curia), allodium, pomerium et hortum, et aliam aream pro ministro insimul; item habet agrum penes dictam ipsius aream, in latitudine unius lanei, et longitudine quatuor stadiorum se protendentem, et similiter alium agrum in longitudine et latitudine post piscinulam et pratun penes eundem agrum prope villam, de quo possunt aliquando colligi sex currus foeni, et alia prata duo post fluvium *Nyda* in silva, inter prata villarum *Złotnyky* et *Lypnycza*, de quibus potest colligi ad minus unus acervus foeni, sed modo ipsa prata occupata nemoribus; item habet aream specialem pro taberna penes piscinulam plebani, quae piscinula iacet inter agros plebanales; item habet speciales agros sive arvos alias *nywy* octo inter agros curiae sive praedii in haereditate *Złotnyky*.

Rambyesczyce, in qua dicta parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praedictam in *Rambyesczyce*, post emethones vero provenit ecclesiae in *Złotnyky*.

Myronyche, sub eadem parochia villa; decima manipularis post agros praediales sive curiae pertinet ad ecclesiam in *Rambyesczyce*. Post emethones vero agros in *Cracoviam* cedit.

Carsnycze, villa sub praefata parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad praefatam ecclesiam in *Rambyesczyce*, post emethones vero decima cedit in *Curzelow*, in manus vicecusto-

*) *Rembieszce*, wieś szlachecka dziś należąca do dekanatu i powiatu *Jędrzejowski* w diecezji *krak.-kieleckiej*, gniazdo rodziny *Rembiewskich* h. *Jastrzębiec* z przydomkiem *Kruszyna* (Niesiecki l. c. III, 854), która tam niezawodnie kościół parafialny założyła i uposażyła w roku 1438. Aż dotąd *Rembieszce* należały do parafii *Złotniki*. Dzisiejszy piękny kościół mурowany w miejsce dawnego drewnianego wystawiła prawdopodobnie taż rodzina w końcu wieku XVI. Kościół ten po zgorzeniu w roku 1799 zrestaurował i przyozdobił *Franciszek Wołski*, dziedzic wsi *Wola Tassarowa* (Rubryc. cit. z r. 1877 f. 33).

¹⁾ *Kraśnica*. ²⁾ *Mieronice*. ³⁾ *Wola Tassarowa*.

dis pro vino ecclesiae; item emethones nihil aliud solvunt, solum dant colendam per sex denarios, et denarium a qualibet persona pro denario sancti Petri, de quo contribuit collectori duos grossos et tertium pro quittance.

13. MALOGOSZCZ*), OPPIDUM.

Taxata ad quatuor marcas argenti.

In eodem oppido *Malogoszcz* regiae maiestatis ecclesia parochialis, tituli *sanctae Margarethae* et *Nicolai*, lignea, de collatione regiae maiestatis, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Wasnow*¹⁾, a longo tempore per olim *Sbigneum*²⁾ archiepiscopum ad illam institutus, actu presbyter, et circa ipsam continue residens, qui pro sui sustentatione et ecclesiae ipsius oneribus adimplendis semper et continue ex antiquo, prout et alii sui praedecessores plebani faciebant, tenet, servat

*) *Malogoszcz*, niegdyś miasto królewskie i kasztelania z starożytnym zamkiem, w dokumentach z wieku XIII wspomnianym, dziś osada w powiecie i dekanacie *Jędrzejowskim*, diecezji *krak.-kieleckiej*, według podań miejscowych wznosiło się pierwotnie na przyległej górze *Bochymiu*. *Kazimierz W.* otoczył je murem i fundował w niem kościół parafialny w roku 1342, hojnie go uposażywszy. W krótkim czasie miasto wzmogło się tak dalece, że liczyło kilka tysięcy ludności, lecz skutkiem wojen i zarazy morowej zniszczało do tego stopnia, iż pozostali w małej liczbie mieszkańcy przenieśli je na miejsce, na którym obecnie istnieje. Za przywilejem króla *Władysława Jagielly* przeniesione zostało w r. 1408 z prawa polskiego na niemieckie (Baliński, *Starożytna Polska* II, 389—391. Tygodn. illustr. warsz. t. IV, str. 116). W roku 1442 występuje w konsystorzu *gnieźnieńskim* pleban miejscowy, *Maciej*, jako świadek przy załatwieniu sprawy spornej o dziesięciny w *Czernicach* pomiędzy *Pawłem Giżyckim*, biskupem *płockim*, a *Mikołajem Natęczem*, plebanem z *Pałuk* w diecezji *płockiej* (Excerpta ex actis Consist. Gnesu. f. 224b). Po przeniesieniu miasta mieszczanie wystawili sobie kościół drewniany, który wytrwał aż do końca wieku XVI. W roku bowiem 1595 proboszcz miejscowy, *Jakób Chrostkowski*, tak własnym nakładem jako i z składek parafian dźwignął w jego miejsce dzisiejszy piękny kościół gotycki częścią z kamienia ciosowego, częścią z cegły palonej w formie krzyża z wyniosłą na przodzie wieżą. Nad drzwiami głównymi umieszczona jest tablica kamieniana, na której wykuty jest orzeł biały a pod nim następujący napis: *Me D. Casimirus rex 1342 fundavit, R. Jacobus Chrostkovius 1595 erexit*. Napis ten wprowadził wielu w błąd, jakoby rzeczony kościół wystawiony został przez *Kazimierza W.*, a tylko zrestaurowany w roku 1595 przez proboszcza swego *Chrostkowskiego*, chociaż wyraźnie tam powiedziano *erexit*. W ten sam błąd popadł autor opisu kościoła w *warszawskim* Tygodniku ilustrowanym (t. IV, str. 116). Najlepszym dowodem, że nie *Kazimierz W.* ale *Chrostkowski* w roku 1595 dzisiejszy kościół wystawił, jest opis powyższy, który wyraźnie podaje, że jeszcze w początku wieku XVI kościół w *Malogoszczu* był drewniany (*lignea*). Napis przeto rzeczony tak rozumieć należy, że *Kazimierz W.* pierwotny kościół fundował i uposażył, a dzisiejszy dźwignął z fundamentów (*erexit*) *ks. Chrostkowski*. Tak też rzecz pojmuje rubrycella diecezji *krak.-kieleckiej* z r. 1877 str. 31. Kościół ten konsekrował w roku 1595 *Piotr Tylicki*, podówczas biskup *chełmiński*. Za staraniem obecnego rządcy swego utrzymany jest czysto i starannie. Niegdyś wznosił się w mieście na placu targowym drugi kościół drewniany pod wezwaniem *ś. Rozalii*. Kiedy zniesiony został, dojsć nie można. Na górze zaś zwanej *Babinek*, tuż za miastem, gdzie urządzony jest cmentarz grzebalny, utrzymał się dotąd kościółek obecnie bardzo zniszczony, który *ks. Chrostkowski* w roku 1595 równocześnie z parafialnym wystawił (Tygodn. illustr. t. IV, 116). W kościele parafialnym przechowała się od niepamiętnych czasów figura ukrzyżowanego Zbawiciela powszechnie za cudowną uważana.

¹⁾ *Jan z Wasniowa*, pleban. ²⁾ *Zbigniew Oleśnicki* † 1493.

duos presbyteros in vicarios, quibus pro ipsorum salario dat habetque decimas praediales in villis, *Lassocho*¹⁾ praedialem, in valore sex marcarum, in *Bolmyn*²⁾ etiam praedialem, in valore trium marcarum, in *Gniezdzyńska*³⁾ post scultetos in valore unius marcae cum dimidia. Necnon post omnes villas parochiae una cum ministro percipiunt colendam; necnon et ministrum scholae ac ecclesiae, cui pro salario dat decimam manipulearem post alios agros nobilium in praefata *Bolmyn*, in valore unius marcae; necnon colendam post totum oppidum *Malogoszcz*, in valore novem fertonum; item minister habet quoddam pratum in bonis *Malogoszcz* pro eo, quod mittit clericos ad infirmos cum viatico cum vexillis et candelis, de quo percipit unum fertonem, et quinque panes omni feria sexta; item habet ipsa ecclesia et eius plebanus imprimis pro dote et fundo specialem aream cimiterio contiguam, spatiosam et satis latam, protendentem se incipiendo etiam a circulo oppidi eiusdem et inter duas vias, videlicet unam, quae vadit versus *Costow*⁴⁾, et aliam, quae vadit versus *Lassocho*, usque ad fluvium dictum *Pyrzchnyca*⁵⁾; in qua area et dote ultra curiam plebanalem hortum, allodium, pomeria et situm sunt et duae hortulaniae necnon campus magnus, in quo campo est mons dictus *Babynek*⁶⁾, necnon silva dicta *Sobyanow*, ac borra cum mellificiis, se protendens inter dictas vias ad longitudinem usque ad ripam praefati fluvii *Pyrzchnyca*; item habet et pratum penes fluvium dictum *Lassosyna*, inter prata oppidanorum eiusdem oppidi, dictum et appellatum pratum plebanale, de quo omni anno possunt colligi duo acervi boni de foeno; item habet eadem ecclesia ex antiquo dictum oppidum *Malogoszcz*, necnon villas sex, videlicet *Czessle*⁷⁾, *Leschnicza*⁸⁾, *Gnyezdzyska*⁹⁾, *Ruda*¹⁰⁾, *Zajaczkow*¹¹⁾, *Bolmyn*¹²⁾ iure parochiali pertinentes et spectantes.

Habet et villam *Popowicze*¹³⁾ sub parochia *Czyrno*¹⁴⁾ pro fundo, cum omnibus et singulis ipsius villae censibus, redditibus, pratis, borris, mellificiis, necnon et molendino aquatico manuali in fluvio dicto *Nyda*, ac universis ipsius villae obventionibus, in qua villa habet et speciale praedium, in quo emethones laborant et excolunt, necnon seminant, metunt, et in horreum inducunt, necnon prata disponunt, colligunt, et in horreum inducunt, et censum de laneo per tres fertones solvunt, et duos capones cum triginta ovis; in qua villa sunt undecim lanei emethonales, et una taberna habens agros, quae pro censu solvebat unam marcam, modo tamen est deserta, et novem lanei pronunc solum sunt possessionati, alii veri deserti duo. De molendino molendinator pro censu solvit unam sexagenam ad annum.

Popowicze, villa praefata plebanalis sub parochia *Czyrno*, decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae, praeter unicum parvum campum sub villa *Tyniec*¹⁵⁾, proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem in *Malogoszcz*, et eius valor aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus. Item habet et alia prata post fluvium *Nyda*, dicta *Coczeyowki*¹⁶⁾, ad eandem villam

¹⁾ *Lasocho*, wieś należąca do parafii *Kozłów*. ²⁾ *Bolmin*. ³⁾ *Gniezdzyńska*. ⁴⁾ *Kozłów*. ⁵⁾ *Pierzchnica*. ⁶⁾ *Babinek*, o którym było wyżej. ⁷⁾ *Cieśle*. ⁸⁾ *Lesnica*. ⁹⁾ *Gniezdzyńska*. ¹⁰⁾ *Ruda*. ¹¹⁾ *Zajaczków*. ¹²⁾ *Bolmin*, dziś wieś z kościołem parafialnym w końcu wieku XVI przez wspomnianego wyżej plebana *malogostskiego*, *Jakóba Chrostkowskiego* z cegły palonej wystawionym, głośnym na całą okolicę obrazem cudownym *N. Maryi P.*, do którego wcielone zostały wsie: *Bolmin*, *Jedlnica*, *Milechowy* i *Wymysłów* (*Rubryc. dyec. krak.-kieleckiej* z r. 1877 str. 16). ¹³⁾ *Popowice*. ¹⁴⁾ *Czerno*. ¹⁵⁾ *Tyniec*. ¹⁶⁾ *Kociejówki*.

Popowicze spectantia et pertinentia, confinantia cum bonis villarum *Nogłowicze*, *Tyniec* et *Tworow*; item habet et decimas infrascriptas.

Malogoszcz, oppidum praefatum; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius oppidi proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem in *Malogoszcz*, et aestimatur eius valor ad octo marcas, aliquando magis, et conducitur per oppidanos in horreum plebani propriis curribus; non solvunt decimam canapi.

Czyessle, villa sub eadem parochia in *Malogoszcz*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ipsam ecclesiam et eius plebanum in *Malogoszcz*, et eius valor aestimatur ad tres marcas, et solvunt decimam canapi emethones de laneo per sex gerugas seu ligaturas pro festo *S. Martini*, nihilominus conducunt; de praedialibus vero agris percipit ecclesia parochialis et eius plebanus in *Radoszyce*¹⁾ deciman.

Leschnicza, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros totius villae, etiam sculteti, spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Malogoszcz*, et eius valor aestimatur ad tres marcas, et ducunt ipsam decimam propriis curribus in horreum plebani ad *Malogoszcz*, ratione cuius ducturae plebanus tenetur eis dare singulis annis unum vas seu octuale cervisiae pro festo *S. Martini*, aut ante, seu post; et solvunt nihilominus de laneo ratione decimae canapi per sex ligaturas canaporum pro *Martini* (sic).

Habet et theloncum, nonam septimanam, quod exigitur recipiturque in dicta *Malogoszcz*, *Chanczyny*²⁾ et *Curzelow*, quod aestimatur omni anno citra vel ultra ad decem marcas, quod tamen ante tempora, dum boves ex Russia ducebantur, faciebat aliquando viginti marcas. Recipitur autem a bobus, a quolibet bove per quatuor denarios, a singulo curru cum sale per dimidium grossum, a vacuo curru per quatuor denarios, a curru vero, in quo ducuntur pisces aut alecia, per unum grossum, ab humuli curru per duos grossos, ab omnibus mercantiis per duos grossos, a lino etiam per duos grossos, a *Cyzsz* etiam per duos grossos.

Bolmyn, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Malogoszcz*, et eam percipiunt vicarii et minister in illidem in valore superius descripto; post vero emethonales agros percipit ecclesia parochialis et eius plebanus in *Czyrno*.

Gnyezdzyska, villa sub eadem parochia; decima manipularis post araturas et agros scultetiae proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Malogoszcz*, et percipiunt eam vicarii, ut supra; post emethones vero pertinet in *Curzelow*.

*Lassocho*³⁾, villa, curia ipsius sub parochia eadem in *Malogoszcz*; decima manipularis praedialis spectat ad eandem ecclesiam in *Malogoszcz*, et percipiunt eam vicarii in valore, ut supra.

Item emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt eidem ecclesiae ratione servitorum et administrationis sacramentorum, praeter colendam, quam percipiunt vicarii, et a quolibet persona per denarium unum sancti Petri, et contribuit plebanus collectori denarii sancti Petri de eadem parochia omni anno sedecim scotos et unum grossum pro quitantia.

¹⁾ *Radoszyce*, wieś z kościołem parafialnym w dyecezyi *sandomierskiej* w dekanacie *końskim*. ²⁾ *Chęciny*. ³⁾ *Lasocho*, dziś w parafii *kozłowiekiej*.

14. CHANCZYNY*), OPPIDUM.

In eodem oppido *Chanczyzny* ecclesia parochialis, tituli *S. Bartholomaei*, cui est unita alia ecclesia parochialis in antiqua *Chanczyzny*, tituli *S. Stanislai*, quae dicitur fuisse ante matrix ipsius ecclesiae in oppido, per olim reverendissimum dominum *Fridericum cardinalem*, archiepiscopum et primum *Gnesnensem* et episcopum *Cracoviensem*, ut dicitur, de consensu bonae memoriae *Elisabeth*, reginae *Poloniae*, et tunc patronae utriusque, quae tamen est mere de collatione et iure patronatus regis *Poloniae*, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Punczelicze*¹⁾, actu presbyter, et circa ipsam ecclesiam in oppido faciens residentiam personalem. Qui plebanus pro tempore existens, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam in oppido duos vicarios et ministrum, necnon circa praedictam in antiqua *Chanczyzny* unitam, unum vicarium, manuales, pro sui sustentatione et oneribus ipsarum ecclesiarum adimplendis solet tenere, servare, salariare, tenetque et servat ac salariat de praesenti. Qui quidem vicarii in oppido *Chanczyzny* pro salario habent quaestum ecclesiae alias obventiones ecclesiae, de offertorio vero plebanus tollit medietatem, et medietatem vicarii cum ministro; de aliis vero, videlicet funeralibus obventionibus et exequiarum quarumcunque plebanus percipit aequalem sortem inter ceteros vicarios, ministrum et alios presbyteros circa ecclesiam residentes, et ceremoniis interessentes. Vicarius tamen in antiquo *Chanczyzny* salariatur per plebanum, ut commodius poterit; pro anno tamen praesenti ordinatus est de duabus marcis; item

*) *Chęciny*, starożytne miasto królewskie nad rzeczką *Jasionką*, głośnie niegdyś z kopalni srebra i lamów marmuru, dziś należące do dycezyi *krakowsko-kieleckiej*, miało od niepamiętnych czasów zamok obronny, w którym król *Władysław Łokietek* dnia 14 czerwca roku 1331 odprawił zjazd dla naradzenia się względem wojny z *Krzyżakami* i niektóre nowe ustanowił prawa (Długosz, Hist. Pol. lib. IX, 1008 sqq. Paprocki, Herby str. 42. Baliński l. c. II, 374 sqq.). Za czasów króla *Kazimierza W.* miasto przeniesione zostało na miejsce, na którym dziś stoi, i tu tenże monarcha około roku 1350 wystawił dzisiejszy kościół dość wspaniały z cegły palonej, który mimo częstej przez pięć wieków zmiany utrzymał cechy budowy XIV wieku i prawdziwą stanowi miasta ozdobę. Pierwotny kościół w *Starych Chęcinach* przez poprzedników *Kazimierza* fundowany zapewne już w wieku XIII, stanowił od czasu przeniesienia miasta osobny kościół parafialny obok nowego kościoła *Kazimierzowego*. Dopiero kardynał *Fryderyk Jagiellończyk*, arcybiskup *gnieźnieński* (1493—1503) wcielił za konsensem matki swej królowej *Elżbiety*, pierwszy do drugiego i jednę ustanowił tylko parafię w *Chęcinach*, jak to opis powyższy wyraźnie świadczy. Początkowo utrzymywał się przy kościele *staro-chęcińskim* wikaryusz, dziś on jest tylko kaplicą publiczną, w której się raz poraz nabożeństwo odprawia. Oprócz tych dwóch kościołów istnieją w parafii kaplice publiczne: w więzieniu miejskim i w wsi *Polichno*. Nadto jest tam kościół murywany z klasztorem dotąd istniejącym panien *Franciszkanek*, przy którym aż do roku 1864 istniał także klasztor *OO. Franciszkanów* czyli *Minorytów*, który w tymże roku wraz z innymi został zniesiony. Ostatni na dniu 1 kwietnia roku 1657 przez *Kozaków* i *Węgrów* był złupiony, którzy przy tej sposobności trzech zakonników okrutnie zamordowali. W roku 1391 osadzony został w zamku *chęcinińskim* *Andrzej Olgerdowicz*, przyrodni brat *Władysława Jagielly*, za kunszachty z *Krzyżakami*, i całe trzy lata w strasznom trzymany był w więzieniu. Drugim znakomitym więźniem był *Michał Kuchmeister*, wódz krzyżacki, pojmany w bitwie pod *Tannenbergiem* r. 1410. W czasie morowej zarazy w roku 1425 przebywał tu z polecenia *Jagielly* syn jego *Władysław* rok nie spełnia mający (Baliński l. c. II, 375).

¹⁾ Miejsce nieodgadniono.

minister ecclesiae ultra sortem, quam percipit inter vicarios, habet unam sexagenam a consulibus de praetorio loco mensalium omni anno, necnon ratione processionis, quam per scholares de schola facit ante sacramentum Eucharistiae, quando deportatur ad infirmos, habet tres hortos, quos habent in potestate consules, et solvunt de eisdem omni anno per dimidiam marcam; item plebanus pro tempore existens ordinat vicarios ad ecclesias praedictas, ministrum vero plebanus una cum consularu confert (sic), et similiter campanatorem et vitricos constituunt insimul. Vicarii, licet manuales, tamen utique domunculas suas suis sumptibus reformant, scholam vero, ut dicitur, consulatus. Habet eadem ipsa ecclesia oppidana et eius plebanus pro dote et fundo imprimis aream circa ipsam ecclesiam cimiterio contiguam et in ea domus pro residentia ipsius necessarias, satis strictam, quia sub monte versus castrum sitam cum parvo alodio; item habet hortum extra domum et in eodem piscinulam inter hortos *Martini Badowski* ex una et *Joannis Borowycz* parte ex altera iacentem; item habet ipsa ecclesia speciales areas pro vicariis et schola, in eis domunculas cimiterio adiacentes. Habet etiam agros speciales ipsa ecclesia et eius plebanus pro fundo in quatuor locis haereditatis oppidi *Chanczyzny*, qui quidem agri iuxta aestimationem hominum habent in latitudine et longitudine extensionem unius cum dimidio lanei; et circa eosdem agros habet quatuor prata, ex quibus potest colligere quatuor currus de foeno; item habet et decimas infrascriptas.

*Gory*¹⁾, villa sub eodem oppido *Chanczyzny*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, alias qui colebantur ex antiquo pro curiis nobilium, spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Chanczyzny* oppidum (sic), et valor eius aestimatur aliquando ad unam marcam, aliquando minus vel magis.

Chanczyzny, oppidum; decimam manipularem per certos et paucos agros civiles vix ad tertiae partis aestimationem se extendentes percipiebat ecclesia oppidana, villana vero in *Chanczyzny* percipiebat de maiori parte civilium agrorum, sicque pronunc ratione unionis et incorporationis plebanus percipit decimam manipularem post omnes et singulos agros ipsius oppidi, demptis campis dictis *hysvanyecz*, de quo percipit canonicus de *Kyelcze*, et campo dicto *syetropye*²⁾, de quo plebanus de *Złotnyki* percipit decimam, et valor decimae pronunc ad plebanum in *Chanczyzny* pertinentis aestimatur citra vel ultra ad sedecim marcas, et conducit eam plebanus propriis curribus; tamen super huiusmodi decimae conductione per oppidanos fienda pendet causa et lis indecisa per dominum *Martinum de Staro*, quondam in oppido *Chanczyzny* plebanum, coram loci ordinario civibus mota et intentata. Item habuit eadem ecclesia oppidana villas ultra oppidum ad eam iure parochiali pertinentes octo, videlicet *Polykno*³⁾, *Myedzancka*⁴⁾, *Zawada*⁵⁾, *Scheffcze*⁶⁾, *Gory*⁷⁾, *Bolechowicze*⁸⁾, *Wola*⁹⁾, *Radkowicze*¹⁰⁾, de quibus villis et oppido plebanus nihil aliud percipit, solum colendam in oppido de qualibet domo de hospite per unum grossum, de inquilinis per dimidium grossum, de *Wola* vero et *Polikno* per unum grossum; necnon denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium, de quo

¹⁾ *Zgórsko*. ²⁾ W roku 1442 toczyła się sprawa o te dziesięciny na polu zwanem *Schetropie* przed sądem konsystorza *gnieźnieńskiego* pomiędzy *Janem*, plebanem z *Chęciny*, a *Stanisławem*, plebanem z *Złotnik*, które ostatniemu zostały przyznane (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 244). ³⁾ *Polichno*. ⁴⁾ *Miedzianka*. ⁵⁾ *Zawada*. ⁶⁾ *Szewce*. ⁷⁾ *Zgórsko*. ⁸⁾ *Bolechowice*. ⁹⁾ *Wola Murwana*. ¹⁰⁾ *Radkowice*.

contribuit una cum antiqua *Chanczyny* collectori sedecim scotos una cum quittance.

*Antiqua Chanczyny*¹⁾, ecclesia quondam parochialis, quae de anno domini millesimo quingentesimo est unita ecclesiae oppidi *Chanczyny*; et eius rector, prout extunc plebanus de oppido *Chanczyny*, ratione dictae unionis habet pro dote et fundo in eadem villa *Chanczyny* circa ecclesiam in ibidem sitam aream pro curia plebanali cum horto, allodio, et pomerio, alias pro vicario et ministro scholae; necnon aream cum horto pro hortulano; item habet agros in campis eiusdem villae hinc inde divisos ad aestimationem unius lanei; item tria prata, de quibus posset colligi de foeno unus acervus cum dimidio; item piscinulam. Item ad eandem ex antiquo tres villae, videlicet dicta *antiqua Chanczyny*, *Korzeczek*²⁾ et *Skyby*³⁾, necnon castrum *Chanczinense*⁴⁾ iure parochiali spectabant et pertinebant. Item decimae infrascriptae.

Praedium castri Chanczinensis; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem praedii spectabat et pertinebat ad eandem ecclesiam, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, aliquando magis vel minus, et eam conducit plebanus proprio curru.

Korzeczek, villa sub parochia eadem *Chanczyny*; decimam manipularem post agros totius villae alternatis vicibus percipit plebanus de *Chanczyny* et *Przedborz*; et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; et solvunt decimam canapi in canapis, et ducturam faciunt.

Antiqua Chanczyny; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando magis; et solvunt ultra ducturam decimam canapi in canapis.

Skyby, sub eadem parochia in *Chanczyny*; decima manipularis post omnes agros ipsius villae proveniens spectat ad eam ipsam ecclesiam in *Chanczyny*, et valor eius aestimatur ad unam marcā cum dimidia. Non solvunt decimam canapi, neque conducunt, quia nobiles. Cmethones etiam de eisdem villis tribus nihil aliud solvunt, solum colendam et denarium sancti Petri; colendam per dimidium grossum et per denarium a qualibet persona ratione denarii sancti Petri.

PRAEBENDA seu ALTARE⁵⁾ in eadem parochiali oppidana ecclesia, tituli *S. Stanislai*. Eadem praebenda seu capellania perpetua sub titulo *S. Stanislai* in eadem parochiali ecclesia oppidi *Chanczyny*, collationis consulum eiusdem oppidi *Chanczyny*, quam nunc obtinet *Simon de Rawa*, actu presbyter, et circa ipsam ecclesiam residentiam faciens personalem, quae pro fundo habet et dote aream prope ecclesiam, in eadem domunculam cum pomerio, et solet legere tres missas ex institutione, videlicet sabbato de *beata Virgine*, die dominico de *S. Trinitate*, et feria secunda pro defunctis. Item habet octo hortos circa civitatem, quos locat, videlicet unum penes piscinam eiusdem praebendae, inter hortos civitatis et plebani

1) *Stare Chęciny*. 2) *Korzeczek*. 3) *Skiby*. 4) *Zamek Chęciński*. Wsie te wraz z zamkiem wcielone zostały w roku 1500 do parafii w mieście *Chęcinach*, do której przybyły później jeszcze następujące osady: *Chareżów*, *Dobrzęzka*, *Mosta*, *Podpolichno*, *Podzamcze*, *Sitkówka*, *Zalesie*, *Zażalejowa*. 5) Na boku dopisano społecznie: *Tawatur ad unam marcā argentii*.

et alium etiam penes aliam piscinulam praepositi hospitalis, et ibidem humularium sive lupularium alias *chmelnyk*, necnon et pomerium, et aestimatur proventus omni anno ad unam marcā; item habet pascuarium et penes hoc pascuarium sex alios hortos. De pascuario omni anno provenit una sexagena, de hortis vero, prout potest pro tempore locare, ad minus pro una sexagena, aliquando minus; item habet unam piscinulam. Non solvit alicui aliquid de praedictis hortis; item habet et nonum hortum cum pomerio penes hortum *Blasii* ex una parte, et ex alia *Helena* viduae, de quo percipit unum fertonem; non solvit aliquid civitati etiam de eodem horto; item habet unum dimidium laneum agrorum ad aestimationem, quia in diversis locis iacent agri per aliquot stadia, alias duo *pranthy*, quos locat hominibus, et provenit ad minus una marca, deductis oneribus, hoc est censu castri; item habet alium agrum specialem penes metas *Skyby*, et penes viam, quae vadit in *Myedzanka*, de quo agro nemini aliquid solvit; quem agrum locat aliquando pro sex grossis, aliquando pro decem grossis.

PRAEBENDA CASTRI *Chanczyny*¹⁾. In castro *Chanczynensi* est praebenda seu altare tituli sanctorum *decem millium militum*, quam pronunc obtinet *Antonius de Wnyenye*²⁾, dioecesis *Gnesnensis*, institutus auctoritate olim reverendissimi domini *Andree*³⁾ archiepiscopi, ad praesentationem olim regionalis celsitudinis, est enim de collatione regiae maiestatis; quae pro fundo habet, et imprimis onera (sic); item capitaneus castri pro tempore existens ex antiqua consuetudine pro capella et necessitate altaris videlicet ceram et vinum tenebatur providere, fuitque aliquando desuper privilegium, quod negligentia praebendariorum deperditum est; et similiter habet et specialem habitationem et reservaculum in castro penes capellam; item habet aliquando ex privilegio et constitutione fundationis de duobus in duos annos continue pelliceum vulpineum et pannum *Ostrodomiensem*. Decima manipularis in *Skorkow*, sub parochia in *Malogoszcz*, post omnes et singulos agros totius villae spectat et pertinet ad eandem praebendam et capellaniam et eius praebendarium et capellanum, et valor eius aestimatur pro hac vice ad quinque marcas, aliquando minus vel magis. Item altarista sive praebendarius ex antiqua consuetudine tenetur legere ad altare praedictum duas missas omni septimana, videlicet de *decem millibus martyrum*, et pro defunctis.

PRAEPOSITURA HOSPITALIS in *Chanczyny*⁴⁾. In eodem oppido *Chanczyny* hospitale cum capella, in area hospitalis situm, sub titulo *Assumptionis beatae Mariae*, et ex opposito capellae hospitale pauperum sive domus; item in area eiusdem hospitalis est alia domus pro praeposito, necnon balneum et curia satis lata et spatiosa extra muros oppidi *Chanczyny*, et retro domum praepositi est pomerium noviter plantatum, sive hortus; habet hospitale cum praeposito agros diversos per partes hinc inde inter agros civiles divisos ad aestimationem duorum laneorum minus una quarta, computato et incluso agro, qui est in villa *Potileno* civili, in quo sedebat cmetho quidam, et solvebat pro censu unam sexagenam, modo tamen manet

1) Na marginesie znajduje się społeczny dopisek: *Non fuit taxata, sed ista contributionem solvit sex grossos alias ab uno fertone*. Kaplica ta czyli praebenda powstała niewątpliwie razem z zamkiem, uposażona przez monarchów polskich dla wygody mieszkańców. 2) *Antoni z Unienia*, praebendarz. 3) *Andrzej Boryszewski*. Na marginesie dopisek społeczny: *Non est taxata neque contribuit*.

desertus, qui vero agri sunt in campo civili locantur pronunc et proveniunt una marca cum dimidia, solvit tamen praepositus de eisdem agris omnibus, quia non sunt exempti a censibus regalibus, undecim scotos; item habet unum hortum inter hortos civiles, de quo habet utilitates praepositus cum hospitali pro victualibus, cum piscimula in eodem horto; item *Withek* civis eiusdem oppidi solvit censum unum fertonem de censu terrario ex horto, qui iacet ad fontes civiles, dictos *pywne*, penes viam, quae vadit in *Pyakoschow*¹⁾; item habet duas piscinas, unam ex antiquo in villa *Polikno*, et aliam in haereditate oppidi *Chanczyny*, iacentem penes stratam, quae vadit ad *S. Crucem*, et penes agrum *syerwathka*, noviter a duobus annis per olim *Gyza*, civem hospitali donatum, de quibus tam de hortis quam piscinis nemini aliquid contribuit. Item praepositus pauperes in hospitali viventes et manentes omnibus victualibus providet, et eleemosynas pro eisdem pauperibus convertit ac dispensat, et solus etiam cum eis participat, et duas missas per septimanam pro sacerdotibus et benefactoribus legit.

15. PYAKOSCHOW.*)

Taxata ad duas marcas argenti.

In eadem *Pyakoschow* villa ecclesia parochialis, tituli *S. Jacobi apostoli*, de collatione haereditis in eadem, alias domini *Odrowasch*²⁾, quam obtinet pronunc *Mathias de Labischin*³⁾, actu presbyter, et residentiam personalem circa ipsam faciens et illius est possessor a triginta annis et ultra. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus circa ecclesiam pro dote et fundo habet aream satis latam pro curia et allodio; habet et hortum ante curiam domini haereditis sufficientem; item habet et alias areas pro vicario et ministro, videlicet penes aream plebanalem versus villam; item habet ipsa ecclesia et eius plebanus in eadem haereditate et villa duas tabernas, seu areas, cum hortis pro tabernis, ex quibus una modo est deserta, quae solum habet aream cum horto, et parum de agro retro hortum, ad aestimationem citra vel ultra duorum stadiorum, alia vero possessionata, in qua moratur *Stanislaus Cusz*⁴⁾, donata ecclesiae per olim magnificam *Catharinam*, relictam olim magnifici domini *Petri Odrowasch*⁵⁾, de consensu olim magnifici domini *Joannis*⁶⁾ palatini *Russiae*, filii dicti olim *Petri* palatini occisi in *Valachia*⁷⁾.

¹⁾ *Piękoszew*.

* *Piękoszew (Piękoszów)*, wieś szlachecka dziś należąca do dyecezyi sandomirskiej, powiatu kieleckiego, od niepamiętnych czasów własność możnej rodziny *Odrowązów*, którzy tu w roku 1366 kościół parafialny dotąd istniejący z cegły palonej wystawili i uposażyli. Ta starożytna świątynia rozmaite przechodząc koleje i zmiany przechowała mimo to cechy budowy wieku XIV (Rubryc. dysc. sandom. z. r. 1877 str. 47).

²⁾ *Odrowąz*. ³⁾ *Maciej z Labiszyna*, pleban. ⁴⁾ *Kusz*. ⁵⁾ *Piotr Odrowąz*, najprzód wojewoda podolski a potem ruski † 1450. ⁶⁾ *Jan Odrowąz*, najprzód wojewoda podolski, następnie ruski. ⁷⁾ *Piotr*, wyżej wspomniany wysłany był przez króla *Kazimierza Jagiellończyka* do *Wołoch*, ażeby przywrócić na gospodarstwo tamtejsze wyzutego z niego księcia *Aleksandra* i tam roku 1450 poległ śmiercią walecznych (Niesiecki l. c. III, 408. 409. Paprocki l. c. str. 503—505).

Quae taberna habet aream cum horto, necnon agros et pratum, et solvit plebano pro censu unam marcam cum dimidia, et laborat sex diebus per annum; item habet et hortulaniam per dictam olim dominam *Catharinam Odrowaszowam* cum taberna et piscina donatam, quae hortulania habet etiam agros speciales ad aestimationem dimidii lanei, et solvere pro censu ex antiquo tenetur annuatim per unum fertonem, et omni septimana laborare unam diem per se, alias *pieschy*; item habet ex antiquo speciales agros, sive campum unum in haereditate eiusdem villae, qui ager sive campus iacet inter agros curiae, sive praediales, et viam, quae ducit in *Szrukovicze*¹⁾, et borram eidem agro confinantem protendentemque se usque ad piscinam domini haereditis dictam *okraglicze*. Possunt in eadem borra melificia fieri, et sunt aliquot; item habet et praedictam piscinam per olim magnificam dominam *Catharinam Odrowaszowa* donatam in haereditate *Szrukovicze*, ante eandem villam iacentem penes viam, quae ducit de *Szrukovicze* in *Chanczyny*; habet et decimas infrascriptas.

Pyakoschow, villa praedicta, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae, etiam qui coluntur per aliquos villae colonos, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et eius plebanum, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando minus; post emethonales vero percipit ecclesia in *Czyrno*.

Szrukovicze, villa sub eadem parochiali in *Pyakoschow*; decima manipularis post omnes agros totius villae spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Pyakoschow* et eius plebanum, et eius valor aestimatur ad quinque marcas cum dimidia; decimam etiam canapi solvunt emethones per duos grossos de laneo, et nihilominus conducunt emethones decimam.

*Oblyagor*²⁾ maior, sub parochia ecclesia in *Chelmce*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Pyakoschow*, et valor eius aestimatur aliquando ad quinque marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos, et conducunt; post praediales vero agros decimam percipit plebanus et ecclesia in *Chelmce*.

*Lyppnycza*³⁾, villa sub parochiali in *Złotnyky*, decima tamen manipularis de uno campo, qui iacet versus meridiem eiusdem villae, et eius omnibus agris proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem in *Pyakoschow*, et eius valor aestimatur aliquando ad dimidiam marcam, aliquando magis vel minus.

Molendinum dictum *Zappala*⁴⁾ sub parochia *Pyakoschow*; decima manipularis post omnes agros eiusdem molendini seu molendinatoris proveniens spectat ad eam ipsam ecclesiam et eius plebanum, et aestimatur eius valor annuus ad unum fertonem.

Molendinum dictum *Wyeza*⁵⁾ sub eadem parochia; decima manipularis de agris omnibus, quos colit molendinator eiusdem molendini, proveniens spectat etiam ad eandem ecclesiam et eius plebanum in *Pyakoschow*, et valor eius aestimatur ad quinque grossos.

¹⁾ *Szrukowice*, wieś należąca do parafii piękoszewskiej. ²⁾ *Obligor*, wieś w parafii *Chelmce* w dyecezyi krakowsko-kieleckiej. ³⁾ *Lipnica*. ⁴⁾ Młyn dziś nie znany. ⁵⁾ Tak samo.

*Rykoschyn*¹⁾, villa sub eadem parochiali, decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiales in eadem villa, et quos pronunc colunt emethones de eadem villa, dicti *Szyerkowye* et *Faber*, spectat ad eam ipsam ecclesiam et eius plebanum in *Pyakoschow*, et valor eius aestimatur ad unum fertonem. Item ad eandem ecclesiam in *Pyakoschow* iure parochiali ex antiquo sex villae spectant et pertinent, videlicet dicta *Pyakoschow*²⁾, *Galaneczyce*³⁾, *Rykoschyn*⁴⁾, *Loschen*⁵⁾, *Myaczygosth*⁶⁾ et *Szukooczyce*⁷⁾, et tria molendina videlicet molendinum *Charanza*⁸⁾, *Zapala*, et *Wyeza*. Item plebanus a emethonibus ex ipsius parochia nihil aliud percipit, solum ratione colendae per unum grossum, et a qualibet persona per unum denarium pro denario sancti Petri, et contribuit collectori per quinque scotos et unum grossum pro quittance.

Item vicario, quem tenet, ex antiquo solvit per duas marcas annuatim pro salario; et ministro dimidiam marcam,

16. CHELMCZE*), VILLA.

Taxata ad duas marcas argenti.

In eadem *Chelmcze*, alias extra villam in monte, et eidem villae proxime adiacente, ecclesia parochialis ex quadro lapide murata, tituli *S. Nicolai* et *S. Mariae Magdalенаe*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Chelmcze*, alias dominorum de *Olessko*⁹⁾, et cohaeredit alterius de eadem *Chelmcze*, videlicet *Raphaëlis*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Joannes de Chwalybogowo*¹⁰⁾, dioecesis dioecesis (sic), actu presbyter, et circa ipsam ecclesiam actu residens et nullum aliud beneficium habens. Qui quidem plebanus et eius antecessores ex antiquo circa ipsam ecclesiam residentes pro sui sustentatione et onerum ecclesiae adimplentione, prout ex antiquo, servat vicarium et ministrum. Vicario pro salario dat decimam in *Branycza* et ministro per unam marcam, necnon colendam post villam *Strawczyn podlessny*¹¹⁾ pro salario solvit. Item eadem ecclesia iure parochiali ex antiquo habet tredecim villas ad eam pertinentes, videlicet praefatam *Chelmcze*, *Pradnyk*¹²⁾,

1) *Rykoszyn*. 2) *Piękoszew*. 3) *Gałęzice*. 4) *Rykoszyn*. 5) *Łosień*. 6) *Micigozd*. 7) *Szczukowice*. 8) Nazwa dziś nie znana.

*) *Chelmcze*, wieś szlachecka, dziś należąca do dyecezyi *sandomirskiej*, dekanatu *końskiego*, powiatu *kieleckiego*, miała kościół parafialny już przynajmniej w końcu wieku XIV, albowiem akta konysytorza *gnieźnieńskiego* wspominają o nim na początku wieku XV, jako o dawno istniejącym (Archiv. Consist. Gnesn. akta luźne). Już podczas opisu powyższego kościół *chelmiecki* był starożytny z ciosanego kamienia zbudowany, który w połowie wieku XVII ogniem zniszczony, wkrótce potem zrestaurowany i w roku 1661 pod tyt. *śś. Maryi Magdaleny* i *Mikołaja* konsekrowany został (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 f. 47).

9) *Olesno*, wieś z kościołem parafialnym w dekanacie *włoszczowskim*, dyecezyi *krak.-kieleckiej*. 10) *Jan z Chwalybogowa*, pleban. 11) *Strawczyn*, wieś dziś z osobnym kościołem parafialnym wystawionym r. 1679 z cegły palonej, a konsekrowanym r. 1685. 12) *Pradnyk*, dziś w parafii nie znany. Z trzech wsi tego miana: *Pradnyk Czajowski*, *Pradnyk Konkiewski* i *Pradnyk Ojcowski*, należą dwie pierwsze do parafii *Smardzowice*, trzecia do parafii *Biały Kościół* w dyecezyi *krak.-kieleckiej* (Skorowidz Król. Pol. II, 81).

Strachczyn nagorny, *Strachczyn podlessny*¹⁾, *Wola*²⁾, *Skokcy*³⁾, *Obyagor maior*, *Obyagor minor*⁴⁾, *Mnyow*⁵⁾, *Pampycze*⁶⁾, *Bobrza*⁷⁾, *Brynycza*⁸⁾ et *Rogowicze*⁹⁾, necnon molendinum *Tepper*¹⁰⁾, et molendinum, in quo pronunc residet *Zapala*, super fluvium, utrumque molendinum dictum *Bobrza*¹¹⁾. Habet pro dote et fundo circa ipsam ecclesiam eadem ecclesia et eius plebanus specialem aream pro curia, horto, allodio et pomerio satis pro conditione competentem; item habet speciales etiam areas pro domunculis vicarii et ministri, et aliam pro taberna seu hortulania, quae iacet penes viam, quae ducit in *Chelmcze*, villam; item habet speciales agros circa ipsam ecclesiam in latitudine centum sulcorum, in longitudine vero, alicubi duorum, alicubi trium stadiorum, situm suum protendentes, et ex opposito dictorum agrorum habet duo prata inter nemora, ex quibus potest colligi de foeno dimidius acervus.

Chelmcze eadem villa, in qua parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae tam emethonales quam curiales spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam parochialem et eius plebanum in *Chelmcze*, et valor eius aestimatur pronunc ad unam marcam, quia bona sunt desertata; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Obyagor minor, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros eiusdem villae tam curiae quam emethonales proveniens spectat ad eam ipsam ecclesiam in *Chelmcze*, et valor eius aliquando aestimatur ad quatuor marcas aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt.

Obyagor maior, sub eadem parochia; decima manipularis post agros omnes et singulos praediales sive curiae provenit eidem ecclesiae in *Chelmcze*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcam.

Mnyow, sub eadem parochia villa, in qua non est aliquis emetho, sed omnes nobiles, qui loco decimae manipularis per antecessores plebanos ex compositione, ut dicitur, facta, omnes nobiles de tota villa omni anno solvunt plebano in *Chelmcze* unam sexagenam pro festo *S. Martini*.

Pampioze, villa sub eadem etiam parochia; nobiles in eadem villa residentes ex ordinatione moderni plebani, antecessoris olim *Clementis de Posnania*, cum nobilibus eiusdem villae facta, loco decimae manipularis singulis annis solvunt pro festo *S. Martini* plebano eiusdem ecclesiae in *Chelmcze* unam marcam.

Rogowicze, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Chelmcze* et eius plebanum, et eius valor aestimatur aliquando ad quadraginta grossos, aliquando minus; et solvunt decimam canapi per duos grossos de laneo.

Brynycza, sub eadem parochia villa; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in eadem

1) *Strawczyn*, dziś jeden tylko, jak wyżej. 2) *Wola*. 3) *Skoki*, dziś w parafii nie znane. Wieś tego nazwiska leży w parafii *Grzymalków* w dyecezyi *krakowsko-kieleckiej*. 4) *Obligór* i *Obligórek*. 5) *Mniów*, wieś dziś z osobnym kościołem parafialnym murowanym, wystawionym roku 1596, a konsekrowanym roku 1798. 6) *Pempice*. 7) *Bobrza*, jedyna wieś tego nazwiska w parafii *Ćmińsk* w dyecezyi *krak.-kieleckiej*. 8) *Brynica*. 9) *Rogowice*, dziś w parafii *mniowskiej*. 10) *Nieodgadnione*. 11) *Mlyn* dziś nie znany.

Chelmeze et eius plebanum. Plebanus tamen solum percipit decimam manipularem post agros praediales, post emethonales vero agros vicarius in eadem *Chelmeze* decimam manipularem percipit, et eius valor aestimatur ad tres marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Strachczyn podlessny, villa sub eadem ecclesia, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam et eius plebanum in *Chelmeze*, et valor eius aestimatur ad unam marcam, aliquando minus; post emethonales vero agros provenit mensae archiepiscopali.

Alia *Strachczyn nagorny*, villa etiam sub eadem parochia; decima manipularis post agros praediales sive curiales provenit eidem ecclesiae in *Chelmeze* et eius plebano, cuius valor, quia deserti agri iacent, aestimatur ad aliquot grossos; post emethonales vero agros spectat ad mensam archiepiscopalem.

Item emethones sub eadem parochia et villis consistentibus nihil aliud solvunt, solum colendam plebano et de aliquibus vicario et ministro, de laneo per grossum, et a qualibet persona per denarium sancti Petri; et contribuit collectori denarii sancti Petri singulis annis per quinque scotos et unum grossum pro quittance.

17. LOPUSSNO*), VILLA.

Tavata ad duas marcas argenti.

In eadem *Lopussno* ecclesia parochialis lignea, noviter constructa, nondum consumata, tituli *S. Crucis*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Lopussno*, necnon de *Czatoschowy*, *Jassyen*, *Wola*, *Wylebnow*, quam obtinet pronunc *Hieronimus* nobilis de *Mnyow*¹⁾, ex institutione ordinaria citra a sedecim annis, actu presbyter et circa ipsam ecclesiam residentiam faciens personalem. Circa quam ecclesiam ipsam *Hieronimi* plebani praedecessores pro sui et ecclesiae sustentatione et onerum supportatione semper et continue vicarium et ministrum tenuerunt et servaverunt, ipse tamen *Hieronimus* modernus plebanus solum ministrum servat et tenet propter ipsius ecclesiae proventuum decrescentiam. Vicarius salariatur per plebanum duabus marcis annuatim, et minister una marca. Item eadem ecclesia iure parochiali ex antiquo habet novem villas ad eam pertinentes et spectantes, videlicet dictam *Lopussno*, *Jassyen*²⁾, *Wylebnow*³⁾, *Dobreschow*⁴⁾, *Snechovicze*⁵⁾,

*) *Lopussno*, wieś szlachecka, należąca dziś do diecezji *krakowsko-kieleckiej*, miała kościół parafialny już na początku wieku XV, jak dowodzi wzmianka w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego* z r. 1418 (Excerpta f. 43). W miejsce dawnego kościoła drewnianego od starości upadającego stanął nowy, również drewniany, około roku 1520, jak świadczy opis powyższy. Ten gdy w połowie wieku zeszłego groził upadkiem, *Hieronim Łęcki*, dziedzic miejscowy, zastąpił go murywanym, który w roku 1766 został konsekrowany (Rubryc. dyec. *krak.-kieleckiej* z r. 1877 str. 17).

1) *Hieronim z Mniowa*, pleban. 2) *Jasień*. 3) *Wielebnów*. 4) *Dobreszów*. 5) *Snochowice*.

*Korczyn*¹⁾, *Falisławicze*²⁾, *Wola*³⁾, *Czatoschowy*⁴⁾ et tabernae in *Barycz*. Habet ipsa ecclesia et eius plebanus in eadem haereditate pro dote et fundo imprimis aream pro curia plebanali ex opposito ecclesiae, satis latam et spatiosam, et in eadem area curiam, necnon areas alias pro vicario et ministro, necnon pro hortulano et pomerio ac allodio; item habet pro dote et fundo specialem campum agrorum iacentem penes aream plebanalem et protendentem se simul cum merica alias *dambrowa* usque ad alveum dictum *glamboka smuga*, et in eadem merica habet aliquid de pratis. Est tamen differentia iuter plebanum et haeredem super merica praedicta. Habet insuper et piscinam in villa et haereditate *Jassyen*, donatam per nobiles *Stogwyew* et *Jacobum*, germanos, de eadem *Jassyen* eidem ecclesiae et plebanis pro tempore existentibus, et in recompensam huiusmodi donationis plebanus modernus se et suos successores obligavit ad legendum per unam missam in mense, pro una vice et mense pro peccatis et alia vice in alio mense pro defunctis benefactoribus, alias alternatis vicibus in perpetuum.

Lopussno, villa, in qua eadem ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Lopussno* et eius plebanum, et valor eius aestimatur ad duas marcas, quam tamen non vendit, sed conducit in domum pro victu plebanus. Decimam canapi simul cum colenda solvunt emethones per duos grossos et conducunt.

Jassyen, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes agros emethonales et curiarum alias totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et eius plebanum, et valor eius aestimatur aliquando ad quinque marcas cum dimidia, aliquando minus. Solvunt decimam canapi cum colenda de laneo per duos grossos emethones.

Wylebnow, villa sub eadem ecclesia et parochia; decima manipularis post omnes agros ipsius villae provenit eidem ecclesiae et plebano in *Lopussno*, et aestimatur eius valor ad quatuor marcas cum dimidia, aliquando magis vel minus; et solvunt emethones decimam canapi simul cum colenda de laneo per duos grossos.

Czatoschowy, villa sub eadem parochia; decima manipularis de omnibus agris ipsius villae proveniens spectat et pertinet ad eam ipsam ecclesiam in *Lopussno*, et aestimatur valor eius aliquando ad unam cum dimidia marcam; et solvunt decimam canapi simul cum colenda duntaxat per unum grossum de laneo.

Wola, sub eadem parochia; decima manipularis post agros certos antiquos alias versus *Lopussno*, penes viam, quae ducit de *Barycz* et *Lopussno*, proveniens spectat et pertinet ad eam ipsam ecclesiam et plebanum in *Lopussno*, et aestimatur valor eius aliquando ad dimidiam marcam, aliquando minus; et solvunt decimam canapi simul cum colenda de laneo per unum grossum cum dimidio; de aliis vero campis seu agris provenit mensae archiepiscopali pro dimidio, alias de agris novis; et partem etiam decimae canapi solvunt emethones.

1) *Korczyn*. 2) *Falisławice*. 3) *Wola*. 4) *Czartoschowy*. Przybyły później osady: *Antonielów*, *Barycz*, *Czałoczyn*, *Dąbrowa*, *Eustachów*, *Falisławiczki*, *Grabowica*, *Gruszka*, *Hulanka*, *Janów*, *Jedle*, *Józefina*, *Karolinów*, *Korczyn*, *Ludwików*, *Maryanów*, *Olszówka*, *Oraczów*, *Piotrowice*, *Podlisyów*, *Przegrody*, *Stachów*, *Starzyki*, *Zarębinie*, *Zasłańce*.

*Plawowicze*¹⁾, villa dominorum pronunc *Sobyensczy*²⁾, sub parochia *Brzesko*³⁾ dioecesis *Cracoviensis*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam in *Lopuszno*, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

*Skappe*⁴⁾, villa sub parochia ecclesiae in *Pylczyca*⁵⁾; decima manipularis post agros praediales sive curiae in dicta *Skappe* proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam in *Lopuszno*, et valor eius aestimatur ad decem octo grossos.

Item emethones de villis ad eandem ecclesiam iure parochiali spectantibus nihil aliud solvunt, solum colendam et denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori omni anno per tres scotos et unum grossum pro quittance. Borram habet insuper plebanus de eadem *Lopuszno* et eius ecclesia pro dote et fundo, iacentem inter bona villarum *Crassoczyn* et *Jassyen* ad aestimationem in latitudine et longitudine dimidii miliarii se protendentem, dictam et appellatam borra plebanalis, et mellificia in eadem.

18. MYNYN*), VILLA.

Taxata ad unam marcam argenti.

In eadem *Mynyn* ecclesia parochialis tituli *Omnium Sanctorum*, de collatione haereditum de eadem *Mynyn* et *Wola Bagnowa*, quam nunc obtinet *Felixa* nobilis, haeres de eadem *Mynyn*, actu praesbyter, et circa eandem residens, qui plebanus, prout et sui praedecessores, pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servabat vicarium et ministrum circa ipsam ecclesiam; vicario dabantur annuatim pro salario duae marcae, et ministro una marca; modo tamen modernus plebanus propter decrecentiam eiusdem suae ecclesiae proventuum vicarium non potest servare. Quae quidem ecclesia est lignea, iam vetus, et pro dote ac fundo imprimis habet circa ipsam ecclesiam aream specialem pro curia plebanali, necnon allodio, horto, satis latissimam, in qua ultra curiam plebani, plebani semper habuerunt pro taberna et hortulania speciales areas competentes indivisas a dicta area plebani, insuper et pro domuncula vicarii; item habet specialem aliam aream pro ministro ecclesiae, ex opposito domunculae vicarialis sitam; item habet piscinam in eadem haereditate, dictam *zawodowo mlynczyssko*, necnon agrum, pratum, et silvam sita

¹⁾ *Pawłowice*. ²⁾ *Sobieńscy*. ³⁾ *Brzesko Stare*, wieś z kościołem parafialnym należąca dziś do diecezji *krakowsko-kieleckiej*, dekanatu i powiatu *miechowskiego*. ⁴⁾ *Skappe*, wieś i osada leśna. ⁵⁾ *Pylczyca*, wieś z kościołem parafialnym należąca dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *końskiego*.

*) *Mnin*, wieś szlachecka należąca dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu *końskiego*, z kościołem parafialnym założonym przynajmniej w wieku XIV, jak wnosić należy z powyższego opisu nazywanego ówczesny kościół drewniany starożytnym (*ecclesia lignea iam vetus*). Dzisiejszy kościół murowany stanął w miejsce owego drewnianego w roku 1814 kosztem patrona zapewne i parafian i w tym samym roku pod tyt. *ś. Tekli* został konsekrowany (Rubryc. dyec. *sandomirskiej* cit. str. 45).

post domum plebani in latitudine a fluvio usque ad viam, quae ducit in *Sarbiecze*, in longitudine vero usque ad agros emethonum, dictos *przymyarky*, ac aliud pratum, in silva dicta *Mokre*¹⁾, dictum *roszcossana*; item habet in alia parte villae agrum et mericam cum silva pro mellificiis vulgariter *kanth*, habens limitationem ex una parte cum *Sarbiecze*; item in haereditate eadem *Mynyn* habet agrum inter piscinam plebani et haereditum praediales agros iacentem, alias inter viam magnam versus *Barycz* et dictam piscinam plebani; item in haereditate *Wola* habet agrum et partem mericae pro mellificiis, necnon et prata iacentia circa limites *Slup*, *Wola* et *Mynyn*; habet insuper quatuor villas ad ipsam ecclesiam in *Mynyn* ex antiquo iure parochiali pertinentes, videlicet dictam *Mynyn*²⁾, *Lasoczyn*³⁾, *Wola*⁴⁾ et *Sarbiecze*⁵⁾; habet insuper et decimas manipulares infrascriptas videlicet:

Mynyn, in qua ecclesia praedicta parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros de parte villae eiusdem, in qua parte est ecclesia situata, necnon post omnes et singulos agros praediales utriusque partis curiarum, iusuper de laneo uno, in cuius dimidia parte pronunc sedet *Stanislaus Woyewoda* emetho, et alio dimidio pronunc deserto, in quo sedebat *Latocha*, praefatae alterius partis villae, in qua non est situs ecclesiae, totalis spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praedictam et eius plebanum in *Mynyn*, et eius valor aestimatur aliquando ad unam marcam cum dimidia, aliquando minus; et solvunt emethones decimam canapi de laneo per duos grossos, insuper et conducunt in horreum plebani; de aliis autem emethonalibus agris provenit decima manipularis praebendario *S. Georgii* in castro *Cracoviensi*, videlicet de alia parte praefatae villae.

Wola Bagnowa, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae emethonales et praediales proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam et eius plebanum in *Mynyn*, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum dimidia, etiam inclusa decima canapi, aliquando magis vel minus, et conducunt emethones.

Pylczyca, villa in qua est ecclesia parochialis; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Mynyn*, et valor eius aestimatur etiam anno praesenti inclusa decima canapi ad unam marcam cum dimidia; item de taberna praedicta et similiter de hortulania nihil pro hac vice percipit, quia desertatae.

Item emethones de villis parochiae praedictae plebano nihil aliud solvunt, solum colendam per unum grossum et denarium sancti Petri a persona per denarium; et contribuit collectori duos grossos et tertium pro quittance.

19. RADOSCHICZE*), OPPIDUM.

Taxatum ad unam marcam argenti.

S. Nicolai, de collatione regiae maiestatis, quam pronunc obtinet *Stanislaus de Zarnow*, actu presbyter et residentiam circa ipsam ecclesiam agens personalem. Non habet, in quo servet vicarium aut ministrum. Ad quam ecclesiam ex antiquo iure parochiali duae villae, videlicet, *Wola*¹⁾, in qua modo duntaxat sunt duo emethones, et *Stara wyesz*²⁾, in qua sunt solum quinque emethones, spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia pro dote et fundo imprimis habet circa ipsam ecclesiam ex opposito sufficienter latam et protensam versus silvam arcam et pratum penes fluvium a ponte incipiendo, et protendentem se ad unum stadium et ultra, et aliud pratum penes piscinam plebanalem, quae quidem piscina iacet penes viam, quae vadit versus *Januschevicze*; item habet alia tria prata in *Wola* retro agrorum plebanalium, qui sunt in eadem haereditate *Wola*. Habet enim agros per portiones in septem locis eiusdem haereditatis *Wola*, imprimis duae portiones ad rivulum quatuor stadia in longitudine, ad *Lassek*³⁾ duo stadia, post villam tria stadia, et in *Campi*⁴⁾ lanens quinque stadiorum, in haereditate quadam *Syedlec*⁵⁾ unus arvus magnus cum prato; item habet et borram in eadem haereditate *Syedlec*, quae incipit a dicto arvo plebanali et terminatur usque ad ecclesiam *Zelazne Nogy*, in longitudine dimidii milliaris, in latitudine citra vel ultra octo stadiorum, et iacet penes viam, quae vadit ex *Przedborz* in *Zelazne Nogy*; item habet et pontalia circa ipsam ecclesiam in fluvio praefato *Czarna* alias *Lugowa*, de medio pontis a curru per duos denarios, et ad *Olesno* recipitur per tres denarios, et reformat plebanus pontem, dimidiam partem; et aestimatur valor ad tres fertones. Habet et decimas.

Wola, sub eadem ecclesia parochiali in *Zelazne Nogy*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam in *Zelazne Nogy*, et valor eius aestimatur ad unam marcam; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Stara wyesz, sub eadem parochia *Zelazne Nogy*; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Zelazne Nogy*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Emethones non solvunt aliquid aliud, solum colendam per unum grossum de domo qualibet, et a qualibet persona denarium sancti Petri per obolum; et contribuit collectori camerae apostolicae unum scotum, et unum grossum pro quittantia,

fialnym zapewne przez królów polskich fundowanym przynajmniej na początku wieku XIV, jak się to z opisu powyższego pokazuje. Prawdopodobnie fundatorem pierwotnego kościoła był *Kazimierz W.*, który tu często w okolicy polował i w bliskości tegoż kościoła na dniu 9 września 1370 podczas łowów poniósł szwank przez spadnięcie z konia, w skutek czego w dwa miesiące potem życie zakończył. Podanie niesie, że na tem miejscu postawiono później kaplicę drewnianą. Lustracya z r. 1789 starostwa *przedborskiego*, do którego *Żeleznica* należała, tak mówi o stósunkach jej kościelnych: „Kościół jest dosyć dobry, przy którym był pleban, ten jak umarł, innego nie masz, podzielono parafią. Zaskarżała się gromada, że księdza przy kościele nie masz, prowenta plebańskie nie wiedzieć gdzie się obracają, a gromada błąka się jak owce błędne bez pasterza“ (*Baliński*, *Starożytna Polska* II, 366. 367). Dziśniejszy kościół drewniany dość starożytny, nie wiadomo, kiedy i przez kogo został wystawiony (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 f. 47).

¹⁾ *Wola*. ²⁾ *Starawieś*. ³⁾ *Lasek (Laski)*. ⁴⁾ *Kępy*. ⁵⁾ *Siedlec*.

et cogitur supplere de propriis, quia non potest colligere tantum ex parochia huiusmodi tres grossos, quos contribuit.

29. STANOVYSKA*), VILLA.

Taxata ad duas marcas argenti.

In eadem *Stanovyska* ecclesia parochialis murata ex lapide, tituli *S. Jacobi apostoli*, de collatione laicorum, haeredum de eadem *Stanovyska* et *Syedlnyca*¹⁾ *maiori*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus* haeres de eadem, actu presbyter et agens residentiam personalem, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam servat pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis vicarium et ministrum, et solvit vicario pro salario duas marcas, et ministro unam sexagenam. Ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali spectant et pertinent septem villae, videlicet dicta *Stanovyska*, *Wola Bobrownyczka*²⁾, *Bobrowniky*³⁾, *Mrovyna*⁴⁾, *Dobromyrz*⁵⁾ et alia *Dobromyrz*, ac *Wola Lappczyna*⁶⁾. Quae quidem ecclesia et eius plebanus imprimis pro dote et fundo in eadem villa et hereditate circa ipsam ecclesiam habet aream pro curia, allodio et horto, satis latam et spatiosam pro conditione; et in eadem area domuncula vicarii et alia ministri, et retro ipsius plebanalis areae necnon vicarii et ministri specialis campus, et post campum borra cum mellificiis, et pratum; quae quidem area, campus, pratum, borra, et in borra piscina cum molendino incipit ab ecclesia et villa, iacetque inter viam ex una parte, quae vadit de *Stanovyska* in *Przeilborz*, et ex alia parte viac, quae ducit de eadem villa *Stanovyska* in *Gory*, protendunturque sine quavis interruptione usque ad granities villae *Dobromyrz*; insuper habet unum lanceum agri in campo versus villam *Janushevicz*, iacentem inter agros praediales dominorum haeredum eiusdem villae, in tres partes divisum, in una parte habet mensuram latitudinis decem et octo sulcos (sic), longitudinis vero sex stadiorum, in alia parte decem septem latitudinis, et longitudinis citra vel ultra quinque; in tertia parte similem mensuram latitudinis et longitudinis habens, prout in secunda; item habet alia duo prata, unum in villa *Bobrowniky*, de quo possunt colligi septem aut sex currus foeni, et iacet inter prata domini haeredis in eadem villa, sub villa *Wola Lappczyna*, et aliud pratum habet in villa *Dobromyrz* viciniori, et iacet de prope villam praedictam versus *Stanovyska*, de quo possunt colligi duo currus foeni; item habet in eadem villa ex opposito ecclesiae tabernam cum horto retro aream, quae area habet protensionem in latitudine unius stadii et similiter in longitudine; non habet pratum, neque agrum,

*) *Stanowiska*, wieś szlachecka, należąca dziś do dyecyzy *sandomirskiej*, dokanatu *końskiego*, miała kościół parafialny, jak z powyższego opisu wnosić należy (*qui prout ex antiquo*), przynajmniej na początku wieku XV. Kto i kiedy obecny drewniany kościół wystawił, znikąd dojść nie można (Rubr. dyec. sandom. z r. 1877 str. 46).

¹⁾ *Sielnica* (*Siedlnicy* w całej okolicy nie ma), wieś w parafii *zytnickiej*. ²⁾ *Wola Bobrownicka*. ³⁾ *Bobrowniki*. ⁴⁾ *Mrovina*. ⁵⁾ *Dobromierz*, dziś jeden tylko. ⁶⁾ *Lapczyna Wola*. Przybyły później miejscowości: *Dąbrówka*, *Młyny*, *Piaski*, *Stoczyska*.

et solvit pro censu dimidiam marcam, et laborat ultra hoc sex dies falcastrando, aut aliquem alium laborem *pyesscho*, et brasea praeparat, ac cervisiam plebano braxare ultra praemissa tenetur. Habet et decimas.

Stanovyska, villa, in qua ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Stanovyska*, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt emethones decimam canapi de laneo per duos grossos et tabernae per dimidium grossum.

Wola Bobrownyczka, villa sub eadem parochiali in *Stanovyska*; decima manipularis de omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad eandem ecclesiam in *Stanovyska* et plebanum, et valor eius aestimatur aliquando ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Bobrowniky, villa sub eadem ecclesia parochiali in *Stanovyska*; decima manipularis post omnes et singulos agros duarum curiarum, videlicet domini *Prandotha* et *Joannis Cosmider*¹⁾, necnon tabernae proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam et plebanum in *Stanovyska*, et valor eius aestimatur aliquando ad duas sexagenas et aliquando minus.

Syedlnyca maior, villa sub parochia *Zytkno*²⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros curiarum sive praediorum duarum curiarum, necnon trium tabernarum et certorum emethonum proveniens spectat et pertinet ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Stanovyska* et aestimatur eius valor ad quatuor marcas.

Mrovyna, villa quondam sub eadem parochiali ecclesia in *Stanovyska*; decima manipularis de omnibus et singulis agris eiusdem hereditatis proveniens spectat ad praefatam ecclesiam parochialem et plebanum in *Stanovyska* et aestimatur eius valor aliquando ad unam sexagenam, aliquando minus.

Dobromyrz nobilem, sub eadem parochiali in *Stanovyska*; decima manipularis de omnibus singulisque agris eiusdem totius villae proveniens spectat ad eandem ecclesiam et plebanum in *Stanovyska*, et aestimatur eius valor aliquando ad duas sexagenas, aliquando magis.

Lappka alias *Wola Lappczyna*³⁾, villa sub eadem parochiali *Stanovyska*; decima manipularis post agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem ecclesiam et plebanum in *Stanovyska*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

*Pylezyca*⁴⁾, villa sub parochiali in *Curzelow*; decima manipularis de duobus campis, dictis *Syathka*⁵⁾ et *Coprusscha*⁶⁾ in eadem hereditate, dum et quando coluntur, provenit spectatque ad saepefatam ecclesiam et plebanum in *Stanovyska*, et aestimatur valor eius ad fertonem.

Item emethones de villis parochiae eiusdem nihil aliud solvunt, solum de laneo possessionato colendam per unum grossum, et tabernatores per dimidium grossum, et denarium sancti Petri a persona qualibet per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae tres scotos et unum grossum pro quittantia.

¹⁾ *Prandota* i *Jan Kośmidrowie*, którzy się pisali z *Żerkowa* (*Niesiecki* l. c. II, 647). ²⁾ *Zytkno*. ³⁾ *Lapczyna Wola*. ⁴⁾ *Siatka*. ⁵⁾ *Koprusza*.

30. PRZEDBORZ*), OPPIDUM CUM POLICZKO.

In eadem (sic) *Przedborz*, oppido, ecclesia parochialis murata, dotata ex parochiali quondam in *Policzko*, tituli *S. Alexii*, de collatione regiae maiestatis, quam pronunc obtinet *Nicolaus de Schenyawy*¹⁾, actu presbyter et agens circa ipsam ecclesiam residentiam personalem. Qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis circa ipsam ecclesiam in *Przedborz* servat vicarium et ministrum, necnon alium vicarium circa quondam parochialem in *Polyczko*²⁾, quos ipse salariat, et primo vicario dat unam marcam et quaestus ecclesiae, minister vero solum quaestum percipit et mensales a consulatu eiusdem oppidi, vicarius vero in *Polyczko* percipit decimas in *Ranczky* post agros praediales et unius tabernae; item in *Suchegory* post agros curiales et unius emethonis, in *Mokregory* post agros praediales et unius tabernae, necnon colendam post quatuor villas, quas sacramentis procurat, videlicet *Policzko*³⁾, *Ranczky*⁴⁾, *Suchegory*⁵⁾ et *Mokregory*⁶⁾. Item ad eam ipsam ecclesiam parochialem in *Przedborz*, necnon *Polyczko* iure parochiali ex antiquo septem villae et oppidum, videlicet *Nossalevicze*⁷⁾, *Zuzowy*⁸⁾, *Lanczkowicze*⁹⁾, *Polyczko*, *Ranczky*, *Suchegory* et *Mokregory* spectant et pertinent. Item eadem ipsa ecclesia in *Przedborz* et eius plebanus circa ipsam ecclesiam cimiterio contiguam pro dote et fundo habet pro curia aream satis competentem, necnon alias areas speciales pro domunculis vicarii et ministri; in parte alia ecclesiae iacet domuncula et area vicarialis penes aream et domum praebendarii seu altaristae tituli *S. Crucis*. Habet insuper et hortum inter hortus (sic) oppidanorum, qui iacet inter hortum oppidani *Felicis*, sutoris, ex una parte, et ex alia parte *Joannis Lasska*; item habet etiam certos agros in quatuor locis, in uno tamen campo iacentes hinc inde, et primo una pars alias *poldzyalek* iacet inter agros advocati et *Mathiae Chmiel*, item secundus *poldzyalek* iacet inter *Francova* et agros advocati, tertia pars alias *poldzyalek* inter *Laurentii Dzanyczka* et *Alberti Czychosz*, quarta vero pars seu *poldzyalek* inter *Nicolai Byalik* et advocati, in longitudine similem mensuram cum

*) *Przedbórz*, miasto niegdyś królewskie nad rzeką *Pilicą*, dziś należące do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu *końskiego*, ulubione miejsce pobytu króla *Kazimierza W.*, który w zamku tamtejszym często przebywał, zjeżdżając na łowy w nieprzebranych lasach miasto naokół otaczających. Z tego powodu miasto to za jego czasów wzmogło się znacznie, a że dotąd było należało do parafii w pobliskiej wsi *Policzko*, przeto dla wygody mieszkańców jego wystawił tam istniejący dotąd piękny kościół murywany w stylu gotyckim, który ówczesny arcybiskup wyniósł do godności parafialnego i do niego przyłączył całą dotąd do *Policzka* należącą parafię (*Baliński*, *Starożytna Polska* II, 396—399). Kościół ten *Kazimierzowy*, prawdziwa ozdoba miasta, w przeciągu pięciu wieków po kilkakrotnie restaurowany, głównie zaś po spaleniu go wraz z miastem i zamkiem przez Szwedów za *Jana Kazimierza*, utracił przeważnie cechy odległej starożytności. Obecnie w dobrym znajduje się stanie. We wsi parafialnej *Rączki* znajduje się kaplica publiczna pod wezwaniem *ś. Leonarda* (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 46).

¹⁾ *Mikołaj z Sieniaw*, pleban. ²⁾ Kościół w *Policzku* już od dawna nie istnieje. ³⁾ *Policzko*. ⁴⁾ *Rączki*. ⁵⁾ *Góry Suche*. ⁶⁾ *Góry Mokre*. ⁷⁾ *Nosolowice*. ⁸⁾ *Zuzowy*. ⁹⁾ *Łęczkowice*, dziś w parafii nie znane. Przybyły później osady: *Borowa*, *Chalupki*, *Grobla*, *Taras*, *Trupień*, *Wierzchlas*, *Wymysłów*.

praedictis omnibus habens, in latitudine inaequalem, quia minorem; item habet et alium hortum in alia parte eiusdem oppidi, iacentem inter *Leonardum Parzywunsa* et *Nicolaum Friarca*, sutorem; habet insuper et piscinam in borra iuxta fluvium *Pylcza*¹⁾ in eadem haereditate *Przedborz*; item habet et prata, et primo, inter prata advocati haereditarii in *Przedborz* post hortos civiles, unum pratum de quo fiunt colligique possunt de foeno tres currus, item secundum habet in alia parte fluvii in terra *Siradiensi*, inter prata regalia haereditatis quondam *Wola*, de quo fiunt colligique possunt duo currus foeni; tertium vero habet dictum et appellatum *Zatoka*²⁾, iacens inter prata advocatae *Przedborz* et villae *Policzko*, cuius maiorem partem dominus modernus tenentarius, dominus *Andreas Choczimowsky*³⁾ piscina inundavit, de quo fiebant colligebanturque ante inundationem ad minus undecim currus de foeno. Habet et decimas.

Przedborz; decima manipularis post omnes et singulos agros advocatae in eodem *Przedborz* proveniens spectat et pertinet ad parochialem praedictam ecclesiam et eius plebanum in *Przedborz*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcam.

Nossalevicze, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Przedborz*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae eiusdem proveniens spectat ad praefatam ecclesiam et plebanum in *Przedborz*, et valor eius aestimatur aliquando ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Zuzowy, villa sub eadem parochiali; decima pecuniaria, et solvunt emethones de laneo pro decima per sex grossos, et proveniunt novem fertones.

*Korzeczek*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in antiqua *Chanczyni*⁵⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens alternatis vicibus percipit eam (sic) ecclesia parochialis in *Przedborz* pro una vice, et pro alia vice ecclesia parochialis et plebanus de antiqua *Chanczyni*, et aestimatur eius valor aliquando ad duas marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi in canapis de laneo per duas ligaturas.

Item oppidani de eadem *Przedborz* necnon emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt ecclesiae et plebano, solum colendam per unum grossum, inquilini vero per dimidium grossum, necnon denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae ex utraque sex scotos et pro quittance duos grossos; decimas vero percipit vicarius in *Policzko*.

Ranczky, villa sub parochia *Policzko* sive *Przedborz*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae et unius tabernae, quae est versus *Przedborz*, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Policzko* sive *Przedborz*, et percipit eam vicarius in *Policzko*, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum dimidia.

Gory suche, sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales et unius emethonis, dicti *Swyecz*, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Przedborz* et eius plebanum, quam tamen pro hac vice percipit vicarius in *Policzko*, et eius valor aestimatur ad tres fertones.

¹⁾ *Pilica*. ²⁾ *Zatoka*. ³⁾ *Choczimowski* h. *Oksza* (*Niesiecki* I. c. I, 267). ⁴⁾ *Korzeczek*. ⁵⁾ *Chęciny*.

Gory molere, villa sub eadem parochia; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales necnon unius tabernae proveniens spectat et pertinet ad parochialem ecclesiam in *Przedborz* sive *Policzko* et eius plebanum, et aestimatur eius valor ad tres fertones.

ALTARE tituli sanctae Trinitatis et sanctae Crucis. In eadem parochiali ecclesia in *Przedborz* altare tituli *S. Trinitatis* et *S. Crucis* de collatione quondam quorundam oppidanorum in eadem *Przedborz*, fundatorum, nunc vero eorundem propinquorum successorum, videlicet quorundam *Joannis Fussek* de *Maslavice* et *Simonis* de *Strzelcze* dicti *Buda*, habentis cognomen fundatoris quondam *Nicolai Buda* de *Przedborz*; consulatus etiam oppidi *Przedborz* sunt consentientes in praesentatum; quod nunc obtinet honorabilis *Jacobus de Tomczyce*¹⁾, actu presbyter et residentiam agens personalem, et nullum aliud beneficium habens, prout hoc ipsum altare requirit, quia monoculare. Qui quidem altaris obligatur omni septimana ad complendas tres missas in eodem altari, videlicet feria secunda pro defunctis, pro peccatis feria quarta, et sabbato de *beata Virgine*. Quod quidem altare sive capellania imprimis habet pro dote et fundo specialem aream, et in ea pronunc duas domunculas; iacet autem dicta area inter areas hospitalis et aream vicarialem circa cimiterium; habet autem dictum altare duos cum dimidio laneos agri inter agros oppidanorum eiusdem oppidi *Przedborz*, duos insimul laneos, iacentes inter laneum olim *Gmyrz* et inter quondam *Mathiae* sutoris, et dimidium iacentem quondam inter agros olim *Petri Plowy* et *Venceslai de Gora*, una cum praedio dicti olim *Nicolai Buda* fundatoris, modo tamen nullum praedium est, sed ager septus per modernum altaristam; habet et hortum cum prato iacentem inter olim *Alberti Nagorny* et *Sledzowsky* hortos, qui hortus cum prato incipit a via, quae vadit in *Nossalovice*, et protenduntur (sic) usque ad piscinam regalem. Quos quidem agros ipse altaris locat annuatim solum pro sedecim scotis; non solvit aliquid neque regiae maiestati, sed sunt liberi dicti agri a qualibet saeculari contributione. Item habet duos alios laneos agrorum sub haereditate *Policzko*, qui agri in parte sunt nemoribus occupati, et circa illos laneos agrorum partem borrae, et in borra eadem certa mellificia; iacent autem dicti agri sive lanei insimul ab una parte penes borram, et in alia parte penes agros alterius praebendae seu altaris *sanctorum Petri et Pauli*, dictos *Qwasschwodzinski*²⁾, quos agros non locat, sed pronunc extirpat; item habet et duo prata inferius molendino dicto *Passkowsky*, sive novum molendinum ad littus fluvii *Pyleza* iacentia, quae prata locare solet, unum pratum maius pro decem grossis, et aliud minus pro sex grossis; item habet et hortum parvum iacentem penes *Grzanda* ex una parte, et ex alia parte *Copydlec*³⁾ *Jacobi*, quod locare solet pro septem grossis; item alium hortum penes hortum *Franek*, et in alia parte *Liganza*, in quo plantat pomerium.

ALTARE sive praebenda tituli *sanctorum Petri et Pauli apostolorum*. In eadem etiam ecclesia parochiali altare sive capellania perpetua, dictum et appellatum praebenda tituli *sanctorum Petri et Pauli apostolorum*, fundata pro vicario perpetuo ecclesiae praefatae parochialis in *Przedborz*, de collatione plebani pro tempore existentis in *Przedborz*, qui quidem praebendarius sive altaris debet esse vicarius plebani circa ipsam ecclesiam, et nullum aliud beneficium habet, praeter

1) *Jakob z Tomczyc.* 2) *Kwasiwodzińskie.* 3) *Kopydlec.*

hoc ipsum altare. Qui quidem altaris obligatur omni septimana ad explendas duas missas, videlicet feria secunda pro defunctis et feria quarta pro peccatis. Quod altare pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus*, plebanus in *Gorzkowice*, actu presbyter, tamen nunquam residet. Quae quidem praebenda seu ipsius possessor altaris imprimis pro dote et fundo circa ipsam ecclesiam parochialem habet specialem pro domo arcam, et in ea pronunc domum pro altaris satis competentem, iacentem penes semitam tendentem ab ecclesia in oppidum ex una parte, et ex alia penes scholam eiusdem ecclesiae; item habet certas quantitates agrorum in eadem haereditate oppidi *Przedborz*, inter agros oppidanorum, dictas *Poldzialky*, in novem locis iacentes, quos agros altaris seu eius factor locare solet diversis personis iuxta exigentiam et quantitatem et situm agrorum, et primo, *poldzyalek* sive arvom iacentem penes agrum *Sythko* ex una parte, et ex alia *Petri Rzeczny*, quem locat pro decem grossis; item arvom sive *poldzyalek*, iacentem inter agros *Cliczynsky* et inter agrum alterius altaris *S. Crucis*, quem locat pronunc plebano similiter pro decem grossis annuatim; item tertium arvom alias *poldzyalek*, qui iacet penes agros *Olek* et *Zemelka*, quem etiam locat pro decem grossis annuatim; item quartum arvom iacentem inter agros *Zemelka* et *Liganza*, quem locat similiter pro decem grossis; item quintum arvom alias *przydzyalek* (sic) iacentem inter agros *Petri Rzeczny* et *Stanysz*, qui locatur pro decem grossis; item sextum arvom alias *przydzyalek* (sic) iacentem inter agros *Glasz* et *Chmelyk*, qui locatur annuatim pro sex grossis; item septimum iacentem inter agros *Joannis Tylny* et borram, qui locatur pro sex grossis; item octavum et nonum arvos seu *poldzyalki* iacentes inter agros alterius altaris et *Stanysz*, qui locantur solum pro quinque grossis; ex quibus agris aliqui sunt ex antiquo, a tempore foundationis eidem altari ascripti et incorporati et aliqui postea, de quibus nihil civitati contribuit. Item habet et hortos duos, unum iacentem penes hortum *Lasska* ex una parte, et ex alia *Pulklodek*, alter vero hortus iacet inter hortos *Skorka* et viam, quae vadit in molendinum, ex quibus unus arendatur seu locatur pro quindecim grossis, et alter pro tribus grossis; item habet et prata iacentia penes fluvium *Pyleza*, et inter pascua civitatis *Przedborz*, inter borram alterius praefati praebendarii, necnon penes haereditatem *Ranczky* insimul, quae per partes hominibus locantur pronunc, et proveniunt una sexagena cum dimidia omni anno; habet insuper et alia duo prata in superiori parte molendini, dicti *Nowy*, alias *Paskowski*, et locantur unum pro quatuor grossis et aliud pro quinque; iacent tamen non simul; item habet et dimidiam partem fluvii sive ripam *Pyleza*, iacentem (inter) prata praedicta in longitudine, quantum protenduntur prata; et similiter dimidiam partem stagni iacentem penes praedicta prata; quae ripa et stagnum annuatim locantur pro uno fertone; item habet et piscinam iacentem inter piscinam desertam, pronunc haeredum de *Corythno*¹⁾ et domini *Craschowsky*²⁾, in qua piscina aliquando fuit molendinum, sed negligentia praebendarii per haeredem de *Craschovice*³⁾ destructum est; iacet tamen huiusmodi piscina praebendarii deserta; item habet et specialem borram iacentem inter borram *Braczsky* et borram haereditatis villae *Ranczky*, in longitudine vero incipiendo a pratis praedictis eiusdem altaris usque ad viam, quae vadit ex oppido *Przedborz* in *Zelazne nogy*, et in borra mellificia.

1) *Korytno*, wieś w parafii *Chelmo*. 2) *Kraszewski*. 3) *Kraszewice*, wieś w parafii *Chelmo*.

31. SKORKOVICZE.*)

Taxata ad duas marcas argenti.

In eadem *Skorkovicze*, villa, ecclesia parochialis tituli *sancti Lucae Evangelistae*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Skorkovicze*, *Straschow*¹⁾ et *Zyromyn*²⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Mathias de Murkow*³⁾, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae tolerandis continue servat duos vicarios manuales, necnon et ministrum scholae, quibus certas decimas de mensa sua plebanali dat, videlicet infrascriptas. Quae quidem ecclesia ex antiquo habet duodecim villas ad eam iure parochiali pertinentes, videlicet *Skorkovicze*, *Russenicze*⁴⁾, *Chlew*⁵⁾, *Sulborovicze*⁶⁾, *Raczkow*⁷⁾, *Wola Skothnyczka*⁸⁾, *Stara*⁹⁾, *Wolicza skorkowska*¹⁰⁾, *Dambrowka Sarbska*¹¹⁾, *Cyechomyn*¹²⁾, *Syenczycze*¹³⁾ et *Zawathka*¹⁴⁾. Item eadem ipsa ecclesia et eius plebanus pro tempore existens circa ipsam ecclesiam habet specialem aream pro curia, allodio et horto, necnon pro domunculis vicariorum et ministri, satis latam, spatiosam, indivisam, cimiterio contiguum, necnon retro curiam et aream plebanalem, specialia prata, et campum specialem, ab agris dominorum haeredum in *Skorkovicze* distinctum, videlicet ab una parte in latitudinis via (sic), quae ducit de eadem *Skorkovicze* in *Wolicza skorkowska*, ab alia vero parte torrens seu gurgis, qui incipit a villa *Skorkovicze* praefata et vadit per dimidiam partem pratorum, dividens prata plebani a pratis dominorum haeredum *Joannis et Nicolai*, prope molendinum eiusdem villae *Skorkovicze*, in silvam *boczyniec*; terminantur in longitudine via publica antiqua, quae vadit ex *Wolicza* versus *Sulborovicze* usque ad truncum terebinthi alias *modrzewowy*, et ab eodem trunco ad torrentem seu gurgitem, alias *struga*, qui torrens mediat haereditatem *Skorkovicze*, *Chlew*. Habet et silvas necnon et borras iacentes inter agros plebanales; item habet et duas piscinas iacentes in finibus agrorum plebani et silvarum; item habet et septem hortulanas in eadem villa et haereditate, ex quibus modo duntaxat quinque sunt possessionatae et duae iam dudum desertatae, de (sic) quibus tribus plebanus ex propriis agris aliquando emensurabat tres dimidios laneos et cum pratis, modo tamen modernus ademit et colit pro se; sed solum habent

*) *Skorkowice*, wieś szlachecka, dziś należąca do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, gniazdo zapewne rodziny *Skorkowskich* h. *Jelita* (*Niesiecki* l. c. IV, 115), posiadała kościół parafialny co najpóźniej już w początkach wieku XIV, jak to z opisu powyższego wnosić należy. W miejsce starożytnego drewnianego kościoła od starości upadającego wystawiony został w roku 1521 nowy również drewniany dotąd nie konsekrowany i w dość dobrym stanie utrzymany, o którego fundatorze żadnego nie ma śladu (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 38). W *Dąbrówce*, wsi do parafii należącej jest kaplica publiczna z cegły palonej na cześć *ś. Rozalii* w zeszłym wieku zapewne wystawiona (tamże f. 38).

1) *Straszów*, wieś w parafii *Grzymalków*. 2) *Zeromin*, wieś w parafii *srockiej*. 3) *Maciej z Murkowa*, pleban 4) *Rusienice*. 5) *Klew*. 6) *Sulborowice*. 7) *Raczków*, dziś w parafii i okolicy nie znany. 8) *Wola Skotnicka*, dziś nie znana. 9) *Stara*. 10) *Wolica Skorkowska*. 11) *Dąbrówka Sarbska*. 12) *Ciechomin*. 13) *Sincise*, dwa młyny wodne. 14) *Zawadka*, dziś nie znana.

hortos et per parum de pratis. Qui quidem hortulani et eorum quilibet omni septimana laborant unam diem personalem sive pedestrem, qui ante solvebant ultra diem laboris omni anno pro censu per sex grossos, quando vero tenebant agros de dimidio lanceo, quilibet laborabat unam similiter diem in hebdomada cum pecoribus, et pro censu solvebat per decem et octo grossos; item unus hortulanus ex dictis hortulaniis ex antiquo tenebat tabernam, et braxabat cervisiam aut ex aliunde ducebat. Habet et decimas infrascriptas.

Skorkovicze, villa eadem, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros totius ipsius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Skorkovicze*, et valor eius aestimatur ad quinque marcas aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Wolicza Skorkowska, villa eiusdem parochiae; decima manipularis totalis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Skorkovicze* et aestimatur eius valor aliquando ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Zawathka, villa sub eadem parochiali in *Skorkovicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae totius proveniens spectat ad dictam parochialem et plebanum in *Skorkovicze*, et valor eius aestimatur ad dimidiam sexagenam, aliquando magis; solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos.

Syenczycze, villae eiusdem parochialis in *Skorkovicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Skorkovicze*, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Russenicze, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales domini *Gryzyczky*, item quos colunt tabernator et hortulani, proveniens spectat et pertinet ad parochialem in *Skorkovicze* et eius plebanum, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus.

Chlew, villa sub eadem parochiali in *Skorkovicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Skorkovicze* et eius plebanum, quam tamen dat vicario; cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Russenicze, villa praefata sub parochiali in *Skorkovicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales curiae domini *Russensky*¹⁾ proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem in *Skorkovicze* et plebanum, quam dat deputatque vicario in eadem *Skorkovicze*; et valor eius aestimatur aliquando ad unam sexagenam, aliquando minus.

Stara, villa sub eadem parochiali in *Skorkovicze*; decima manipularis de certis arvis agrisque curiae, videlicet de uno versus *Scothnyky*, de alio arvo dicto *Poplawy* et tertio post curiam haeredis, proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem et plebanum in *Skorkovicze*, quam tamen percipit vicarius; cuius valor aestimatur ad dimidiam sexagenam.

1) *Rusieński*.

Sarbska (Dąbrówka), villa sub eadem parochiali in *Skorkowicze*; decima manipularis de certis agris praedialibus proveniens spectat etiam ad eandem ecclesiam et plebanum in *Skorkowicze*, percipit eam tamen vicarius in ibidem; cuius valor aestimatur ad unum fertonem.

Sulborovicze, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros curiae sive praediales etiam hortulanis (sic) proveniens spectat et pertinet ad dictam parochialem ecclesiam et plebanum in *Skorkowicze*, tollit tamen eam minister eiusdem ecclesiae; cuius valor aestimatur ad duas saxagenas.

Emethones tamen nihil aliud solvunt plebano aut ecclesiae, solum colendam per unum grossum et similiter hortulani et a qualibet persona pro denario sancti Petri per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae octo scotos et unum grossum pro quittance.

32. ZARNOW^{*)}, OPPIDUM.

Taxata (sic) ad quatuor marcas argenti.

In eodem oppido *Zarnow* ecclesia parochialis murata, tituli *S. Nicolai*, de colatione cantoris ecclesiae collegiatae *beatae Mariae Sandomiriensis*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Stanislaus Przelanczsky*¹⁾, actu presbyter, et residentiam agens. Qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae supportandis, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam tenet et salariat tres vicarios manuales et ministrum, sive scholae rectorem. Ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo dictum oppidum *Zarnow* et viginti duae villae spectant et pertinent, videlicet *Troyanovicze*²⁾, *Topolice*³⁾, *Solecz*⁴⁾, *Daleschovicze*⁵⁾ *Socolow duplex*⁶⁾, *Stawovicze*⁷⁾, *Buthkow*⁸⁾, *Dluznicze*⁹⁾, *Przelang*¹⁰⁾, *Zdzyszchovicze*¹¹⁾, *Myslborz*¹²⁾, *duplez Pilchovicze*¹³⁾, *Sydedecz*¹⁴⁾, *Chelsthy*¹⁵⁾, *Passkovicze*¹⁶⁾, *Bronow*¹⁷⁾,

*) *Zarnów*, pierwotnie zamek królewski, następnie miasto i kasztelania, należące dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, miejsce sięgające bardzo odległej starożytności, jak dowodzi uposażenie klasztoru *Benedyktynów* w *Mogilnie* przez *Bolesława Śmiałego* około roku 1065, który mu pomiędzy innymi przeznaczył półtrzeciej grzywny rocznego dochodu z zamku swego *zarnowskiego* (Archiv. rząd. poznań. Mogilno N. 1. Kod. dyplom. wielkop. I, 3 sqq.). Kościół parafialny istniał tam już przed rokiem 1121. *Kazimierz*, książę *sandomirski* bowiem fundując w tym roku kolegiatę w *Sandomierzu*, przeznaczył na jej uposażenie część dochodów kościoła parafialnego w *Zarnowie* (*Długosz*, Liber Beneficior. I, 301). Obecny kościół starożytny, z ciosanego kamienia wystawiony przez *Piotra Dunina* w wieku XII, jak utrzymuje *Długosz* (tamże I, 322), przez kilkakrotne zmiany utracił cechy swego pierwotnego stylu czysto gotyckiego. W końcu XIV lub na początku XV wieku wcielony został wraz z dochodami swymi do kantoryi *sandomirskiej*. W roku 1485 *Jan Stankon*, doktor medycyny i kantor *sandomirski*, lekarz królewski, wyjednał u *Kazimierza Jagiellończyka* przywilej zaprowadzenia w *Zarnowie* cechu prasolów (*Baliński* l. c. II, 414. 415).

1) *Stanisław Przelęski*, pleban. 2) *Troyanowice*. 3) *Topolice*. 4) *Solec*. 5) *Daleszowice*. 6) *Sokolów*, dziś tylko jeden. 7) *Stawowice*. 8) *Budków*. 9) *Dłużniewice* (za czasów *Długosza* dziedzictwo *Andrzeja Boryszewskiego*, późniejszego prymasa. Liber Beneficior. I, 325). 10) *Przyłęk*. 11) *Zdyszowice*. 12) *Mysłibórz*. 13) *Pilchowice*, dziś tylko jedna. 14) *Sielec*. 15) *Chelsthy*. 16) *Passkowie*. 17) *Bronów*.

*Nyemoyevicze*¹⁾, *Nadole*²⁾, *Przedmyeszcze*³⁾ et *Mjerzonia*⁴⁾. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens imprimis ex antiquo pro dote et fundo circa ipsam ecclesiam in eodem oppido et extra habet aream cimiterio contiguam pro curia, allodio, horto et pomerio, satis latam et spatiosam, pro conditione plebanali competentem, et retro eam specialem agri campum cum prato, in longitudine se usque ad gurgitem sive torrentem *Sczepe* protendentem, et in eodem torrente duas piscinulas; in latitudine dictus campus se protendit a via, quae vadit ex eodem oppido in *Zdzary* ab una parte, et ab alia parte ab horto oppidani *Cholewa*; insuper in eodem campo sunt ex antiquo per plebanos quatuor hortulaniae, duae pronunc possessionatae, et duae desertae, non habentes agros aliquos, solum hortos, qui non solvunt aliquem plebano censum, solum laborant in omni septimana diem pedestrem; item habet in alia parte cimiterii eiusdem ecclesiae versus oppidum quatuor speciales alias areas cum hortulis pro vicariis et campanatore, necnon et quintam pro schola, et cum hortulo; item in eadem haereditate habet unum alium laneum alias *dzyal* agri, iacentem penes viam, quae ducit ex eodem oppido in *Pylchovicze*, et limitat haereditates, oppidum *Zarnow* et *Troyanovicze*, incipit autem ab horto oppidani *Pyenyek* et terminatur limitibus villae *Pylchovicze*; insuper habet et unam piscinam iacentem sub oppido inter piscinas domini cantoris tanquam haereditis, et advocati *Zarnoviensis*; item duo prata dicta *Cossowskye*⁵⁾, iacentia inter prata *Grzanczyna* in eadem haereditate oppidi *Zarnow*, sub silva dicta *Sulechczyn*⁶⁾, post villam *Bronow*. Item *Bronow*, villam, habet sub eodem oppido et parochia *Zarnow* cum omnibus et singulis proventibus, censibus ac decima manipulari totius villae, et in eadem speciales agros praediales et speciales emethonales, videlicet duo lanei seu mansi pro curialibus seu praedialibus, et quatuor pro emethonalibus agris, in quibus quatuor laneis emethonalibus sunt locati sex emethones, et nunc sunt possessionati, et solvunt de integro agro per undecim scotos, de medio agro per undecim grossos, et laborat quilibet de integro agro per annum sex dies labores, ad quoscunque fuerint deputati; et aestimatur valor decimae ad duas marcas, aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi, nec aliquid aliud dant, praeter colendam per dimidium grossum; in qua villa et haereditate habet sex piscinas et prata, de quibus colligi potest unus acervus foeni, necnon silvas sufficientes; habet et decimas.

Zarnow, oppidum praefatum; decima manipularis post omnes et singulos agros totius oppidi praeter agros advocatiales et plebanales, de quibus decimam dat plebanus vicariis in valore aliquando trium marcarum, aliquando minus, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in praefata *Zarnow*, et aestimatur eius valor aliquando ad sedecim marcas, aliquando magis vel minus, non solvunt decimam canapi, sed conducunt decimam in domum plebani.

*Myedzwne*⁷⁾ *minor*, villa sub parochiali ecclesia in *Byalaczow*⁸⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae, quia non est ibi aliqua curia, sed neque agri curiales, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Zarnow*, et valor aestimatur eius ad octo marcas, aliquando magis vel minus; solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt.

1) *Niemojewice*. 2) *Nadole*. 3) *Przedmieście*. 4) *Mierzona*. Przybyły później osady: *Czersko*, *Dąbrówka*, *Jasion*, *Joannów*. 5) *Kossowskie*. 6) *Sulechcin*. 7) *Miedzna Drewniana* i *Miedzna Murowana*. 8) *Białaczów*.

Topolicze, villa sub eadem parochiali in *Zarnow*; decima manipularis de duobus campis totius villae, iacentibus in partem septentrionalem et orientalem, proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem et plebanum in *Zarnow*, et valor eius, quando cedunt frumenta hiemalia et aestivalia, simul aestimatur ad octo marcas, aliquando magis vel minus; quando vero solum hiemalia, aestimatur ad sex marcas, dum vero aestivalia, ad duas marcas; de tertio vero campo iacente versus oppidum *Zarnow* eiusdem villae decima cedit cantori *Sandomiriensi*; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum plebano in *Zarnow* singulis annis de omnibus agris, exceptis duobus cum dimidio laneis, de quibus similiter datur decima canapi cantori similiter omni anno.

Przedmyesze, villa ante oppidum *Zarnow*; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Zarnow*, et aestimatur eius valor ad duas marcas, aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi, et conducunt duntaxat, dum locatur in haereditate.

Troianovicze, villa sub eadem parochia *Zarnow*, decima manipularis post omnes et singulos agros praediales duarum curiarum proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem et plebanum in *Zarnow*, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus.

Pilchovicze utraque, villae sub eadem parochiali in *Zarnow*; decima manipularis post omnes et singulos agros utriusque villae proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii, et valor aestimatur utriusque ad quinque marcas; non solvunt decimam canapi, quia nobiles in illis villis.

Dluznovicze, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Zarnow*; decima manipularis post praediales agros duarum curiarum, etiam quos colunt emethones, qui fuerunt quondam *Byelsky*, proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii eiusdem parochialis in *Zarnow*; cuius valor aestimatur ad tres marcas, aliquando magis.

Przelang, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales duarum curiarum proveniens spectat ad eandem parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii; et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando minus.

Nyemoyevicze, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales curiae in ibidem proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii in eadem *Zarnow*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcam, aliquando minus.

Passkovicze, villa sub eadem parochiali in *Zarnow*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii; et valor eius aestimatur ad dimidiam marcam.

Mysliborz, villa sub eadem parochiali in *Zarnow*; decima manipularis post certos agros praediales proveniens in eadem villa spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Zarnow*, et percipiunt eam vicarii; et valor eius aestimatur ad sex grossos.

Nadole, villa sub eadem parochiali in *Zarnow*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem

parochialem in *Zarnow*, et percipit eam minister eiusdem ecclesiae, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, aliquando minus vel magis.

Chelsthy, villa sub eadem parochia *Zarnow*; decima manipularis post dimidium villae iaceus versus meridiem et orientem de omnibus et singulis agris proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam in *Zarnow*, et percipit eam minister, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam.

Syodlec, villa sub eadem parochiali *Zarnoviensi*; decima manipularis de uno lanceo, quem colit curia, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam in *Zarnow*, et percipit eam minister, et eius valor aestimatur ad octo grossos.

Item omnes et singuli oppidani de domibus et emethones de omnibus villis praedictis eiusdem parochiae de integris laneis nihil aliud solvunt, solum colendam per unum grossum; inquilini vero et emethones de dimidiis laneis per dimidium grossum solvunt, et denarium sancti Petri a qualibet persona per denarium unum; et contribuit camerae apostolicae collectori denarii sancti Petri quatuordecim scotos et unum grossum pro quittance.

33. WOYCZYN^{*)}, VILLA.

Tavata ad unam marcam argenti.

In eadem *Woyczyn* ecclesia parochialis lignea, vetus, chorus tamen de novo constructus, corpus adhuc vetustum et per partes compositum non bene propter defectum tectum, tituli *S. Andreae apostoli*, de collatione abbatis et conventus monasterii *Suleoviensis*, quam obtinet pronunc honorabilis et nobilis *Adam de Mroczkovicze*¹⁾, actu presbyter et residens, qui pronunc servat vicarium, licet ante non servabatur propter defectum fructuum eiusdem ecclesiae, et ministrum, clericum, quos salariat certis decimulis infrascriptis. Ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo quatuor villae, videlicet dicta *Woyczyn*²⁾, *Wola Daleschowska*³⁾, *Miculovicze*⁴⁾ et *Stok*⁵⁾ spectant et pertinent. Item eadem ipsa ecclesia et eius ple-

*) *Wojcin*, wieś należąca niegdys do klasztoru *Cystersów w Sulejowie* od początku jego założenia, położona w diecezji *sandomirskiej*, dekanacie *opoczyńskim*, w której, jak świadczy opis powyższy, na początku wieku XVI znajdował się starożytny kościół parafialny drewniany przez rzeczony klasztor niewątpliwie fundowany. W miejsce tego kościoła stał zapewne w tym samym wieku inny drewniany, a gdy i ten w początku wieku teraźniejszego od starości chylić się począł ku upadkowi, zastąpiony został kosztem parafian nowym murywanym w roku 1825. We wsi do parafii należącej *Wielka Wola* albo *Paradyż* znajduje się klasztor *O. O. Franciszkanów de observantia* fundowany w roku 1689 wraz z kościołem pod tyt. *Przemienienia Pańskiego* przez *Kazimierza Skórkowskiego*, dziedzica tamtejszego. W miejsce pierwotnego kościoła drewnianego *Augustyn Ohrepalski*, minister prowincji tegoż zakonu, wystawił w roku 1747 z ofiar wiernych nowy kościół murywany, który w roku 1764 *ks. Ignacy Kozierowski*, biskup *adrateński* i. p. i., kanonik *gnieźnieński* i proboszcz kanoników *laterańskich* w *Mstowie* konsekrował. Obecnie mieści się w klasztorze *paradyjskim* dwóch tylko zakonników (*Rubryc. dyec. sandomir. z r. 1877 f. 39*).

¹⁾ *Adam z Mroczkowic*, pleban. ²⁾ *Wojcin*. ³⁾ *Wola Daleszewska*, dziś nie znana. ⁴⁾ *Mikulowice*. ⁵⁾ *Stok*. Przybyły później osady: *Feliksów*, *Hieronimów*, *Irenów*, *Kazimierzów*, *Pieńki*, *Więtkówka*, *Władysławów*.

banus pro tempore existens in eadem villa et haereditate circa ipsam ecclesiam imprimis pro dote et fundo habet aream pro curia plebanali, allodio et pomerio, cimiterio contiguam, pro conditione competentem, et alias duas areas retro chorum ecclesiae pro vicario et ministro, cimiterio vicinas, et in eis domunculas; item habet hortum ante eandem villam *Woyczyn*, penes agrum sive arvom agri plebanalis dictum *Clanczka*¹⁾, in latitudine citra vel ultra viginti sulcorum, in longitudine vero unius stadii, dictum vero agrum *Clanczka* penes huiusmodi hortum iacentem extra villam, in latitudine citra vel ultra octuaginta sulcorum, in latitudine vero sex stadiorum, eadem ecclesia habet et plebanus; item habet alium arvom agri, iacentem penes agros advocatae, in campo dicto *Nywky*²⁾, in latitudine citra vel ultra sedecim sulcorum, in longitudine vero similem mensuram ut advocatae et emethonales agri habens.

Item in *kanthy* campo habet tertium arvom agri citra vel ultra duodecim sulcorum, iacentem penes agros advocatae, in longitudine se agris advocatorum conformantem, et ibidem de propinquo habet pratum inter prata emethonum *Grzybek* et *Galacz*; item in campo dicto *Zagrodzynye*³⁾, eundo in *Wola*, habet quartum arvom agri penes agros advocati *Rabusz*, in latitudine citra vel ultra viginti sulcorum, in longitudine vero instar habens (sic) agrorum advocatae; item quintum arvom agri habet in campo *Swydwowycze*⁴⁾, qui arvus in maiori parte nemoribus iam occupatus, et solum manserunt citra vel ultra tria stadia agri; item habet sextum arvom agri extra villam eandem *Woyczyn*, eundo versus *Wola*, prope signum passionis Christi extra villam expositum, in longitudine mensuram habens cum emethonibus, in latitudine vero citra vel ultra decem sulcorum, et in eius fine versus villam et signum Crucis pratum; item septimum arvom habet in campo *Lomczyny*⁵⁾, in longitudine duorum stadiorum, in latitudine vero citra vel ultra viginti sulcorum; item habet et piscinam sub borra, eundo in molendinum *Borowy*, et penes eandem arvom agri et pratum, quem arvom agri et pratum plebanus divisit inter duos suos plebanales hortulanos; habet enim in eadem villa speciales duas areas, et in eis duos hortulanos, sibi invicem contiguas, cum hortis, quibus hortulanis plebanus ultra praedictos agros penes piscinam iacentes de agris suis praedictis plebanus (sic) hinc inde per partes agri dedit et inter eos dividit per sex sulcos. Qui quidem hortulani nihil aliud plebano solvunt, solum omni septimana diem pedester laborant; tabernam vero, ut plebanus asserit, ex advocatia plebano donatam monasterium *Suleviense* occupavit, dictam *Pyathka*⁶⁾.

Woyczyn, eadem villa, in qua ecclesia; emethones de omni laneo solvunt eidem ecclesiae et plebano in *Woyczyn* missalia per unum cum dimidio coro siliginis, et per unum et dimidium corum avenae pro festo *S. Martini*; de agris vero omnibus et singulis advocatae decima manipularis provenit et spectat ad eundem plebanum et ecclesiam parochialem in *Woyczyn*; hortulani vero nihil solvunt, solum colendam, prout et de dimidio laneo emethones, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, aliquando magis vel minus.

Stok, villa sub eadem parochiali in *Woyczyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam

¹⁾ Klaczka. ²⁾ Niwy. ³⁾ Zagrodzenie. ⁴⁾ Swidwowiec. ⁵⁾ Lomczyny. ⁶⁾ Piątko.

parochialem et plebanum in *Woyczyn*, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi.

Mikulovicze, villa sub eadem parochiali in *Woyczyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem in *Woyczyn* et plebanum, tamen illam dat pro salario vicario et ministro, et valor eius aestimatur aliquando ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus; plebanus tamen de eadem villa percipit decimam post unam curiam et duos hortulos, qui pertinent ad dominum de *Stok*, quam conducit in *Stok*, et alterius nobilis *Latoszek*; item emethones de villis eiusdem parochiae, praeter villam *Woyczyn*, nihil aliud solvunt, praeter colendam per unum grossum et hortulani per dimidium grossum, etiam de *Woyczyn*, et denarium sancti Petri a persona qualibet per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae duos scotos, et unum grossum pro quittance.

34. BLOGYE*), VILLA.

Taxata ad tres marcas argenti.

In eadem *Blogye* ecclesia parochialis lignea, tituli *Nativitatis gloriosae virginis Mariae et sancti Nicolai*, de collatione ex vicibus alternatis, abbatis et conventus monasterii *Suleviensis* pro una vice, et haereditis de eadem *Blogye*, domini *Dunyn*¹⁾ pro alia vice, quam pronunc obtinet honorabilis *Mathias de Dambrowa*²⁾, actu presbyter, ex praesentatione abbatis et conventus praefati *Suleviensis*, qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, servat duos vicarios et ministrum, quibus pro salariis dat certas infra-scriptas decimas. Ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo septem villae, videlicet dicta *Blogye*³⁾, *Prochensko*⁴⁾, *Zarzeczyn*⁵⁾, *Stoky*⁶⁾, *Swyeczchow*⁷⁾, *Konskye*⁸⁾ et *Trzebyatow*⁹⁾ spectant et pertinent; item eadem ipsa ecclesia parochialis in *Blogye* imprimis in eadem villa et haereditate, ac eiusdem plebanus, pro dote et fundo circa ipsam ecclesiam retro chorum ipsius ecclesiae versus orientem habet specialem aream pro curia plebanali et domunculis vicariorum et ministri sibi ipsis vicinas et contiguas, necnon pro allodio, pomerio et horto, retro domum et aream plebanalem; item habet specialem campum agrorum iacentem versus

*) *Blogie*, wieś pierwotnie szlachecka, od roku zaś 1470 należąca do klasztoru *Cystersów* w *Sulejowie* (położona w diecezji *sandomirskiej*, dekanacie *opoczyńskim*). Król *Kazimierz Jagiellończyk* pozwolił ją nabyć temuż klasztorowi na własność w miejsce sprzedanych dla zbytnej odległości wsi *Okaliny* i *Gojczowa*, darowanych mu niegdyś przez *Wincentego Kadlubka*, proboszcza *sandomirskiego*, późniejszego biskupa *krakowskiego*. Natenczas istniał już w *Blogiem* kościół parafialny drewniany, niewiadomo, kiedy i przez kogo fundowany (*Długosz*, *Liber Beneficior.* I, 505). Dzisiejszy kościół murywany powstał w miejsce drewnianego w roku 1809 nakładem opata rzeczzonego klasztoru i dotąd nie jest konsekrowany (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 36).

¹⁾ *Dunin*. ²⁾ *Maciej z Dąbrowy*, pleban. ³⁾ *Blogie*. ⁴⁾ *Prucheńsko*. ⁵⁾ *Zarzeczyn*. ⁶⁾ *Stoczki*. ⁷⁾ *Śmieciechów*. ⁸⁾ Osada dziś nie znana. ⁹⁾ *Trzebiatów*.

villam *Grabowa* ¹⁾ et inter agros emethonales eiusdem villae, post gurgitem seu alveum, qui dividit prata emethonalia et plebani, quem agrum plebanus dividit in tres partes pro seminatione frumentorum hiemalium et aestivalium, ac pro paratione agrorum seminandorum. Qui quidem campus in longitudine protenditur ad tria stadia citra vel ultra, in latitudine vero protensionem habet citra vel ultra sex stadiorum et circa eundem gurgitem et campum habet pratum, de quo aliquando colligi possunt tres currus et aliquando quinque currus de foeno; item habet in villa *Swyeczecow* sub eadem parochia duos laneos emethonales possessionatos cum areis, hortis et pratis ad eosdem laneos ex antiquo spectantibus et pertinentibus; et habet specialem campum in eadem haereditate, ab aliis agris nobilium eiusdem villae haeredum distinctum; et solvunt pro censu et laboribus quilibet eorum emethonum annuatim per unam sexagenam pro festo sancti *Martini*, et per triginta ova, ac per duos capones.

Blogye eadem villa, in qua ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales duarum curiarum, videlicet monasterii *Suleoviensis* et haeredis, necnon campum iacentem inter viam, quae vadit ex eadem similiter *Blogye* in *Strzelcze*, proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam et plebanum in *Blogye*, et valor eius aestimatur aliquando ad tres marcas, aliquando magis vel minus; de aliis vero campis emethonalibus eiusdem villae decima manipularis provenit doctoribus studii *Cracoviensis*.

Prochensko, villa sub eadem ecclesia parochiali in *Blogye*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem et plebanum in *Blogye*, et aestimatur valor eius ad undecim marcas, aliquando minus; non solvunt decimam canapi, sed conducunt.

Stokcy, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Blogye*; decima manipularis post unum campum iacentem versus villam *Dambrowa* proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Blogye*, et valor eius aestimatur, quando cedunt hiemalia, ad unam marcā, aliquando magis; dum vero aestivalia cedunt frumenta, ad unum fertonem, aliquando magis; de aliis vero campis percipiunt doctores.

Swyeczecow, villa sub eadem parochiali in *Blogye*; decima manipularis post certos agros tam nobilium quam emethonaliū (sic) proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Blogye*, de qua decima manipulari in eadem *Swyeczecow* plebanus de *Blogye* ministro ecclesiae suae praedictae pro salario dat decem et octo cassulas siliginis, et ubi esset defectus in siligine, supplet aestivalibus frumentis; et valor eius aestimatur ad unam marcā cum dimidia quoad ministrum, quo vero ad plebanum, ad duas marcas, aliquando minus; de aliis agris decimam manipulare percipit ecclesia parochialis et plebanus in *Dambrowa*.

Radunya ²⁾, villa; curia duntaxat eiusdem villae sub eadem parochiali in *Blogye*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae eiusdem proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Blogye*, tamen illam percipiunt vicarii eiusdem ecclesiae et plebani, et valor eius aestimatur aliquando ad tres fertones, aliquando minus.

¹⁾ *Grabowa*, wieś w powiecie opoczyńskim, jedna w parafii *Slawno*, druga w parafii *Nierzanie-rowice*. ²⁾ *Radonice*.

Trzebyatow, villa sub eadem etiam parochiali; decima manipularis de uno campo iacente versus orientem et *Zajaczkow* ¹⁾ proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Blogye*, et valor eius, dum cedunt hiemalia, aestimatur ad duas marcas, aliquando magis, dum cedunt aestivalia, aestimatur ad dimidiam sexagenam; de aliis tamen campis cedit dominis doctoribus in *Cracovia*; emethones de villis omnibus eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam de laneo per unum grossum, de dimidio laneo per dimidium grossum, et a qualibet persona per unum denarium denarii sancti Petri; et contribuit collectori camerae apostolicae quatuor scotos, et unum grossum a quittance.

35. DAMBROWA.*)

Tawata ad dimidiam marcā.

In eadem *Dambrowa* ecclesia parochialis lignea *tituli sancti Petri apostoli*, de collatione abbatis et conventus monasterii *Suleoviensis*, quam pronunc obtinet honorabilis *Joanas de Byelska wola* ²⁾, actu presbyter, senex, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis, prout ex antiquo, servat circa ipsam ecclesiam vicarium manualementem et ministrum, quos salariat, ut potest commodius pronunc, quia solus defectuosus dimidium proventuum suorum dat vicario, ministro vero dimidiam sexagenam. Ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali septem villae, videlicet dicta *Dambrowa*, *Octuschow* ³⁾, *Janycovicze* ⁴⁾, *Nyevyerschyn* ⁵⁾, *Cawyczyn* ⁶⁾, *Dambrowa gora* ⁷⁾ et *Jawonek* ⁸⁾ spectant et pertinent; quae quidem ecclesia et eius plebanus circa ipsam ecclesiam et in eadem villa et haereditate imprimis habet pro dote et fundo arcem pro curia plebanali et in ea curiam, alodium, hortum et piscinulam penes aream plebanalem; item alias speciales areas pro vicario et ministro, areae plebanali contiguas, alias in una area plebanali; item habet speciales areas pro taberna, in qua nunc sedet *Albertus Czermnyensky*, ⁹⁾ qui nihil aliud facit, solum pro censu solvit dimidiam marcā; hortulanus vero omni septimana diem laborat pedester; item habet speciales tres arvos agri, alias *dzyaly*, in tribus campis, inter agros emethonales, iacentes inter agros *Pywowaniek* ex una parte, et ex alia *Rossyeya*, tabernatore, in uno videlicet campo

¹⁾ *Zajaczków*, wieś w parafii *Slawno* w powiecie opoczyńskim.

* *Dambrowa*, wieś niegdyś należąca do opata i klasztoru *Cystersów w Sulejowie*, położona w dyecyji *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *opoczyńskim*, ma kościół parafialny niezawodnie przez opatów tegoż klasztoru założony i uposażony przynajmniej już w początku wieku XV, jak to z opisu powyższego, mówiącego o starodawnych zwyczajach przez plebanów tamtejszych zachowanych, wnosić można. W aktach konsystorza *gnieźnieńskiego* zachodzą o nim jako o dawno istniejącym wzmianki od roku 1415 (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 11 sqq.). *Długosz* przy opisie dochodów scholasterii *sandomirskiej* wspomina o kościele w *Dambrowie* jako dawno istniejącym (Lib. Benc. I, 335). Kiedy stanął dzisiejszy kościół drewniany dość starożytny, znikąd dość nie można (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 f. 36).

²⁾ *Jan z Bielskiej Woli*, pleban. ³⁾ *Kotusów*. ⁴⁾ *Janikowice*. ⁵⁾ *Niewierzyn*. ⁶⁾ *Kawęczyn*. ⁷⁾ *Dębowa Góra*. ⁸⁾ *Jaksonek*. ⁹⁾ *Czerminski*.

in latitudine citra vel ultra viginti sulcorum, in longitudine vero citra vel ultra sex stadiorum; in alio campo iacente *Pythka Nicolaum* (sic) ex una, et *Joanne Cowal* parte ex altera, in latitudine citra vel ultra sedecim sulcorum, in longitudine citra vel ultra quatuor stadiorum, in tertio vero campo iacente penes viam, quae vadit de *Dambrowa* in *Blogye* ex una parte, et ex alia parte penes agros praediales in latitudine citra vel ultra decem et septem sulcorum, in longitudine vero similem mensuram habens (sic), prout praediales agri; item habet et pratum in parte domini *Dambrowsky* post fluvium *Czarua*, in silva dicta *wchodka*, de quo pronunc solum colligi possunt aliquando tres, aliquando vero quatuor currus foeni; habet et decimas.

Catuschow, villa sub eadem parochiali in *Dambrowa*; decima manipularis post omnes agros curiae, de uno duntaxat campo incende versus villam *Dambrowa*, proveniens spectat et pertinet ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Dambrowa*, et conduit eam in domum plebani.

Dambrowa gora, sub eadem parochia in *Dambrowa*; decima manipularis de certis agris praedialibus sive curialibus proveniens spectat et pertinet ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Dambrowa*, et conduit eam in domum.

Nyevyerschyn, villa sub eadem parochia; decima manipularis post agros praediales curiae et post unum emethonem, alias tabernam, dictum *Czwyk*, provenit et spectat ad parochialem in *Dambrowa*, et percipit eam pronunc vicarius, et valor eius aestimatur aliquando ad duas marcas, aliquando ad minus.

Swyeczchow, villa sub parochiali in *Blogye*; decima manipularis de certis agris nobilium et emethonum proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem in *Dambrowa* et plebanum, et tollit eandem in domum; de aliis vero agris pro maiori parte percipit plebanus in *Blogye*. Emethones de villis parochiae praedictae non aliud solvunt, solum colendam per unum grossum, de *Catuschow* per dimidium grossum, et denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae tres scotos et unum grossum pro quittance.

36. BYALEBRZEGY*), VILLA.

Taxata ad unam marcam argenti.

In eadem *Byalebrzegy* ecclesia parochialis lignea tituli *sancti Martini*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Byalebrzegy*, necnon *Syedllkovicze* ¹⁾, *Gro-*

*) *Bialobrzegi*, wieś szlachecka, należąca dziś do dyecezyi *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, gniazdo rodziny *Bialobrzeskich* h. *Abdank*, z której pochodzili: *Marcin Bialobrzeski*, biskup *kamieniecki*, sławny czasu swego kaznodzieja i pisarz kościelny, brat jego *Andrzej*, opat *Jędrzejowski* i wielu innych ludzi zacnych i zasłużonych (*Niesiecki* l. c. I, 80. 81. *Paprocki* l. c. 223), miała kościół parafialny z fundacyi tejże rodziny przynajmniej już w początku wieku XV, jako wnosić można z opisu powyższego nadmienającego o wsiach doń *ex antiquo iure* należących. Dzisiejszy kościół drewniany według świadectwa rubrycelli dyecezyi wspomnianej (z r. 1877 str. 35) wystawiony został około roku 1500 i dotąd w dość dobrym budowlanym znajduje się stanie.

¹⁾ *Siodlkowice*, dziś w parafii *Sławno* nie znane.

dzyna ¹⁾, *Zawada* ²⁾, *Nyebrow* ³⁾ cum *Lazyssko* ⁴⁾, *Kyelczowa wola* ⁵⁾ et *Zakrzow* ⁶⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Jacobus de Lybyschow* ⁷⁾, actu presbyter et residens, qui propter defectum suum pronunc servat vicarium, qui ante non continue propter defectum proventuum servabatur, et ministrum pro sui sustentatione et onerum ecclesiae eiusdem supportatione; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali quinque villae, videlicet eadem *Byalebrzegy*, *Czyeblovicze* ⁸⁾, *Sluboczycze* ⁹⁾, *Wnyewyel* ¹⁰⁾ et *Brzostowa* ¹¹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia in eadem villa et haereditate imprimis habet aream cum allodio et duobus hortis sibi contiguus, satis pro curia plebanali competentem et spatiosam, necnon aliam specialem aream pro ministro, cimiterio contiguam, et tertiam aream pro taberna, in qua nunc tenet vicarium, quia non est alia specialis, solum pro taberna, et antea sedebat in ea tabernator et solvebat, prout locabatur; item habet pascuum, alias *pastevnyk*, post hortum et aream plebanalem et tabernalem, et protenditur ad latitudinem, quantum area plebanalis cum taberna, ad longitudinem vero usque ad borram; insuper habet solum unicum arvom agri, alias *dzyal*, in eadem haereditate, inter agros nobilium haeredum eiusdem villae, in longitudine quindecim citra vel ultra stadiorum; incipit enim a villa et protenditur usque ad haereditatem *Czyeblovicze*, in latitudine vero, quamvis debet aequalem mensuram habere, tamen a villa citra vel ultra ad duo stadia tenet decem et octo sulcos, et postea, quanto ulterius, tanto strictius, ita quod in alio fine manent solum sedecim sulci, ex eo, quod nobiles occupaverunt omni anno aliquid magis subarando, et plebanus est senex, non potest se tueri; item habet et pratum inter haereditates *Byalebrzegy* et *Czyeblovicze* iacens, et inter campum villae *Czyeblovicze* et ripam fluvii *Pylcza*, de quo potest colligi omni anno, quando non est inundatio, magis quam unus acervus de foeno; insuper in fine eiusdem prati versus haereditatem *Byalebrzegy* habet unum parvum arvom agri alias *nyffka*; habet et specialem borram, quae incipit a via, quae vadit de *Byalebrzegy* in *Staragacz* ¹²⁾ et protenditur in longitudine usque ad pratum praedictum plebani, iacentem in haereditate *Czyeblovicze*, in latitudine vero protenditur a ripa fluvii *Pylcza* ¹³⁾ usque ad torrentem, dictum *Przegon*, qui torrens dividit borram plebani a borra nobilis *Martini Bialobrzesski*, in qua borra est specialis locus, qui vocatur *sosnowa lanka* ¹⁴⁾, valens pro mellificiis et pro pratis, tamen et ipse locus est plebani, licet nobiles vellent adimere illum pro pratis; item habet et piscinam penes praedictum pratum, tamen modo iacet deserta, et incipit a silva etiam plebani dicta *Szadykyerz* ¹⁵⁾; item ipse plebanus suo et dictae ecclesiae nominibus tenet quendam arvom agri in eadem haereditate ex adverso seu ad latus agri plebanalis iacentem in longitudine quatuor stadiorum, in latitudine vero decem sulcorum per olim nobilem *Joannem Jaxon* et *Hedwigim*, ipsius consortem, haeredem de eadem *Byalebrzegy* in octo marcis legatum, cum conditione, quod postquam aliquis consanguineus vellet habere eundem agrum seu arvom, quatenus prius solveret ecclesiae octo marcas, et non alias, et iam lapsi sunt citra vel ultra

¹⁾ *Grązowice*, w parafii *Sławno*. ²⁾ *Zawada*, wieś w parafii *chorzęcińskiej*. ³⁾ *Nieborów*. ⁴⁾ *Lazisko*. ⁵⁾ *Kielczowka*, wieś w parafii *wolworskiej*. ⁶⁾ *Zakrzów*. ⁷⁾ *Jakób z Libiszowa*, pleban. ⁸⁾ *Cieblowice*, wieś i wapielnia. ⁹⁾ *Slugocice*. ¹⁰⁾ *Unelew*. ¹¹⁾ *Brzustów*. Przybyły później osady: *Borki*, *Podoba Księża*, *Podoba Prywatna*, *Turmo*, *Utrata*, wieś i młyn, *Wąwał*. ¹²⁾ *Stara Gać*. ¹³⁾ *Płlica*. ¹⁴⁾ *Sosnowa Łąka*. ¹⁵⁾ *Sadykierz*.

decem anni, sicut plebanus et ecclesia ex legatione huiusmodi est in possessione; item decimas.

Byalebrzegy, villa praefata, in qua ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius eiusdem villae proveniens spectat ad ipsam ecclesiam et plebanum in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad duas marcas; non solvunt decimam canapi, quia omnes nobiles, praeter duos hortulanos.

Ostranszna ¹⁾, villa sub parochiali in *Slawno*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad parochialem praefatam et plebanum in *Byalebrzegy*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem.

Grodzyna, villa sub etiam parochiali in *Slawno*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad novem grossos.

Syedlkowicze, villa sub parochiali in *Slawno*; decima tamen manipularis pro maiori parte de agris praedialibus sive curiae proveniens, et praesertim iacentibus versus *Byalebrzegy*, spectat ad parochialem praefatam et plebanum in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad unam marcam cum dimidia; cedit etiam de certis agris praedialibus eiusdem curiae in *Slawno et Ounycze* decima.

Nyebrow, villa sub parochiali in *Chorzanczyn*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris quondam praedialibus sive curiae, in quibus nunc sedent tres cmethones, *Czyeczetka Stanislaus, Vitus et Joannes Pyesser*, proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad unum fertonem, et aliquando magis.

Lazyssko, villa sub praefata parochiali in *Chorzanczyn*; decima manipularis post araturas quondam praediales sive curiae, in quibus nunc sedet cmetho *Stanislaus Rolek*, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad dimidiam marcam.

Lagyewnyky, villa sub parochiali praefata in *Chorzanczyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu quondam curiae, in quibus nunc sedent duo cmethones, videlicet *Martinnus Farbula*, et alter *Martinnus Malyk*, proveniens spectat et pertinet ad parochialem praefatam et plebanum in *Byalebrzegy*, quam pronunc pro salario dat vicario, cuius valor aestimatur ad dimidiam marcam.

Zarwada, villa sub praefata parochiali in *Chorzanczyn*, decima tamen manipularis post agros et araturas tabernarum, seu de campo, quem colunt tabernatores, proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem ecclesiam et plebanum in *Byalebrzegy*, et dat eam pro salario ministro, et valor eius aestimatur ad dimidiam marcam.

Zakrzow, villa sub parochia oppidi *Wolborz*, decima tamen manipularis post certas araturas nobilium *Laurentii et Petri* in ibidem haeredum proveniens spectat et pertinet ad saepfatam ecclesiam et plebanum in *Byalebrzegy*, et eius valor aestimatur ad dimidiam marcam, et aliquando ad maximum ad dimidiam sexagenam.

Wyelczowawola, villa sub eadem parochiali in *Wolborz*; decima tamen manipularis de certis agris, ut dicitur, quondam praedialibus seu curiae et tabernae, in

¹⁾ *Ostrężna*.

quibus sedent cmethones *Nicolaus Swecz* et *Martinnus* tabernator, proveniens spectat et pertinet ad parochialem praefatam et plebanum in *Byalebrzegy*, et eius valor aestimatur ad unam marcam cum sex grossis.

Baby, villa sub parochiali ecclesia in *Wolborz*, decima tamen manipularis post agros duarum tabernarum domini *Zakrzewsky* in eadem *Baby* proveniens spectat ad eandem ecclesiam et plebanum in *Byalebrzegy*, et valor eius aestimatur ad viginti grossos.

Czyeblovicze et Sluboczycze, villae eiusdem parochiae in *Byalebrzegy*; cmethones nihil aliud solvunt plebano et ecclesiae in eadem *Byalebrzegy* pro colenda, solum de laneo per unum eorum siliginis mensurae *Inowlodzensis* ¹⁾ pro festo Paschae, de medio vero laneo per dimidium cori; de aliis vero villis colendam per dimidium grossum de domo, et a qualibet persona pro denario sancti Petri per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae duos scotos et unum grossum pro quittance et alium pro portitore.

37. SLAWNO*), VILLA.

Tawata est ad quinque cum dimidia marcas argenti.

In eadem *Slawno*, villa, ecclesia parochialis lignea tituli *sancti Geronii* ²⁾ *martyris* et *pontificis* necnon *Assumptionis gloriosae virginis Mariae*, de collatione laicorum haeredum in eadem *Slawno* et *Vygnanow* ³⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Bernardus*, haeres de eadem *Slawno*, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis tolerandisque tenet continue duos vicarios manuales et ministrum, quibus pro eorum salariis certae inferius descriptae decimae manipulares sunt designatae et deputatae. Ad quam quidem ecclesiam inre parochiali ex antiquo decem octo villae, videlicet dicta *Slawno, Vygnanow, Yawor* ⁴⁾, *Radunya* ⁵⁾, *Mnyskowo* ⁶⁾, *Grabowo* ⁷⁾, *Hostraszna* ⁸⁾, *Syedlkowicze* ⁹⁾, *Premuschowia wola* ¹⁰⁾,

¹⁾ *Miary inowlodzkiej*.

²⁾ *Slawno*, wieś szlachecka, dziś w dyecezyi *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *opoczyńskim* położona, w drugiej połowie XV wieku własność *Drzewickich* (Długosz Lib. Benef. I, 381), z kościołem paraftalnym już w wieku XIV istniejącym, jak dowodzi rozprawa w sądzie konsystorskim w *Gnieźnie* dnia 5 lutego roku 1409 pomiędzy plebanem tamtejszym, *Tomaszem*, a kmieciami o dziesięcinę tamże, które według dowodów przez tegoż plebana podanych poprzednicy jego spokojnie pobierali (Excerpta ex actis Consist. f. 3). Przed tymże sądem załatwiają w roku 1458 dawny spór względem prawa patronatu nad kościołem rzeczonym *Mikołaj* i *Piotr*, dziedzice *Slawna* z dziedzicami *Mnyszkowa* w ten sposób, że toż prawo służyć ma głównie dziedzicom *Slawna*, a dziedzice *Mnyszkowa* zawiadomieni przez tamtych o wakansie probostwa i prezentowaniu plebana, zgodzić się powinni pod karą 200 dukatów na prezentowanego przez nich kapłana i na dokumencie prezenty położyć także swoje pieczęcie (tamże f. 418. 419). Dzisiejszy kościół mурowany stanął w roku 1852 w miejsce starożytnego drewnianego nakładem dziedzica i parafian i dotąd nie został konsekrowany. We wsi *Zacharzewie* jest kaplica publiczna (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 38).

³⁾ Ma być *Geronis*, episc. et martyr. et socior. Patr. Regni Pol. ⁴⁾ *Wygnanów*. ⁵⁾ *Jawór*. ⁶⁾ *Radonia*. ⁷⁾ *Mnyszków*. ⁸⁾ *Grabowa*. ⁹⁾ *Ostrężna*. ¹⁰⁾ *Nieodgadzione*. ¹⁰⁾ *Przymusowa Wola*.

*Zachorzow*¹⁾, *Jankow*²⁾, *Poplawy*³⁾, *Kozynyn*⁴⁾, *Hovadow*⁵⁾, *Zajaczkow*⁶⁾, *Olschowycyz*⁷⁾, *Pothok*⁸⁾, *Grodzyn*⁹⁾, *Grozowicze*¹⁰⁾ et *Sepne*¹¹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens, imprimis circa ipsam ecclesiam et in eadem haereditate pro dote et fundo habet cimiterio contiguam aream satis latam et spatiosam pro curia plebanali, necnon allodio et domunculis duorum vicariorum et ministri, necnon retro curiam plebanalem hortum seu pratium aut pascuum alias *pastewnyk*; item habet specialem campum seu aruum magnum cum pratis et piscina insinul, iacentem inter limites villae *Cunycze*¹²⁾ ab una parte, ubi dividit quidam gurgis sive torrens cum prato *Chroszczelewska*, ultra dictum gurgitem seu alveum iacentem (sic), et ab alia parte villae *Slawno*, necnon a tertia parte villae *Vygnanow*, ubi ultra praedictum pratium *Chroszczelewska*, circa dictum campum plebani dictum *Popowe pole* sunt tria prata, necnon pars silvae sive nemorum in agris quondam excrescentium, iacens penes silvam dictam *Mogylny lasz*¹³⁾; item habet ultra praedictum campum in haereditate *Slawno* alium parvum aruum agri, iacentem inter viam, quae vadit de *Slawno* in *Cunycze* et viam, quae ducit in silvam *Dolazow* et agros haeredum de eadem *Slawno* et pratium penes montem *Mogilna* iacens; item habet de quatuor tabernis dominorum haeredum in *Slawno*, de qualibet sex grossos census perpetui, iacente primo una, in qua sedet *Gregorius*, inter emethones *Dyba* et *Kyek*, secunda dicta *Swyerczen-ska*, iacente inter emethones *Closz* et *fabrum*, tertia in medio villae *Slawno*, in qua nunc sedet *Nicolaus Rychtha*, quarta iacet deserta penes curiam quondam *Nicolaus* haeredis in *Slawno*; item habet et decimas.

Slawno, villa eadem, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales, etiam in quibus locati sunt aliqui emethones, videlicet *Joannes Kyek*, *Gregorius* tabernator, *Dyba*, *Stanislaus Zabul*, *Felix Mazanek*, et duo hortulani, videlicet *Snyoszek* et *Berlasz*, et alii per partes, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Slawno*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis; non solvunt decimam canapi; de aliis vero agris, quos colunt emethones *Klosz Joannes*, *Joannes Pezyk*, *Mathias Vierbusz*, *Joannes Skunek*, *Stanislaus Tripula* et laneus *Bykowsky*, necnon taberna *Rychczynska*, decima manipularis cedit in dioecesim *Cracoviensem*.

*Brudzewicze*¹⁴⁾, villa, in qua etiam est parochialis ecclesia, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae, demptis agris ecclesiae in eadem *Brudzewicze*, totalis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Slawno*, et valor eius aestimatur aliquando ad sedecim marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum cum dimidio.

*Malischicze*¹⁵⁾, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Brudzewicze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad praefatam ecclesiam parochialem et plebanum in *Slawno*, et valor eius

¹⁾ Zacharzów. ²⁾ Janków. ³⁾ Poplawy. ⁴⁾ Kozinin. ⁵⁾ Owadów. ⁶⁾ Zajaczków. ⁷⁾ Olszowiec. ⁸⁾ Potok. ⁹⁾ Grodzin. ¹⁰⁾ Grażowice. ¹¹⁾ Nisodgadniona. Przybyły osady: Bukowiec, Holendry Grabowski, Józefów, Łudwinów, Sienna, Syski, Wieraków, Zachmiel. ¹²⁾ Kunice, w tym samym co *Slawno* dekanacie. ¹³⁾ Mogilny Las. ¹⁴⁾ Brudzewice, w dekanacie opoczyńskim. ¹⁵⁾ Małoszyce, w parafii Studzianna.

aestimatur ad septem marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum cum dimidio.

Studzyane, villa sub eadem parochiali in *Brudzewicze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad parochialem praefatam et plebanum in *Slawno*, et eius valor aestimatur ad quindecim marcas, aliquando minus; et solvunt similiter decimam canapi per unum grossum cum dimidio de laneo; et in eadem haereditate molendinum *Voyczyk*, de cuius agris similiter decimam percipit idem plebanus in *Slawno* in valore aliquando octo vel decem grossos (sic).

Grozowicze sub parochiali ecclesia eadem in *Slawno*; decima manipularis post agros omnes et singulos praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Slawno*, et aestimatur eius valor ad duas marcas citra vel ultra, quia conducit eam in dotem plebanalem.

Zachorzow, villa sub parochiali ecclesia praefata in *Slawno*; decima manipularis post agros certos praediales sive curiae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam praefatam et plebanum in *Slawno*, et aestimatur eius valor aliquando ad aliquot grossos.

Poplawy sub parochiali eadem in *Slawno*; decimam manipulare post omnes et singulos agros partis, ut dicitur, quondam *Stokowsky*, proveniens percipit plebanus, et eius valor aestimatur ad tres fertones, quia aliquando cedunt duodecim cassulae frumentorum, aliquando magis vel minus; de parte autem *Ymbram*¹⁾, ex donatione plebanorum decimam manipulare percipiunt vicarii eiusdem parochialis in *Slawno*, et eius valor aestimatur ad duas marcas; quia praedium totale quondam fuit divisum in duas partes et inter duos fratres, *Ymbram* et *Stokowsky*.

Cunicze minor, villa sub parochiali in *Cunicze*; decima manipularis de quodam campo, iacente penes agros eiusdem villae et piscinam domini *Spoth*, haeredis in ibidem, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Slawno*, qui campus non continue sed interdum colitur.

Zajaczkow, villa sub parochiali eadem in *Slawno*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, etiam quos colunt aliqui emethones, proveniens spectat ad parochialem praedictam in *Slawno* et eius plebanum, et valor eius aestimatur aliquando ad unam marcam, aliquando magis vel minus.

Stok, villa sub parochiali in *Woyczyn*, et quondam, ut dicitur, in *Slawno*; decima etiam manipularis post omnes et singulos ipsius villae agros quondam, ut dicitur, spectabat ad eandem parochialem in *Slawno*, cuius in perceptione est ecclesia praefata in *Woyczyn*, tamen, ut dicit plebanus in *Slawno*, adhuc lis super proprietate occasione ipsius decimae inter eum et plebanum in *Woyczyn* pendet coram loci ordinario indecisa.

Jankow, villa sub eadem parochiali in *Slawno*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Slawno*, et percipit eam vicarius, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis vel minus.

¹⁾ Imbram Abraham.

Kozynyn, villa eiusdem parochiae in *Slawno*; decima manipularis de agris praedialibus utriusque curiae proveniens spectat ad parochialem eandem ecclesiam in *Slawno*, et percipit eam vicarius, et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando minus.

*Rozannek*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Dambrowa*, curia vero sub parochiali eadem in *Slawno*; decima manipularis de agris eiusdem curiae omnibus et singulis proveniens spectat ad praefatam parochialem ecclesiam in *Slawno*, et percipit eam vicarius valorque aestimatur ad unam marcā, aliquando magis vel minus.

*Dambrowka*²⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Skorcowicze*, decima tamen manipularis de agris praedialibus proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem praefatam in *Slawno* et eius plebanum, et valor eius aestimatur ad dimidiam marcā.

Olschovyecz, villa eiusdem parochiae in *Slawno*; decima manipularis de agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Slawno*, et percipit eam vicarius, cuius valor aestimatur ad unum fertonem, aliquando magis.

Pothok, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Slawno*; decima manipularis de agris praedialibus proveniens spectat pertinetque ad parochialem praefatam in *Slawno*, et percipit eam vicarius, valorque eius aestimatur ad sedecim grossos.

Mnyskowo, villa sub parochiali praefata in *Slawno*; decima manipularis de agris praedialibus curiarum omnium et singularum, etiam quos colunt aliqui hortulani, proveniens spectat ad parochialem ecclesiam praefatam in *Slawno*, et percipit eam minister, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Emethones de omnibus et singulis totius parochiae villis nihil aliud solvunt, solum colendam per dimidium grossum et pro denario sancti Petri per unum denarium a persona; et contribuit collectori camerae apostolicae per duodecim scotos et unum grossum pro quittance.

38. CONYCZE, VILLA.*)

Taxata ad unam marcā argenti.

In eadem *Conycze*, villa, ecclesia parochialis lignea, tituli *sancti Laurentii*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Conycze*, *Gawronow*³⁾ et *Brzostowek*⁴⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Clemens de Stok*, actu presbyter et residens, qui,

¹⁾ *Rożenek*. ²⁾ *Dąbrówka*.

*) *Kunice Wielkie*, wieś szlachecka, dziś położona w diecezji *sandomirskiej*, dokanacie i powiecie *opoczyńskim*, gniazdo rodziny *Kunickich* h. *Bończa*, z których pochodził *Michał Kunicki*, piszący się *a Magna Kunice*, biskup *arsyoneński*, suffragan *krakowski*, dziekan *gnieźnieński* i opat *mogilski*, siostrzeniec prymasa *Teodora Potockiego* † 1751 (*Nisiecki* l. c. II, 743. *Łętowski*, Katalog, III, 218. *Długosz*, Liber Beneficior. I, 507, podaje dziedziców ówczesnych, *Piotra*, proboszcza *sądeckiego* i kilku innych z rodu *Bończów*). Tejto zapewne rodzinie zawdzięczają *Kunice* kościół swój parafialny, sięgający początkiem swym według powyższego opisu przynajmniej wieku XIV. Kto dzisiejszy kościół drewniany wystawił, ani wizyty ani akta miejscowe nie wykazują (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 37).

³⁾ *Gawrony*, wieś do parafii należąca. ⁴⁾ *Brzostówek*, dziś w parafii i okolicy nie znany.

prout ex antiquo, propter proventuum eiusdem ecclesiae paucitatem non potest tenere pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae tolerandis vicarium, solum ministrum, cui pro salario assignat decimam manipulearem post araturas curiarum in eadem *Brzostowek*; ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo quinque villae, videlicet dicta *Conycze maior* et alia *minor Conycze*¹⁾, *Gawrony*, *Brzostowek* et *Camyen*²⁾ spectant. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus imprimis pro dote et fundo habet circa ipsam ecclesiam in eadem villa pro curia plebanali aream satis latam et spatiosam, nec non allodio, piscinula et domuncula ministri et vicariali, ubi ante non fuit, sed in area plebanali sitam, ante seu in vultu eiusdem curiae versus villam hortum et penes hortum pratum, de quo colligi possunt aliquando sex currus de foeno, et aliud pratum retro allodium plebanale, de quo colligi possunt magis quam unus acervus de foeno, et tertium pratum, quod iacet post curiam et aream nobilis *Pauli*, haeredis in *Conycze* cum arvo agri in longitudine sex stadiorum, in latitudine vero citra vel ultra viginti sulcorum; item secundum arvum agri, alias *nywa*, iacentem retro pratum, in postico areae plebanalis situm, iacentem inter agros haeredum de eadem *Conycze*, videlicet *Nicolai Zolnyerz* ex una parte, et ex alia parte nobilis *Nicolai Byernathek*³⁾, certis signis circum circa distinctum; item tertium arvum agri habet ex opposito horti et prati, in longitudine duorum stadiorum, quod arvum superseminatur sex coris siliginis; item quartum arvum agri, in quo pronunc etiam fecit hortum, in longitudine unius stadii, et retro hortum quatuor stadia agri, sicque incluso horto, de agro sunt quinque stadia in vicinatu praecedentis agri; item quintum arvum agri iacentem penes *Gagium*⁴⁾, seu nemus domini *Pauli*, haeredis in *Conycze* situm inter vias, ex una parte viam, quae vadit in *Lubischow*⁵⁾, et ex alia parte viam, quae vadit in *Brzostowek*, quod superseminatur duodecim coris siliginis, in longitudine quinque stadiorum; item sextum arvum agri habet ante villam *Conycze*, versus villam *Brzostowek* et *Modrzewie*⁶⁾, iacentem inter agros domini *Stanislai Milakowsky* et domini *Nicolai Wawrzynczowicz de Conycze*⁷⁾ in modum triclinae; item habet penes aream praedictam plebanalem aliam specialem aream pro hortulano, et in ea domunculam, in qua nunc moratur mulier pauper, quae nihil dat, nisi in aestate laborat sex dies; item habet in eadem haereditate *Conycze* et finibus eius versus villam seu sub villa *Brzostowek* specialem mericam seu nemus, quam mericam excidunt haeres et emethones de *Brzostowek* eadem, negligentia provisionis plebani et potentia haeredis de eadem *Brzostowek*; item decimas.

Conycze, villa, in qua parochialis praedicta ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, sive pronunc octo curiarum nobilium, videlicet *Nicolai Wawrzynczowicz*, *Stanislai Mylakowsky*, *Alberti Golyan*, *Nicolai Golyan*, *Pauli Gorny*, *Nicolai Byernathek*, *Pauli Brzessky* et *Joannis Chroszczel*⁸⁾, necnon duorum lancorum, in quibus pronunc sedent emethones, videlicet *Joannes Caverna*,

¹⁾ *Kunice Wielkie* i *Kunice Małe*, dziś *Kunice* i *Kunieczki*. ²⁾ *Kamień*. Przybyły później osady: *Benignów*, *Nieborów*, *Skórkówka*, *Szatkowicz*, *Tomaszów*, *Trojan*, *Wincentów*. ³⁾ *Wacław Kunicki*, kanonik *łowicki*, proboszcz *opoczyński*, wydał *Wizerunek szlachecka polskiego*, najprzód w języku polskim w r. 1615, następnie w łacińskim r. 1645, gdzie przodków domu swego wyprowadza aż do roku 1360. *Kunicy* według niego tak się byli w *Kunicach Wielkich* rozrodzili, że ośm dworów w tej wsi rachowano i dla odróżnienia jednych *Kunickich* od drugich różne dawano im przydomki, jak to w opisie powyższym się pokazuje (*Nisiecki* l. c. II, 743). ⁴⁾ *Gaj* ⁵⁾ *Lubiszów*. ⁶⁾ *Modrzewie*. ⁷⁾ Przydomki *Kunickich*. ⁸⁾ Same przydomki *Kunickich*, z których większą część przytacza *Nisiecki* l. c. II, 743.

Paulus Gradec, Gregorius Lyssycz et Laurentius Lyssycz, proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem ecclesiam et plebanum in *Conyche*, et eam conducit plebanus in domum, et aestimatur ad aliquot marcas, tres aut quatuor; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos; de aliis autem agris decima cedit in *Cracoviam* dominis doctoribus.

Gawrony, villa sub eadem parochiali in *Conyche*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, ubi aliquando fuerunt tres curiae, et pronunc una, proveniens spectat pertinetque ad praefatam parochialem ecclesiam et plebanum in *Conyche*, et eius valor aestimatur aliquando ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

Brzostówek, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Conyche*; decima manipularis post agros omnes et singulos praediales, trium pronunc curiarum, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Conyche*, quam anno praesenti in valore decem et octo cassularum dedit pro salario ministro ecclesiae suae, eius tamen valor aestimatur ad unam marcā.

Conyche minor, sub eadem parochiali in *maiori Conyche*; decima manipularis de omnibus et singulis agris eiusdem haereditatis et villae, dempto uno laneo, de quo decima provenit dominis doctoribus in *Cracovia*, proveniens spectat pertinetque ecclesiae (sic) parochiali praefatae et plebano in *Conyche*, et conducit eam in domum, in valore aliquot decem grossorum.

Emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de laneo per unum grossum, de dimidio vero laneo per dimidium grossum, et pro denario sancti Petri a qualibet persona per denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae unum scotum et unum grossum pro quittantia.

39. OPOCZNO*), OPPIDUM.

Tavata (sic) ad duas marcas argenti.

In eodem *Opoczno* ecclesia parochialis, quondam extra oppidum *Opoczno*, lignea sub titulo sanctae *Mariae Magdalene*, nunc vero in oppido murata sub titulo

*) *Opoczno*, miasto niegdyś królewskie przy ujściu rzeki *Węglanki* do *Drzewicy*, dziś w diecezji *sandomirskiej*, dekanacie *opoczyńskim* położone, zawdzięcza wzrost swój królowi *Kazimierzowi W.*, który często tu przebywając dla głośnej w dziejach polskich *Esterki*, rodzinnemu jej miejscu wiele czynił dobrodziejstw, a przedewszystkiem starożytny zamek obronniejszy uczynił, kościół wymurował i miasto murami opasał (*Baliński, Starożytna Polska II, 405 sqq.*). Zanim rzezony monarcha zajął się podniesieniem miasta, istniał w niem od dawna kościół parafialny drewniany pod tyt. *ś. Maryi Magdaleny* przez poprzedników jego fundowany, który po przeniesieniu miasta bliżej ku zamkowi i otoczeniu go murami, pozostał po za miastem, a nabożeństwo parafialne przeniesione zostało do kościoła murowanego przez *Kazimierza* wystawionego w mieście samem. Potwierdza to opis powyższy jaknajwyraźniej. Kościół pierwotny *ś. Maryi Magdaleny*, po kilkakrotnie z drzewa odbudowany, dotąd jako filia kościoła *ś. Bartłomieja* istnieje. Od czasów założenia kolegiaty w *Sandomierzu* przez *Kazimierza*, księcia *sandomirskiego* w roku 1121 (*Długosz, Lib. Benef. I, 301*), probostwo *opoczyńskie* wcielone zostało do jej prepozytury i pozostało przy niej aż do zreorganizowania kościoła polskiego w r. 1819.

sancti Bartholomaei apostoli, de collatione praepositi pro tempore existentis ecclesiae collegiatae *Sandomiriensis*, ex eo, quod ipsa praepositura *Sandomiriensis* ex proventibus eiusdem parochialis in *Opoczno* extat dotata, quam pronunc obtinet honorabilis *Nicolaus de Zawichost*¹⁾, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, servat duos vicarios manuales et ministrum scholae, necnon campanatorem seu sacristianum, qui habent salaria sua, videlicet vicarius decimas manipulares post praediales agros in *Byeleyowicze*, in *Poplawky* et in *Ogonowicze* post agros scultetiales, necnon tertiam partem offertorii, et similiter magister scholae tertiam partem aliam (sic), quia plebanus tollit dimidiam partem; sacristianus vero percipit decimum denarium ex offertorio et decimam manipularem de uno campo molendini dicti *Ruda*. Ad quam quidem ecclesiam parochialem ex antiquo iure parochiali praefatam oppidum *Opoczno* cum suis anteurbiis et novem villis, videlicet *Januschewicze*²⁾, *Bukowycze*³⁾, *Sythowa*⁴⁾, *Ogonowicze*⁵⁾, *Byeleyowicze*⁶⁾, *Wola civitatis*⁷⁾, *Poplawky*⁸⁾, *Gorzakow*⁹⁾, *Mroczkow*¹⁰⁾ et *Dzielna*¹¹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens, pronunc circa ipsas ecclesias extra muros et in oppido, imprimis pro dote et fundo habet in oppido aream satis strictam, muro civitatis contiguam, et in angulo eiusdem oppidi retro chorum eiusdem ecclesiae, et in eadem area curiam et aedificia etiam aliqua, supra murum civitatis constructa; item alias speciales areas in cimiterio eiusdem ecclesiae pro vicariis et schola; item extra oppidum circa ecclesiam sive capellam *sanctae Mariae Magdalene*, quondam matricem, habet praedium, ubi ante fuit curia plebanalis, seu aream satis competentem, et in eius postico pratum; item in villa *Wola civitatis Opoczno* habet unam aliam specialem aream in principio eiusdem villae versus oppidum pro hortulania, dicta *Robakowska*, ubi aliquando plebanus habuit hortulanum, nunc vero conversa est in pratum, de quo colligi possunt duo currus foeni, et ad eandem hortulanium specialem agrum in latitudine sedecim sulcorum, in longitudine vero similem mensuram habens (sic), prout agri civiles protenduntur; item habet et alias duas hortulanas in suburbio eiusdem oppidi penes cimiterium capellae *sanctae Mariae Magdalene* versus orientem, habentem etiam hortum et aream, et aliam hortulanium penes aream et pomerium plebani, circa eandem capellam sitam, similiter habentem hortulum ante aream et in eisdem hortulanos, qui nihil aliud solvunt, solum omni septimana laborant per unum diem; item habet specialem campum agrorum ad latus eiusdem suae praedictae areae plebanalis extra oppidum iacentem, in quo aliquando fiunt, dum bene seminantur ipsi agri, de frumentis communibus ducentae et quin-

Wspomniony kościół *ś. Bartłomieja* po kilkakrotnie restaurowany dla uchronienia go od upadku, utracił wiele ze starożytnego stylu swego, wszelako mury zewnętrzne, a mianowicie okrągła wieża z hoku noszą cechę budowli wieku XIV (*Kłosy, pismo illustr. warsz. t. XVIII, str. 265*). Zamek starożytny *Kazimierza W.* zniszczony w roku 1655 przez *Szwedów* długo leżał w ruinach, dopiero w najnowszym czasie zrestaurowany kosztem rządu mieści w sobie władze powiatowe (tamże). W roku 1443 *Mikołaj*, dziedzic *Borysławic* i *Stanisław Ostroróg*, opiekun jego, pozywają *Stanisława*, plebana z *Opoczna* o nieprawne przywłaszczenie sobie altary w *Borysławicach*, od której go konsystorz odsądził (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 261 b sqq.*).

¹⁾ *Mikołaj z Zawichostu*, pleban. ²⁾ *Januszewice*. ³⁾ *Bukowiec*. ⁴⁾ *Sitowa*. ⁵⁾ *Ogonowice*. ⁶⁾ *Bielowice*. ⁷⁾ *Wola Miejska*, dziś nie znana. ⁸⁾ *Poplawki*, tak samo. ⁹⁾ *Gorzaków*, dziś w parafii nie istnieje. ¹⁰⁾ *Mroczków*. ¹¹⁾ *Dzielna*.

quaginta cassulae, demptis agris, qui pro hiemalibus praeparantur; item habet alios agros dictos *Gladerczynskye*, emptos quondam per quendam plebanum, in latitudine decem virgarum, iacentes penes agros alios plebanales ab una parte, et ab alia parte penes agros oppidani *Pyerzchala*, protendentes se in mensura longitudinis, prout alii agri civiles, ad quos agros spectat certum pratum, etiam decem virgarum in latitudine, iacens penes molendinum regale, inter alia molendina duo iacentia (sic), de quo prato colligi solent tres currus boni de foeno, ratione cuius plebani obligati sunt ad explenda duo aniversaria per annum perpetuis temporibus, unum circa festum *sancti Jacobi*, et aliud in *Adventu*, hoc est vigiliis cum defunctorum missa; item habet alium agrum, iacentem inter agros antiquae civitatis, in latitudine duodecim sulcorum, in longitudine vero protensionem habens (sic), prout ceteri agri vicinorum; item pratum iacens in fine pratorum advocatae *Opoczniensis* dictum *Chlopowska*, de quo colliguntur aliquando sex, aliquando quinque currus de foeno; item habet et decimas.

Wola Opoczniensis, villa sub eadem parochia *Opoczniensi*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Opoczno* et eius valor aestimatur aliquando ad sex marcas et aliquando magis vel minus; solvunt decimam canapi in canapis cum semine et conducunt.

Antiqua civitas Opoczno, sive *Staromyesze*¹⁾, sub eadem parochia; decima manipularis de dimidia parte villae, alias post agros septem colonorum in eadem *Staromyesze*, provenit ceditque dictae parochiali et plebano in *Opoczno*, et altera dimidia pars praepositurae *Sandomiriensi*, et valor eius aestimatur aliquando ad unam sexagenam, aliquando minus aut magis.

Opoczno oppidum; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiarum, regalis et advocatae, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Opoczno*, et eius valor aestimatur ad duas marcas.

Byeleyovicze, villa sub eadem parochiali *Opoczniensi*; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus, etiam in quibus locati sunt decem hortulani, proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam in *Opoczno* et percipiunt eam vicarii, et eius valor aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

Ogonovicze, villa sub eadem parochiali; decima manipularis de agris advocatae omnibus et singulis proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Opoczno*, et percipiunt eam vicarii, valorque eius aestimatur ad dimidiam marcem, aliquando magis.

*Carvicze*²⁾, villa sub parochiali *Opoczniensi*; decima manipularis de omnibus agris praedialibus sive curialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Opoczno*, et percipiunt eam vicarii, valorque aestimatur ad tres fertones.

Poplawky, villa sub eadem parochiali in *Opoczno*; decima manipularis post agros omnes et singulos praediales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Opoczno*, et aestimatur eius valor ad decem grossos, quia deserta haereditas sive villa.

¹⁾ *Staromieście*. ²⁾ *Karwice*.

*Molendinum Rudnyky*¹⁾ sub eadem etiam parochiali; decima manipularis de uno campo eiusdem molendini proveniens pertinet ad praefatam parochialem in *Opoczno*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem; oppidani et emethones omnium et singularum villarum ad ipsam ecclesiam spectantium nihil aliud solvunt, solum in oppido hospites per unum grossum, inquilini vero per dimidium grossum, et similiter emethones in villis, et ultra hoc denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium; et contribuit camerae apostolicae collectori novem scotos et unum grossum pro quittance.

HOSPITALE ante oppidum, tituli *sancti Spiritus*. Item extra oppidum *Opoczense* constructum est diu hospitale pauperum et ecclesia sub titulo *sancti Spiritus* et *sancti Leonardi*, et praepositura sive capellania perpetua circa illud hospitale et ecclesiam, de collatione consulatus eiusdem oppidi *Opoczno*, quam pronunc obtinet *Stanislaus de Codrab*²⁾, actu presbyter, senex, qui habet curam animarum eiusdem hospitalis et administrat sacramenta pauperibus in hospitali iacentibus et de vitricis hospitalis debet providere ex privilegio, et tenetur tres missas singulis septimanis legere, primam pro sacerdote, aliam feria quinta de *Corpore Christi* et tertiam sabbato de *sancta Virgine*. Qui quidem praepositus et sua ecclesia imprimis pro dote et fundo habet sibi altare a prima fundatione in parochiali *sancti Bartholomaei* fundatum quondam ex bonis cuiusdam *Hankonis* advocati *Opoczniensis*, incorporatum, quod habuit imprimis villam *Dzyelna* cum omni iure et proprietate et unum macellum carnificum in oppido *Opoczno*. Quae villa et macellum per olim dominum *Drzyewiczky*³⁾, avum moderni domini episcopi *Przemisliensis* et regni *Poloniae* cancellarii⁴⁾ sunt sub nomine tutorio occupata et usque in praesens manent occupata et possidentur, et habet litteras desuper; habet tamen in possessione pronunc imprimis domunculam in cimiterio parochialis in oppido, item aream et in ea domum cum pomerio retro hospitale satis competentem, item in suburbio versus meridiem octo hortulanos, sibi ipsis vicinos, et solvit eorum quilibet pro annuo censu per sedecim grossos pro lignis ad hospitale pauperum; item in alia parte oppidi versus occidentem habet alios tres hortulanos sibi ipsis vicinos, qui solvunt pro censu annuo pro lignis ad hospitale pauperum similiter per sedecim grossos; item habet alium hortum et in eo domunculam versus fluvium *Drzewicza* ex opposito ecclesiae parochialis *sancti Bartholomaei* extra tamen muros pro utilitate praepositi; item habet pratum circa villam *Gorzakow* penes pratum *Walkowska*, in latitudine sex virgularum, in longitudine vero protenditur usque ad granities *Bukowycz*, et arendari solet pro uno fertone, et fiunt de eo tres magni currus foeni.

*Dambarzczka*⁵⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Crasnycza*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens ex donatione olim reverendissimi *Jacobi de Sienno*, archiepiscopi et primatis *Gnesnensis*, de consensu sui capituli, spectat et pertinet ad praefatam hospitalis ecclesiam et eius praepositum, et aestimatur eius valor ad quatuor marcas, aliquando magis⁶⁾.

¹⁾ *Rudniki*. ²⁾ *Kodrab*. ³⁾ *Drzewicki*. ⁴⁾ *Maciej Drzewicki*, późniejszy prymas. ⁵⁾ *Dęborzczka*. ⁶⁾ Kościół szpitalny *ś. Ducha* od dawna nie istnieje, fundował go arcybiskup *Jakób Sienieński* w r. 1479 (Liber privileg. Capit. Gnesn. II, ab a. 1459 f. 17—21).

40. DAMNYEVICZE.*)

Taxata ad unum fertonem argenti.

In eadem *Damnyevicze*, seu in quartali citra vel ultra miliaris distantia ab arce *Damnyevicze* in campo ecclesia parochialis lignea, tituli *sanctae Barbarae*, ubi nullus alter locum illum inhabitat circa ecclesiam, solum plebanus, vicarius et minister, de collatione haeredum de eadem arce *Damnyevicze*, quam obtinet pronunc honorabilis *Gotardus de Smogorzew*, actu presbyter, qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam servat vicarium et ministrum, quibus pro salariis certas decimas assignat; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali duntaxat unica villa videlicet *Vignanow*¹⁾ et arx spectat et pertinet. Quae quidem ecclesia et eius plebanus imprimis circa, alias prope ipsam ecclesiam habet pro dote et fundo circuncirca ipsam ecclesiam ac dotem plebanalem specialem campum agrorum, et in eodem dotem areasque curiae plebanalis, vicarii et ministri, necnon hortos, allodium, prata iacentia penes fines seu granities haereditatis *Byeleyovicze*, necnon et piscinam iacentem versus praefatam villam *Byeleyovicze*²⁾, ac nemus seu *gayum*. Qui quidem agri habent aestimationem in magnitudine quatuor lancorum, et iacent agri cum pratis contigue absque quavis interruptione ad instar alicuius haereditatis; item habet libertatem piscandi in fluvio *Drzevicza*³⁾ per totum fluvium, quantum se extendit haereditas dictae arcis *Damnyevicze*; retro tamen curiam plebanalem iacent prata emethonum ex villa *Vignanow* praefatae arcis subditorum; iacet autem dictus campus seu haereditas plebanalis inter gurgites seu torrentem, mediantem ab una parte versus *Byeleyovicze* unum gurgitem, et ex alia alium gurgitem, dividentem haereditatem arcis seu castri *Damnyevicze* ab haereditate plebani, protenditur autem in longitudine versus orientem in tantum, quantum haereditas in *Damnyevicze*, et prata iacent circum circa agros praedictos; habet et decimas.

Damnyevicze, castrum sub parochiali praedicta; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales eiusdem castri proveniens spectat et pertinet ad eandem

*) *Damniewice*, zamek niegdyś królewski w pobliżu *Opatowa* leżący, dziś zupełnie nieznan, zapewne w wieku XVII przez Szwedów zniszczony, a obok niego dla wygody załogi i mieszkańców wsi *Wygnanowa*, kościół parafialny tego co zamek nazwiska, osobno na pustkowiu stojący, którego dziś nie ma śladu, niezawodnie przez Szwedów spalony, nie został więcej odbudowany, a jedyna wieś *Wygnanów* stanowiąca wraz z zamkiem wspomnianym jego parafią, wcieloną została jak się zdaje, do kościoła parafialnego w *Stawnie*, gdyż tam istnieje po dziś dzień wieś tego nazwiska, jeżeli w opisie powyższym wzmiankowany *Wygnanów* równie jak kościół nie znikł bez śladu. Kościół *damniewicki* fundował w roku 1445 *Mszczuguj*, dziedzic ze *Skrzynna (Dunin)*, starosta *opatowski*. Na jego prośby arcybiskup *Wincenty Kot z Dembna* darował temuż kościołowi dziesięcinę z miasta *Gielniowa* i ze wsi *Damniewska* albo *Krzconowa Wola*, jak opiewa erekcja przez tegoż arcybiskupa z dnia 14 lipca 1445 (*Archiv. Capit. Gnesn. Liber privileg. II, ab a. 1459 f. 300*). *Długosz* przy opisie kollegiaty *sandomirskiej* wspomina o kościele parafialnym w *Damniewicach* (alias *Wygnanow*) i do niego należącej wsi *Wygnanowie*, której dziedzicem za jego czasów był *Jan Damniewski (Damyowski)* (*Liber Benef. I, 335. 358*).

¹⁾ *Wygnanow*. ²⁾ *Bielowice*, wieś w parafii *Opatowa*. ³⁾ *Drzewica*.

parochialem ecclesiam et plebanum eiusdem *Damnyevicze*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

*Gyelnyow*¹⁾, oppidum et in eodem parochialis ecclesia; decima manipularis de certis agris totius oppidi proveniens spectat et pertinet ad parochialem ecclesiam praefatam et plebanum in *Damnyevicze*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi, sed conducunt; de aliis autem agris percipit decimam ecclesia et plebanus in ibidem.

*Wola Krzconowska*²⁾, villa sub parochia in *Drzevicza*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Damnyevicze*, cuius partem, videlicet post duas araturas emethonum, dat plebanus vicario pro salario, et residuum pro se, et aestimatur eius valor sortis plebanalis ad duas marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt.

Item habet libertatem in molendino castri eiusdem in *Damnyevicze* absque mensura frumenta quaecunque molere.

Item emethones de *Vignanow* nihil aliud solvunt, solum colendam per dimidium grossum de dimidio laneo, et similiter hortulani, et a qualibet persona per unum denarium ratione denarii *sancti Petri*; et contribuit duos grossos in *Drzevicza* plebano, quia est filia ecclesiae in *Drzevicza*, et nihil collectori camerae apostolicae contribuit.

40. LIBISCHOW*), VILLA.

Taxata ad unam marcem argenti.

In eadem *Libischow* ecclesia parochialis lignea, tituli *sanctorum Nicolai, Margarethae et Catharinae*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Libischow*, quam pronunc obtinet discretus *Stanislaus de Lancicia*³⁾, actu presbyter et residens,

¹⁾ *Gielniów*. ²⁾ Osada dziś w parafii *drzewickiej* nie znana.

*) *Libiszów*, wieś szlachecka w pobliżu *Opatowa*, gniazdo rodziny *Libiszowskich* h. *Wieniawa*, do których należał *Prandota Libiszowski*, podskarbi *pruski*, starosta *malborski*, którego czyny rycerskie w obec *Krzyżaków* sławią dziejopisarze pod rokiem 1460 (*Posselius, Historia Polono-Pruthenica, Bielski i Kromer. cf. Długosz Lib. Benef. I, 507*), a który według nich miał założyć wieś rzeczona. Tymczasem z akt konsystorza *gnieźnieńskiego* pokazuje się, że ona istniała już dawno przed rokiem 1460, albowiem po śmierci plebana kościoła tamtejszego, niejakiemu *Wawrzyńca* w roku 1442, powstał spór o prawo prezentowania następcy jego pomiędzy *Jaśkiem (Jaśkonem)*, dziedzicem *Libiszowa*, a *Elżbietą* i synami jej, dziedzicami wsi do parafii należącej *Sobowin*. Obie strony prezentowały konsystorzowi plebanów, który zawezwawszy je przed siebie i sprawę dobrze rozpoznawszy, przyznał prawo rzeczzone samemu tylko dziedzicowi *Libiszowa* i jego następcom na mocy obserwancji i erekcji kościoła (*Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 375. 376. 2^o loco*). Według *Niesieckiego* (*Korona t. III, 102. 103*) rodzina *Libiszowskich* utrzymała się przy dziedzictwie swoim aż pod wiek XVIII. W roku 1692 byli dziedzicami *Andrzej* i *Kazimierz* bracia *Libiszowscy*. Ona też niezawodnie w roku 1521, jak świadczy, rubrycella dyecezyi *sandomirskiej* z roku 1877, wystawiła dzisiejszy kościół drewniany, dotąd dobrze utrzymany, w miejsce dawnego również drewnianego, którego początki według powyższego dowodu z akt konsystorzowskich do wieku XIV odnieść należy.

³⁾ *Stanisław z Łęczycy*, pleban.

qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus tolerandis pronunc servat vicarium, qui ante raro servabatur, et ministrum, quos salariat specialibus decimis manipularibus. Ad quam ecclesiam iure parochiali ex antiquo septem villae, videlicet dicta *Libischow*, *Crosyewyecz*¹⁾, *Buczek*²⁾ cum *Podlessye*³⁾, *Brzozy*⁴⁾, *Ydzykovicze*⁵⁾, *Myedzyborze*⁶⁾ et *Sobyowyny*⁷⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus in eadem villa et haereditate pro dote et fundo habet, et imprimis circa ipsam ecclesiam aream satis latam et spatiosam pro curia plebanali, domunculis vicarii et ministri, allodio et pomerio, et retro eiusdem areae et allodii certum agrum eiusdem latitudinis mensuram habens (sic), prout se protendit praefata area cum domunculis vicarii et ministri, in longitudine vero quatuor stadiorum, et in eodem agro habet hortum, et post huiusmodi agrum habet nemus ad longitudinem unius stadii, post dictum vero nemus alium arvom agri inter vias duas, de domo plebani et de eadem villa versus *Opoczno* tendentes iacentem; insuper habet alium arvom agri satis latum iacentem inter agros emethonales, videlicet pronunc *Mathiae Gosska* ab una parte et ab alia parte *Nowak*, et incipit ab agri praefati latere, ab area plebanali procedentem (sic) et terminatur memore haeredis, in latitudine alicubi per sexaginta sulcos, alicubi magis vel minus, inaequaliter; item habet et nemorum partes ad littora eiusdem agri iacentes, alias *myedze* seu *gaya*; item habet et alium arvom agri cum pratis duobus, dictum *Bagyelcze*, iacentem penes granities villae *Myedzyborze* et agros emethonales villae *Libischow* et nemora ibidem praedicti agri et pratorum, et incipit a gurgite alias *smug* et terminatur via, quae vadit de *Myedzyborze*; item habet et piscinulam iacentem penes borram, quae iacet modo deserta; habet et decimas infrascriptas.

Libischow, villa, in qua parochialis praedicta; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiarum, necnon duorum emethonum, in quibus pronunc sedent *Gregorius Samp* et *Gregorius* tabernator, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Libischow*, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam vel minus; de emethonalibus vero agris percipiunt doctores decimam.

Sobowyny, villa sub eadem parochiali in *Libischow*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad parochialem praefatam et plebanum in *Libischow*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus, et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Buczek, villa sub eadem parochiali in *Libischow*; decima manipularis de agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Libischow*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi.

Brzozy, villa sub eadem parochiali in *Libischow*; decima manipularis de agris omnibus et singulis praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Libischow*, et aestimatur valor ad dimidiam marcam.

Ydzykovicze, villa eiusdem parochiae in *Libischow*; decima manipularis de agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Libischow*, et valor eius aestimatur ad dimidiam marcam, aliquando minus.

1) *Kruszewiec*. 2) *Buczek*. 3) *Podlesie*. 4) *Brzozy*. 5) *Idzikowice*. 6) *Międzybórz*. 7) *Sobowiny*.

Myedzyborze, sub eadem parochiali in *Libischow*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Libischow*, et percipit eam vicarius, et aestimatur eius valor ad duas marcas, aliquando minus vel magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Podlessye, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Libischow*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Libischow*, et percipit eam minister, et aestimatur eius valor ad unam marcam.

Crosyewyecz, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Libischow*; decima manipularis de agris praedialibus omnibus et singulis proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Libischow*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem, aliquando magis.

Emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam de laneo per unum grossum, de dimidio laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani, et a qualibet persona per unum denarium pro denario *sancti Petri*; et coutribuit collectori camerae apostolicae per duos scotos, et unum grossum pro quittance.

42. CRASNYCZA*), VILLA.

Taxata ad sedecim grossos argenti.

In eadem *Crasnycza* ecclesia parochialis lignea, extra villam in distantia aliquot stadiorum in campo solitarie sita, tituli *sancti Adalberti* et *sancti Andreae* apostoli, de collatione laicorum haeredum in eadem *Crasnycza*, quam pronunc obtinet discretus *Gregorius de Opoczno*, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui propter defectum seu paucitatem proventuum loco vicarii et ministri pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae ferendis, circa ipsam ecclesiam servat capellanum, quia non sufficiunt proventus, nec aliquando servabatur vicarius, solum minister, cui de proventibus suis salarium dat; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali quatuor villae, videlicet dicta *Crasnycza*, *Modrzewye*¹⁾, *Damborzeczka*²⁾ et *Damba*³⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate circa ipsam ecclesiam pro dote et fundo habet imprimis aream satis latam et spatiosam in fine villae versus ecclesiam et in eadem area curiam plebanalem, necnon domunculam vicarialem, seu

*) *Kraśnica*, wieś szlachecka w diecezji sandomirskiej, dekanacie opoczyńskim, gniazdo rodziny *Kraśnickich* h. *Rawicz*, która tam zapewne kościół parafialny fundowała, a o którym jako dawno istniejącym opis powyższy świadczy, tak że jego założenie przynajmniej do wieku XIV odnieść należy. *Długosz* w *Liber Beneficiorum* (I, 508) wspomina o kościele *kraśnickim* jako o dawno istniejącym. Kto w miejsce pierwotnego drewnianego kościoła w roku 1521 wystawił nowy również drewniany, dotąd dobrze utrzymany, jak nam podaje rubrycella rzeczony diecezji z r. 1877 (str. 37) nie wiadomo.

1) *Modrzewek*. 2) *Demborzeczka*. 3) *Dęba*.

ministri et allodium, hortos et pomerium ac ecclesiam, necnon et campum agrorum satis latum et spatiosum, cuius latitudo protenditur ubique aequaliter ab area seu situ curiae plebanalis usque ad ecclesiam praedictam parochialem, inclusis dicta area curiae et ecclesia, et protenditur eadem latitudine, ad longitudinem sine aliqua interruptione usque ad borram, et in fine dictorum agrorum habet et borram eiusdem latitudinis, in logitudine vero protendit se usque ad stratam publicam, quae vadit ex *Inowlodz* in *Opoczno*, et in eadem borra mellificia habet; non habet aliqua prata aut piscinam; item decimas.

Crasnycza, villa praedicta, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Crasnycza*, et aestimatur eius valor ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

Modrzejve, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Crasnycza*, et eius valor aestimatur ad unum fertonem, aliquando magis vel minus.

Cmethones vero de villis praedictis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de villis *Crasnycza*, *Damborzeiczka* et *Modrzejve* de qualibet domo per unum grossum, de *Damba* vero de lanceo per grossum et de dimidio per dimidium grossum, et a qualibet persona denarium unum pro denario *sancti Petri*; et contribuit collectori camerae apostolicae per duos scotos singulis annis et unum grossum pro quintantia.

43. BRUDZEVICZE*), VILLA.

Taxata ad unam cum dimidia marcam argenti.

In eadem *Brudzevicze*, villa, ecclesia parochialis lignea, iam in secundo loco in eadem villa per olim *Koracz* plebanum extra locum prioris foundationis post

*) *Brudzevice*, wieś niegdyś królewska, należąca dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, z starożytnym kościołem parafialnym niezawodnie już w wieku XIII lub XIV przez książąt polskich fundowanym, jak z opisu powyższego wnosić można, który na prośby *Macieja Drzewickiego*, naówczas biskupa *przemyskiego* i podkanclerzego koronnego, pragnącego uświetnić miejsce pochodzenia swego, król *Aleksander Jagiellończyk* pozwolił wcielić jako filię do kościoła parafialnego w *Drzewicy* na utrzymanie zaprowadzonego tamże przez tegoż biskupa, a przez arcybiskupa *gnieźnieńskiego*, *Andrzeja Boryszewskiego*, kanonicznie erygowanego kolegium mansjonarzów. Gdy w końcu wieku XV pierwotny kościół drewniany zgorzał, pleban miejscowy, *Koracz*, wystawił na innym dogodniejszym miejscu nowy również drewniany pod tyt. *ś. Mikołaja*. Kościół ten przed kilku laty stał się pastwą płomieni i dotąd nie został odbudowany. Nabożeństwo parafialne odprawia się odtąd w kościele poklasztornym *ks. ks. Filipinów* w *Studzianinie*, wslawionym od dwóch przeszło wieków na całą Polskę obrazem cudownym *Przenajświętszej Rodziny: Jezusa, Maryi i Józefa*. Dwa są podania o początku tego obrazu, czyli raczej cudów przy nim zdarzonych, z których następujące jako prawdopodobniejsze podają spółcześni pisarze. Według niego cesarz *Ferdynand II*, wyprawiając swą córkę *Cecylią Renatę*, zaślubioną królowi *Władysławowi IV*, do Polski w roku 1637, posłał mu w darze ten obraz, który następnie dostał się do rodziny *Starołęskich*, z kąd go w roku 1655 zabrali przy napadzie

incinerationem constructa, in peiori loco, quam prius fuit, prioremque locum in pratum convertit, mutavitque et titulum, quia prior erat tituli *sancti Stanislai*, ubi modo nihil est, solum pratum. Secunda, quae modo est tituli *sancti Nicolai*, quae quondam fuit de collatione regis Poloniae sed ab aliquot annis, ut dicitur, ex donatione regis *Alexandri* ad intercessionem reverendissimi patris domini *Mathiae de Drzewicza*, episcopi *Przemisliensis* et tunc regni *Poloniae* vicecancellarii¹⁾, incorporata ecclesiae parochiali in *Drzewicza*²⁾ pro fundatione quatuor mansionariorum, et, ut dicitur, exinde titulus extinctus, manet tamen parochia et ecclesia orbata suo pastore, circa quam pro hac vice pro oneribus ecclesiae taliter qualiter ferendis dicti mansionarii tenent duos vicarios manuales et ministrum; ad quam quidem ecclesiam iure parochiali, ex antiquo novem villae, videlicet dicta *Brudzevicze*³⁾, *Domaszno*⁴⁾, *Ossye*⁵⁾, *Malischicze*⁶⁾, *Studzione*⁷⁾, *Wolya Cozyelkowa*⁸⁾, *Wolya Myszyakowa*⁹⁾, *Wolya Kuligowa*¹⁰⁾, *Wolya Krupczyna*¹¹⁾ et *Gapyenyn*¹²⁾, necnon molendinum *Woyczyk* et molendinum plebani de *Brudzevicze* ac molendinum minerae *Lochnya* spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius quondam pro tempore plebanus circa ipsam ecclesiam in eadem haereditate et villa ha-

swoim na Polskę Szwedzi. Gdy ich poskromiono pod *Kamieńskiem*, znalezione go na pobojowisku. Otrzymałszy go napowrót *Starołęska*, kasztelanowa *żarnowska*, umieściła go we dworze, gdzie od r. 1660 zaczął sływać cudami. Prymas *Mikołaj Prażmowski* wyznaczył komisją duchowną do ich sprawdzenia, po czem zjechałszy sam do *Studzianiny* w roku 1671 uroczyste obraz za cudowny ogłosił. Ówczesny dziedzic *Studzianiny*, *Jan Stanisław Zbąski*, archidyacon *gnieźnieński*, późniejszy biskup *przemyski*, a nareszcie *warmiński*, zbudowałszy kościół drewniany z takimż klasztorem na górze za wsią *dziewięcą* zwanej, przeniósł tamże obraz, oddając go pod straż sprowadzonym przez siebie z *Gostynia* ks. *Filipinom*, dla których odpowiednie opatrzył uposażenie. Na sejmie w roku 1673 za króla *Michała Władysława* zapadła następująca uchwała: „Iż pod te czasy, gdy nas zewsząd *hostiles acies circumdant*, nie tak obradzie obrony publicznej *et humanis consiliis* dufać się godzi, iako samey tylko ręce y protekcyi Boskiej zaszczytowi. A widząc oraz codziennie dobrodziejstwa Boskie, które na państwa Nasze przy cudownym obrazie *Studzianiskim pleno alveo* płyną, dobra nasze król. wioskę *Maleszyce* blisko tegoż kościoła leżącą do fundacyi wielcb. *X. Zbąskiego*, Archid. *gnieźn. perpetuis temporibus* daliśmy, inkorporujemy, y onę od wszelkich hibern, exakcyi, przechodów, stanowisk, noclegów, pokarmów y ciężarów tak żołnierskich, iako też i od spów lubo Nam lubo komukolwiek należących uwalniamy“ (*Baliński*, *Staroż. Polska II*, 416. 417). Od chwili przeniesienia obrazu cudownego do kościoła nieprzeliczone tłumy wiernych garnęły się do niego z całej Polski, doznając przy nim rozlicznych łask i znaków. Żyjący w drugiej połowie wieku XVII poeta nasz *Wespazyan Kochowski* pomiędzy pierwsze cudowne obrazy go zalicza, gdy pisze:

„Widząc cudownych miejsc w Polsce gromadę
Z takiej przyczyny wrzód Studziannę kładę
Zawsześmy znali Jej affekt laskawy,
Lecz ottomańskie gdy na Polskę wrzawy
Walał się, by nam serce naprawiła,
Tu się zjawiała.“

W miejsce pierwotnego kościoła drewnianego *ks. ks. Filipini* wystawili w roku 1776 z ofiar wiernych dzisiejszy piękny i obszerny kościół mурowany z takimż klasztorem. Piewszy konsekrowany był w tymże roku, a po zniesieniu klasztoru wcielony został do kościoła w *Brudzevicach*, jako filialny. Oprócz tego kościoła znajdują się w *Studzianinie* dwa inne kościoły mурowane: jeden na cześć *ś. Józefa*, *Oblubieńca N. Maryi P.*, a drugi na cześć *ś. Anny* (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 f. 36*).

1) Późniejszy arcybiskup *gnieźnieński* i prymas. 2) *Drzewicza*. 3) *Brudzevice*. 4) *Domaszno*. 5) *Osie*, dziś nie znane. 6) *Maloszyce*. 7) *Studzianina*. 8) *Wola Kozielkowa*, nie znana. 9) *Myslakowice*. 10) *Wola Kuligowa*, nie znana. 11) *Wola Krupczyna*, tak samo. 12) *Gapinin*. 13) *Młyn* dziś nie znany.

bet et habuit, imprimis cimiterio ultimo constructae ecclesiae aream pro curia plebanali et allodio cum domuncula vicariali insimul contiguam, in qua area curiae plebanalis mansionarii de novo, ex eo, quod nullus eorum ab eo tempore, quo incorporata extat ipsa parochialis parochiali in *Drzewicza*, residet, locaverunt emethonem; item habet penes eandem aream plebanalem alias quatuor areas sibi ipsis contiguas, tres ab area plebanali pronunc emethonum ipsius ecclesiae, et quarta hortulaniae, qui quidem emethones habent suos agros ex agris praedialibus plebaniae eiusdem inter eos per dimidium laneum unicuique emensuratum, duos videlicet inter agros aliorum emethonum regalium, et tres ex aliis specialibus agris praedii plebanalis eidem assignatos, et quintus de novo, nondum tamen possessionatus, similiter ex agris praedialibus plebani, ac parte areae plebanalis antiquae locatus, ex quibus duo iam dudum fuerunt locati per plebanos; qui pro censu solvebant omni anno per quatuordecim grossos, et unam diem omni septimana laborabant, modo tamen de novo per mansionarios sunt locati, qui nihil aliud omnes seu eorum quilibet tenetur laborare, solum omnes unum pratum, ubi ante fuit area plebanalis et ecclesia cum cimiterio, ex opposito suprascriptae areae, in altera parte villae eiusdem, falcastrare, disponere et colligere tenentur, et pro censu eorum quilibet per dimidiam sexagenam omni anno solvere; item habet et aliam hortulaniam in fine villae, in alia parte seu ordine villae, versus *Malischicze*, qui hortulanus una cum alio superius scripto habent etiam per partem agri, qui hortulani nihil laborant, sed unusquisque solvit pro censu omni anno per quatuordecim grossos; non habent tamen aliqua prata, solum emethones habent prata per partem; manserunt autem adhuc aliqui agri nondum aliquibus emethonibus locati; habuit enim plebanus et ecclesia praedicta in *Brudzevicze* retro dictam suam antiquam aream et ecclesiam versus meridiem satis magnum et spatiosum pro praedio suo campum cum pratis sibi adiacentibus, in longitudine citra vel ultra sex stadia se protendentem, in latitudine vero satis spatiosum, qui campus inter tres emethones divisus est et adhuc mansit pars; alii vero duo emethones praedicti habent unum laneum agri in ordine alio villae post ecclesiam ultimo constructam et inter agros emethonales iacentem; habet et piscinam cum molendino aquatico inter haereditates *Studzzone* et *Malischicze* iacentem, quae pro censu solvit omni anno unam marcam cum dimidia, et mensuras nullas dat, quia non semper solet habere aquam, nec habet agros aliquos, neque prata; habet et decimas infrascriptas.

Brudzevicze praefata, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales plebanales et dictorum duorum emethonum proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Brudzevicze*, et aestimatur eius valor ad duas marcas.

Ossye, villa sub eadem parochiali in *Brudzevicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros ipsius villae totius proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Brudzevicze*, et valor eius aestimatur aliquando ad octo marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum de laneo, et conducunt.

Damassno, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae totius proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Brudzevicze*, et eius valor aestimatur aliquando ad octo marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum de laneo, et conducunt.

*Brzostovjecz*¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Drzewicza*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris villae eiusdem proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Brudzevicze*, et valor eius aestimatur aliquando ad octo marcas, aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum.

*Radzycze*²⁾, villa sub praefata parochiali in *Drzewicza*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus sive curiae ipsius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Brudzevicze*, et aestimatur valor eius ad dimidiam sexagenam, magis vel minus.

*Klona*³⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Odrzywol*, decima tamen pecuniaria de laneo per sex grossos proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Brudzevicze*, et fiunt pronunc tres fertones.

*Januschovicze*⁴⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Opoczno*, decima tamen manipularis post praedia duarum curiarum, videlicet nobilium *Joannis Reffka* et *Nicolai Januschewsky* proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Brudzevicze*, et percipiunt eam vicarii in eadem *Brudzevicze*, cuius valor aestimatur aliquando ad duas sexagenas, aliquando magis vel minus.

Gapyenyn, villa sub praefata parochiali ecclesia in *Brudzevicze*; decima manipularis post omnes et singulos ipsius villae agros proveniens spectat ad praefatam parochialem ecclesiam in *Brudzevicze*, et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus; solvunt decimam canapi per dimidium grossum.

*Vyrowka*⁵⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Inowlodz*; decima tamen manipularis post omnes et singulos eiusdem villae totius agros proveniens spectat ad ecclesiam praefatam in *Brudzevicze*, et percipit eam minister eiusdem ecclesiae; et valor eius aestimatur ad duas marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum; emethones de omnibus et singulis eiusdem parochiae villis nihil aliud solvunt, solum de laneo colendam per unum grossum, de dimidio laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani, et denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae tres scotos et unum grossum pro quittance.

44. DRZEWICZA*), OPPIDUM.

Tawata (sic) ad quinque marcas argenti.

In eodem *Drzewicza* ecclesia parochialis murata tituli *S. Lucae evangelistae* de collatione laicorum haereditur de eadem *Drzewicza*, quam pronunc obtinet vene-

¹⁾ Osada dziś nie znana ani w parafii *Drzewica*, ani w okolicy całej. ²⁾ *Radzice*. ³⁾ *Klonna*. ⁴⁾ *Januszowice*. ⁵⁾ *Wyrowka*, dziś w parafii *Brudzewice* resp. *Studzianna*.

*) *Drzewica*, miasto szlacheckie, dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego* należąca, gniazdo rodziny *Drzewickich* h. *Ciołek*, z której pochodził prymas *Maciej Drzewicki*, z kościołem parafialnym według świadectwa wizyt i dokumentów miejscowych przez tęż familią w r. 1315

rabilis dominus *Petrus Sennowsky*¹⁾, canonicus *Przemisliensis*, nondum presbyter, nec agens residentiam propter obsequia regiae maiestatis. Qui rector eiusdem parochialis ecclesiae ante incorporationem parochialis ecclesiae in *Brudzewicze*, ut dicitur, factam, circa ipsam ecclesiam ex antiquo pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae ferendis seu tolerandis solitus erat tenere et servare duos vicarios manuales et ministrum, pronunc vero servat quatuor etiam manuales et ministrum, qui omni die canunt in ipsa ecclesia parochiali cursum de *beata Virgine* et missam et alia onera eiusdem ecclesiae antiqua implent. Ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali oppidum dictum *Drzewicza* et tredecim villae, videlicet *Zychorzyn*²⁾, *Grabowa*³⁾, *Brzostowe*⁴⁾, *Jedlna*⁵⁾, *Crczonow*⁶⁾, *Wola Crczonowska*⁷⁾, *Trzebyna*⁸⁾, *Swyerczynka*⁹⁾, *Strzesskovicze*¹⁰⁾, *Radzyce*¹¹⁾, *Strzezow*¹²⁾, *Dambrowka*¹³⁾, *Zarthky*¹⁴⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus seu rector circa ipsam ecclesiam et cimiterio contiguam ac in eodem oppido et haereditate habet imprimis aream satis competentem pro curia plebanali et allodio, pomerio, nec non duabus domunculis vicarii et ministri, sibi ipsis contiguas, et post allodium statim arvom agri in latitudine citra vel ultra viginti sulcorum, in longitudine vero se protendentem, prout agri aliorum emethonum, inter quos huiusmodi arvom agri iacet; item alium arvom agri sive laneum habet inter agros *Szczepanek* ex una parte, et ex alia parte *Byenyek* emethonum iacentem, eiusdem latitudinis et longitudinis, prout alter superius descriptus extat, in eodem tamen campo sicut prior; item tertium arvom agri habet in alio campo versus villam *Dambrowka*, inter vias, ab una parte viam, quae vadit ex *Drzewicza*

wspianiale z cegły palonej zbudowanym zapewne na miejscu dawnego drewnianego, w roku 1460 konsekrowanym i dotąd istniejącym (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 f. 36). Aż do czasów króla *Władysława Jagielly*, *Drzewicza* była wsią, za jego zaś przywilejem udzielonym zasłużonemu *Mikołajowi z Drzewicy*, kustoszowi *sandomirskiemu* (Niesiecki I. c. II, 101) i braciom jego *Janowi*, *Piotrowi*, *Jakobowi* i *Klemensowi* zamienioną została na miasto, które się w krótkim czasie znacznie podniosło. *Maciej Drzewicki*, biskup *przemyski* i podkanclerzy koronny, a późniejszy prymas, ustanowił przy kościele w miejscu swoim rodzinnem kolegium mansjonarzów, do którego na jego prośby za zezwoleniem króla *Aleksandra Jagiellończyka* arcybiskup *Andrzej Boryszewski* wcielił kościół parafialny w *Brudzewicach* z wszelkimi dochodami, z obowiązkiem utrzymywania tamże dwóch wikaryuszów (cfr. opis tegoż kościoła). *Maciej Drzewicki*, zostawszy arcybiskupem, złożył w kościele *drzewickim* otrzymaną z *Rzymu* głowę *s. Jana Złotoustego*, w taką srebrną pozłocistą bogato oprawną w osobnym na cześć jego wystawionym ołtarzu, jak to napis na obrazie ołtarzowym tego Świętego umieszczony dotąd świadczy: „W tym kościele głowa moja złożona w roku 1534 dnia 27 stycznia od *Macieja Drzewickiego*, arcybiskupa *gniźnieńskiego*“ (Baliński, *Starożytna Polska* II, 419. 420). Podczas wojny szwedzkiej za *Jana Kazimierza* ta drogocenna relikwia zaginęła, albowiem chciwi na srebro łupieżcy, wpadłszy do kościoła i relikwiarz znalazłszy, łamiąc go, aby się podzielić, pokruszyli na proch głowę świętego patriarchy *konstantynopolańskiego* (Niesiecki I. c. II, 101). Kościół *drzewicki* wyniosła wieża przyozdobiona herbem *Ciołek* na całą okolicę panujący przez półszosata wieku przetrzymał burze i napady łupieżców, którzy zabrali wiele kosztowności tak przez arcybiskupa *Drzewickiego* jako też przodków i potomków jego ofiarowanych. Znajduje się tam kilka marmurowych pomników, pomiędzy nimi *Jakoba Drzewickiego*, rycerza niepospolitej dzielności i męstwa † 1564 i *Adama Drzewickiego* † 1604 (Baliński I. c. II, 420).

1) Zapewne *Piotr Siennowski* h. *Korczak*, kanonik *przemyski*, gdyż *Sennowski*ch heraldycy nasi nie znają. 2) *Zychorzyn*. 3) *Grabowa*, dziś w parafii *Nieznamierowice*. 4) *Brzostówek*, dziś nie znany w parafii i okolicy. 5) *Jedlna*, tak samo. 6) i 7) tak samo. 8) *Trzebyna*, dziś w parafii *Solek* w dekanacie *opoczyńskim*. 9) *Swyerczynka*. 10) *Strzesskovicze*, w parafii *Solek*. 11) *Radzyce*. 12) *Strzyżów*. 13) *Dąbrówka*. 14) *Zarthki*.

in vilam *Strzezow*, et ex alia viam, quae similiter ducit de eadem *Drzewicza* in villam *Dambrowka*, et hoc in latitudine, in longitudine vero iacentem inter agros domini haeredis ab uno fine et ab alio oppidanorum, in mensura citra vel ultra sex stadorum; item habet et quartum dimidium lanei agrorum in campo versus *Zarthky*, iacentem inter agros emethonum *Byenyek* ex una et *Solthysz* ex alia partibus, in latitudine citra vel ultra decem sulcorum, in longitudine vero habens protensionem, prout ceteri agri vicinorum emethonum; item quintum arvom agri in campo versus villam *Strzezow*, simul cum prato, iacentem ad ripam fluvii *Drzewicza*¹⁾, et inter agros ab una parte domini haeredis praediales et ab altera oppidanorum, dictos *Borek*, certam in longitudine et latitudine mensuram habentem (sic), de quo prato de foeno aliquando tres et aliquando minus acervi colligi possunt singulis annis; item habet et hortos post molendinum in altera parte fluvii; item habet et specialem borram cum mellificiis, iacentem infra molendinum inter prata, ab una parte emethonum et paludem, dictum *Schadykyerz*²⁾, ab altera partibus; item decimae.

Drzewicza, villa et oppidum, in quo dicta parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius oppidi, villae et curiae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et rectorem, et eius valor aestimatur ad octo marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt villani decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt praeter praedialem.

Dambrowka, villa eiusdem parochiae; decima manipularis de omnibus et singulis agris eiusdem villae totius proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Drzewicza*, et valor eius aestimatur ad septem marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi per duos grossos de laneo, et conducunt.

*Russynow*³⁾, villa sub parochiali in *Smogorzow*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros tam emethonales quam praediales, exceptis aliquibus tamen praedialibus, proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Drzewicza*, et valor eius aestimatur ad decem marcas et aliquando duodecim marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

*Wola Rzesothkowa*⁴⁾, villa sub parochiali in *Klvow*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum praedictum in *Drzewicza*, et aestimatur eius valor ad quinque marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi per duos grossos de laneo.

*Głuschno*⁵⁾, villa sub eadem parochiali in *Klvow*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris emethonalibus proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Drzewicza*, et aestimatur eius valor ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

*Kłodno*⁶⁾, villa eiusdem parochiae in *Klvow*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris emethonalibus eiusdem villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Drzewicza*, valorque eius aestimatur ad duas marcas; et solvunt similiter decimam canapi per duo grossos de laneo.

1) *Drzewicza*, rzeczka, nad którą leży miasto tego imienia. 2) *Sadykierz*. 3) *Rusinów*, dziś w parafii *Nieznamierowice*. 4) *Wólka*. 5) *Głusznina*. 6) *Kłodno*.

Crezonow, villa sub parochiali ecclesia in *Drzevicza* praedicta; decima manipularis post omnes agros praediales sive curiales proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Drzevicza*, et aestimatur eius valor ad quatuor marcas, aliquando quinque.

Brzostowek, villa eiusdem parochialis in *Drzevicza*; decima manipularis post omnes et singulos agros curiales sive praediales proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Drzevicza*, et aestimatur eius valor ad tres fertones.

Grabowa, villa eiusdem parochiae in *Drzevicza*; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus sive curialibus proveniens spectat ad dictam parochialem et plebanum in *Drzevicza*, et aestimatur valor eius aliquando ad tres fertones, aliquando magis, et aliquando parum aut nihil, quia praedium locatum est in partes in agris emethonalibus, et solum habet duos arvos praediales.

*Nyesnamirovicze*¹⁾, oppidum, et in eodem parochialis, quod aliquando spectabat, ut dicitur, ad parochialem ecclesiam in *Drzevicza* simul cum decima, ratione cuius decimae ex certa concordia plebanus de eadem *Nyesnamirovicze* solvit singulis annis ecclesiae praefatae in *Drzevicza* et eius plebano duas marcas, et ratione denarii *sancti Petri* quatuor grossos.

*Crzeslawicze*²⁾, villa sub parochiali in *Smogorzow*; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad parochialem ecclesiam in *Drzevicza*, et percipiunt eam vicarii seu mansionarii cum ministro, et aestimatur eius valor aliquando ad octo marcas, aliquando novem; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Zarthley, villa sub parochiali praefata in *Drzevicza*; decima manipularis de agris praedialibus sive curialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Drzevicza*, et percipiunt eam vicarii cum ministro, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, aliquando sex fertones.

Strzezow, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post praediales agros proveniens spectat ad eandem parochialem in *Drzevicza*, et percipiunt eam similiter vicarii cum ministro, et aestimatur valor eius ad duas marcas, et aliquando minus.

Strzesskovicze, villa sub eadem parochiali in *Drzevicza*; decima manipularis de omnibus agris praedialibus sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Drzevicza*, et percipiunt eam vicarii cum ministro, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Trzebyna, villa sub eadem parochia in *Drzevicza*; decima manipularis post omnes et singulos praediales, necnon quinque emethonum araturas, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam in *Drzevicza*, et percipiunt eam similiter vicarii cum ministro eiusdem ecclesiae, et valor eius aestimatur ad tres marcas et aliquando magis; et solvunt emethones decimam canapi per unum grossum.

Yedlna, villa eiusdem parochiae; decima manipularis de agris praedialibus sive curiae proveniens etiam spectat ad praefatam parochialem in *Drzevicza*, et percipiunt eam mansionarii, et aestimatur eius valor ad unam marcam.

¹⁾ *Nieznamierowice*. ²⁾ *Krzeslawice*.

Item oppidani eiusdem oppidi, necnon de omnibus et singulis villis eiusdem parochiae, nihil aliud solvunt, praeterquam ipsi oppidani de domo qualibet per unum grossum et emethones de laneo per unum grossum, de medio laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani, necnon denarium sancti Petri a qualibet persona per unum grossum; et contribuit collectori camerae apostolicae simul et cum parochialibus *Nyesnamirovicze* et *Damnyevice* duodecim scotos et unum grossum pro quittance, pro cuius subsidio dictae parochiales ex eo, quod sunt filiae, contribuunt dicta *Nyesnamirovicze* quatuor grossos et *Damnyevice* duos grossos.

45. NYESNAMIROVICZE*), OPPIDUM.

Taxata (sic) ad unam marcam argenti.

In eodem *Nyesnamirovicze* ecclesia parochialis lignea, de villa *Galiky* alias *Andrzejew* translata, ubi ante fuit parochialis, sed post erectionem et locationem oppidi eiusdem *Nyesnamirovicze* eadem parochia translata, nihilominus in prioris loco oraculum manet exstructum absque fonte et sacrario, utraque tamen ecclesia obtinet unum et idem (sic) titulum et patronum, videlicet *S. Andream, apostolum*; de collatione haeredum de eadem *Nyesnamirovicze*, quam pronunc obtinet honorabilis *Nicolaus Cassowsky*¹⁾ de *Odrzywoł*, actu presbyter, qui, prout ex antiquo circa ipsam ecclesiam servat unum vicarium et ministrum, cui ministro pro salario dabantur decem et octo cassulae frumentorum, vicario vero decimam manipulearem (sic) praedialem in eadem *Nyesnamirovicze*. Ad quam iure parochiali ex antiquo praefatum oppidum *Nyesnamirovicze* et tres villae duntaxat, videlicet *Bankow*²⁾, *Galiky*³⁾ et *Wola Galeczka*⁴⁾, necnon tres aliquando curiae in *Przestalowicze*⁵⁾, nunc vero una, spectant et pertinent; quae quidem ecclesia et eius plebanus in eadem haereditate extra oppidum *Nyesnamirovicze* circa dictam parochialem circa cimiterium habet specialem aream pro dote et fundo, et in eadem curiam plebanalem, necnon allodium, pomerium et domunculas vicarii et scholae, et post huiusmodi aream et cimiterium versus borram habet unum arvom agri ad longitudinem unius stadii, ad latitudinem vero citra vel ultra octoginta sulcorum; insuper habet et alium arvom agri versus etiam borram iacentem inter agros domini haeredis ab una parte dictae (sic) *Lassky*⁶⁾ et ab alia parte prata (sic) etiam domini haeredis, quod

*) *Nieznamierowice*, wieś szlachecka pod *Drzewicą* w powiecie i dekanacie *opoczyńskim*, dycezyi *sandomirskiej*, a w wieku XV miasto, w którym dziedzice miejscowi w tymże wieku wystawili kościół drewniany na ich prośby do godności paraafialnego wyniesiony, a dotychczasowy starożytny kościół paraafialny w pobliskiej wsi *Galiki* albo *Andrzejów*, do którego dotąd *Nieznamierowice* należały, wcielony został do niego jako filialny. Ostatni zniesiony został zapewne jeszcze w końcu wieku XVI, gdyż odtąd w aktach konsystorskich żadnej o nim nie ma wzmianki, a dziś ani śladu po nim. Wspomniane miasteczko nie mogło się podnieść i spadło w wieku zeszłym do rządu wsi. Pierwotny kościół chyłący się od starości zastąpiony został w roku 1782 nowym drewnianym dotąd istniejącym, nie konsekrowanym (cfr. opis powyższy i *Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 37*).

¹⁾ *Mikołaj Kaszowski z Odrzywołu*, pleban. ²⁾ *Bąków*. ³⁾ *Galiki*. ⁴⁾ *Wola Galecka*. ⁵⁾ *Przestalowice Małe*. ⁶⁾ *Laski*.

arvum protenditur se in longitudine citra vel ultra ad tria stadia, et in fine eiusdem arvi habet pratium protendens se a dicto agro usque ad fluvii dicti *Drzevicza* ripam, de quo colligi solet omni anno unus acervus foeni, aliquando minus; item circa dictum arvum agri et in eiusdem arvi altero fine versus oppidum habet hortum in longitudine unius stadii, in latitudine vero citra vel ultra decem sulcorum; item habet et duas piscinulas ex opposito praedicti agri prioris circa ecclesiam et ripam praefati fluvii sub monte iacentes, per praefatum *Nicolaurum* plebanum factas; item habet in haereditate *Galky* et circa fines seu granities villae *Przystalovicze* unum dimidium lanceum agri ab una parte, et agros dictae villae *Galky* ab altera parte, iacentem in latitudine citra vel ultra quatuordecim sulcorum, in longitudine vero se protendit a silva dicta *Nydzvydze*¹⁾ domini *Sulgostowsky*²⁾ usque ad silvam *Russynowsky*³⁾.

Galky, villa, in qua matrix ecclesiae praefatae in *Nyesnamirovicze* fuit, et in eadem villa habet praefata et eadem ecclesia in *Nyesnamirovicze* et *Galky* quatuor emethones possessionatos, in dote et fundo dictae olim ecclesiae in *Galky*, ac in eisdem agris et pratis, ac area inter eos hinc inde divisa locati; qui quidem emethones et eorum quilibet plebano in *Nyesnamirovicze* omni septimana unam diem quemlibet laborem, necnon pro censu per quindecim grossos singulis annisolvere pro festo *Nativitatis Christi* tenentur; item decimam manipularem de dictis agris proveniente, quae aestimatur aliquando ad unam marcam, quam conducit in *Nyesnamirovicze* in dotem plebanalem.

Nyesnamirovicze, oppidum praefatum; decima manipularis post omnes et singulos agros totius oppidi et curiae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Nyesnamirovicze*, et aestimatur eius valor ad sex marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi oppidani de laneo per duos grossos, et conducunt; et ultra hoc post praedium domini *Wylkoczsky* in eadem *Nyesnamirovicze* haereditis decimam manipularem plebanus dat vicario suo pro salario; et aestimatur ad sex fertones, aliquando magis vel minus; ministro vero decem et octo cassulas; de dicta vero decima, quam pro se percipit, deductis praefatis vicario et ministro, solvit ipse plebanus pro tempore existens ecclesiae et plebano in *Drzevicza* omni anno per duas marcas et quatuor grossos.

Rzuchow, villa sub parochiali ecclesia in *Klvow*, decima manipularis vero post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Nyesnamirovicze*, et aestimatur eius valor ad octo marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Sady, villa sub eadem parochiali ecclesia in *Klvow*, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris emethonalibus proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Nyesnamirovicze*, et aestimatur eius valor ad octo marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Przystalovicze, villa sub parochiali quoad emethones in *Klvow*, quo vero ad curias sub parochiali *Nyesnamirovicze*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem

¹⁾ *Niedzwiedzie*. ²⁾ *Dunin Suligostowski* h. *Labędz*. ³⁾ *Rusinowski*.

in *Nyesnamirovicze* et eius plebanum, et eius aestimatur valor ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

Item oppidani eiusdem oppidi, necnon omnes et singuli emethones de villis eiusdem parochiae, nihil aliud solvunt, solum colendam de qualibet domo per unum grossum et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per duos scotos et unum grossum pro quittance, necnon alios quatuor grossos ex oppido *Nyesnamirovicze* ecclesiae et plebano in *Drzevicza*, prout supra.

ODRZYWOL^{*)}, OPPIDUM.

Taxata (sic) ad dimidiam marcam argenti.

In eodem oppido ecclesia parochialis lignea, tituli *beatae Mariae virginis Visitationis*, necnon *sanctorum Sigismundi regis et Hedwigis*, de collatione laicorum haereditum de eadem *Odrzywol*, quam pronunc obtinet honorabilis *Leonardus de Wylcze*¹⁾, actu presbyter, qui, prout ex antiquo circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et ecclesiae eiusdem oneribus adimplendis servat vicarium et ministrum et salariis providet, tenet et servat (sic); ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo praefatum oppidum et quinque villae, videlicet *Vyssokynyn*²⁾, *Zdzary*³⁾, *Gyelonek*⁴⁾, *Clona*⁵⁾ et *Wola*⁶⁾ spectant et pertinent; item eadem ipsa ecclesia et ipsius pro tempore plebanus pronunc pro dote et fundo tam in ipso oppido et haereditate quam alibi habet imprinis circa ipsam ecclesiam pro curia plebanali aream satis latam et competentem etiam cum allodio et horto, et circa ipsam aream ac cimiterium alias duas areas speciales pro vicario et ministro; item habet in eadem haereditate duas piscinas, unam sub curia seu area plebanali et aliam sub silva *Gosdek* in bonis seu haereditate villae *Clona* quondam advocatiale, et molendinum quondam in eadem piscina situm, nunc vero desertum, etiam cum area pro molendino et horto; item habet libertatem in molendinis dictae haereditatis absque mensuris quorumcunque frumentorum molere, prout et modo gaudet eadem libertate et est in possessione; item habet in eadem haereditate oppidi unum mansum in duas partes ac in campis duobus divisum, iacentem inter agros aliorum oppi-

^{*)} *Odrzywól*, niegdys miasto, dziś osada, położona w diecezji *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *opoczyńskim*, gniazdo rodziny *Odrzywolskich* h. *Nalęcz*, jak to świadczą pamiątki i pamiątki w tamtejszym kościele parafialnym przez nich fundowanym i uposażonym przynajmniej już w początku wieku XIV dotąd przechowane. W roku 1409 polecił *Władysław Jagiello Dobrogostowi Czarnemu z Odrzywólu*, wystawić most łyżwowy na Wiśle pod *Kozienicami*, od którego cło służyć miało jemu i jego następcom. Do drewnianego kościoła przez przodków swoich wystawionego *Abraham Mikołaj Odrzywolski*, mąż rycerski, przybudował około roku 1640 murywaną kaplicę (*Baliński*, *Staroz. Polska* II, 417. *Niesiecki*, *Korona* III, 413. 414). W miejsce tego kościoła od starości upadającego stanął w roku 1840 kosztem patrona i parafian nowy murywany, który dotąd nie jest konsekrowany. Na cmentarzu parafialnym do chowania ciał zmarłych jest kaplica publiczna, a druga w wsi parafialnej *Ossa* (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 37).

¹⁾ *Leonard z Wilezy*, pleban. ²⁾ *Wysokin*. ³⁾ *Zdzurki*. ⁴⁾ *Jelonek*. ⁵⁾ *Klonna*. ⁶⁾ *Wola Kamienna*. Przybyły później osady: *Emilianów*, *Lipowe*, *Rozanna*, *Stanisławów*, *Teodorów*, *Wandalinów*.

danorum, cum borris et rubetis, mensuram oppidanorum in latitudine excedentem et protendentem se, prout agri oppidanorum; item alios duos mansos in haereditate *Clona* scultetiales, necnon quartam in *Osse* ¹⁾, etiam villa, cum areis, hortis, pratis ad eosdem spectantibus, necnon borris, silvis, rubetis eosdem laneos concernentibus, in qua *Clona* dictos mansos locat plebanus, et prata falcastrat, et fiunt duo acervi de foeno; in *Osse* vero locavit emethonem, et solvit pro censu quadraginta grossos et tres capoues et avenae tres coros mensurae *Opoczensis*, et ova triginta cum tribus caseis, et laborat tres dies, hoc est falcastrare et iuvare alios labores, quoties requiritur; item habet pratum sub aggere suae praedictae piscinae, protendens se usque ad lacum necnon et ripam utramque fluvii *Drzewicza* penes dictum pratum circumferentialiter se protendentis, in quo fluvio habet libertatem sua obstacula et nullus alter ponendi; item habet de minera a magistro minerae decem iuga pro aratris ferramentariis aut valorem, videlicet dimidiam sexagenam in eadem haereditate *Odrzywol* iacente; item habet ex villis *Studzyone* ²⁾ et *Vysokynyn* ex censibus haeredum de quolibet manso per quatuor grossos, ex *Osse* vero villa similiter ex censibus haeredum habet de laneo quolibet per duos grossos.

Odrzywol, praedictum oppidum, in quo parochialis; decima manipularis ex concessione laicorum haeredum, prout in quibusdam litteris apparet eorum, de certis duobus arvis, uno arvo dicto *Powalczyzna Nywa*, quod iacet sub piscina oppidi eiusdem, dicta *Corzecznik*, item de alio arvo, quod iacet sub piscina, dicta *Rudny staw*, item de aliis agris certis iacentibus post mineram versus oppidum *Klwow*, et eius valor aestimatur ad unam marcā vel minus.

Vysokynyn, villa sub eadem parochiali in *Odrzywol*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Odrzywol*, et aestimatur eius valor ad tres marcas, aliquando magis vel minus.

Wola Camyen, villa sub eadem parochiali in *Odrzywol*, decima manipularis de omnibus agris et singulis praedialibus sive curialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Odrzywol*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem.

Oppidani eiusdem oppidi, necnon emethones de villis praedictis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de qualibet domo per unum grossum, et a qualibet persona per unum denarium *sancti Petri*; et contribuit camerae apostolicae singulis annis per tres scotos et unum grossum pro quittance.

47. KLWOW*), OPPIDUM ET VILLA.

Taxata ad duas marcas argenti.

In eodem *Klwow* ecclesia parochialis, noviter ab aliquot annis per infrascriptum plebanum propriis impensis murata, tituli *sanctorum Mathiae apostoli et Mar-*

¹⁾ *Ossa*. ²⁾ *Studzianna*.

*) *Klwów*, miasto starożytne, dawne dziedzictwo familii *Świdzińskich* (Baliński l. c. II, 430), dziś należące do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, miało kościół parafialny już

garethae, de collatione laicorum haeredum in eadem *Klwow*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus Bogadka* nobilis de *Bogadky* ¹⁾, qui prout ex antiquo circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione ecclesiaeque oneribus tolerandis servat duos vicarios et ministrum, quos salariat. Item decimas manipulares (sic). Ad quam quidem ex antiquo iure parochiali praefatum oppidum, necnon quindecim villae, videlicet *Rszuchow* ²⁾, *Sady* ³⁾, *Przystalowice* ⁴⁾, *Kadz* ⁵⁾, *Przystalowice* ⁶⁾, absque curiis, *Drzaszno* ⁷⁾, *Sulgostow* ⁸⁾, *Uczyna* ⁹⁾, *Wola Klwowska* ¹⁰⁾, *Brzessky* ¹¹⁾, *Costrzyn* ¹²⁾, *Wlow* ¹³⁾, *Clodno* ¹⁴⁾, *Głuschna* ¹⁵⁾ et *Wola Sigmunthowa* ¹⁶⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia parochialis et eius plebanus pro tempore existens circa ipsam ecclesiam et in eadem haereditate et extra imprimis habet pro dote et fundo aream satis in latitudine et longitudine spatiosam, in longitudine a cimiterio usque ad torrentem gurgitemque a retro fluentem se protendentem, et in eadem area curiam plebanalem, allodium, pomerium, hortum, necnon domunculas vicariales et pro emethone, ubi ante fuit schola, areas etiam cum hortis speciales; item habet specialem campum agrorum iacentem post agros oppidanorum penes viam, quae ducit de *Klwow* in *Skrzyn*, versus villas *Kadz* et *Sigmunthowa Wola*, cum quibus villis confinant a duabus partibus, et specialia signa granitierum habet, ab aliis autem partibus cum civilibus sive oppidanorum agrorum, et in medio eiusdem campi pratum, de quo potest colligi unus acervus foeni; item habet et decimas infrascriptas.

Klwow, oppidum et villa, in quo ecclesia parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris dicti oppidi et villae proveniens spectat et pertinet ad dictam parochialem ecclesiam et plebanum, et eius valor aestimatur ad septem marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi duntaxat de villa *Klwow*, de oppido vero non, sed conducitur tam per oppidanos quam villanos.

Wola Sigmunthowa, villa eiusdem parochiae *Klwow*; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus sive curialibus proveniens pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad unam marcā.

Głuschna, villa sub eadem parochiali *Klwow*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales pronunc duarum curiarum proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad unam marcā.

Crayow ¹⁷⁾, villa sub parochiali antiqua *Skrzyn* ¹⁸⁾, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus sive curiae proveniens spectat et pertinet

przynajmniej na początku wieku XIV, jak wnosić należy z powyższego opisu i z zapisów w aktach konsystorza *gnieźnieńskiego*, według których pleban tamtejszy *Jan*, kanonik *łowicki*, w roku 1459 rozprawiał się przed sądem tegoż konsystorza z *Mikołajem*, plebanem z *Drzewicy* o dziesięciny w *Grabowie* odwołując się na dawne prawa kościoła swego (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 435). Według miejscowych akt i dokumentów dzisiejszy starożytny kościół drewniany wystawiony został w roku 1491, a konsekrowany roku 1651 (Rubryc. dyec. sandom. f. 37). Potwierdza to opis powyższy, wymieniając fundatora jego, którym był *Stanisław z Bogatek Bogatka* albo *Bogacki*, pleban miejscowy. Kościół ten dotąd istnieje i jeszcze w dość dobrym znajduje się stanie. Oprócz tego kościoła są w parafii trzy kaplice publiczne: w *Klwowie* na cmentarzu grzebalnym, w *Borowinie* i w *Rzduchowie* (tamże f. 37).

¹⁾ *Stanisław z Bogatek (Bogacki)*, pleban. ²⁾ *Rzduchów*. ³⁾ *Sady*, dziś w parafii *Skrzynisko*. ⁴⁾ *Przystalowice*, dwór. ⁵⁾ *Kadz*. ⁶⁾ *Przystalowice*, wieś. ⁷⁾ *Drążno*. ⁸⁾ *Sulgostów*. ⁹⁾ Osada dziś nie znana. ¹⁰⁾ *Klwowska Wola*. ¹¹⁾ *Brzyski*. ¹²⁾ *Kostrzyn*. ¹³⁾ *Ułów*. ¹⁴⁾ *Kłodno*. ¹⁵⁾ *Głuschna*. ¹⁶⁾ *Wólka*. Przybyły osady: *Borowina*, *Borowa Wola*, *Kozłów*, *Pabjanki*, *Podczasza Wola*, *Walińska*, *Łapole*, *Zielonka Kostrzyńska*. ¹⁷⁾ *Krajów*. ¹⁸⁾ *Skrzynisko*.

ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad duas sexagenas.

Vistka ¹⁾, villa sub parochiali in *magna Skrzyn* ²⁾, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad tres fertones.

Besnyk ³⁾, villa eiusdem parochiae in *magna Skrzyn*, decima tamen manipularis post agros omnes et singulos praediales sive curiae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad viginti grossos, aliquando minus.

Sulgostow, villa sub parochiali in *Klwow*; decima manipularis post praediales agros omnes et singulos proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Klwow*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Rszuchow, villa sub eadem parochiali in *Klwow*; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Klwow*, et percipiunt eam vicarii, et aestimatur eius valor ad tres marcas.

Sady, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Klwow*, et percipiunt eam vicarii, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Costrzyn et *Wlow*, villae sub praefata parochiali in *Klwow*; decimae manipulares post omnes et singulos agros praediales sive curiales provenientes spectant et pertinent ad eandem parochialem ecclesiam in *Klwow*, et percipit eam minister scholae, et aestimatur eius valor ad tres marcas.

Oppidani eiusdem oppidi, necnon omnes et singuli cmethones omnium et singularum villarum eiusdem parochiae exceptis hortulanis nihil aliud solvunt, solum colendam de qualibet domo per unum grossum, hortulani vero per dimidium grossum, necnon denarium sancti Petri a qualibet persona per unum denarium; et ante contribuebat semper ex antiquo quinque scotos et unum grossum pro quittantia, sed modernus vicecollector oneravit eum de novo super duobus grossis.

48. POTHVOROW*) ALIAS OXA, OPPIDUM.

Tavata (sic) ad dimidiam marcam argenti.

In eadem *Pothvorow*, villa (sic), ecclesia parochialis lignea, vetus, tituli *S. Dorotheae*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Pothvorow*, quam pronunc obtinet discretus *Petrus de Schamborza*, presbyter *Posnaniensis* dioecesis, qui propter pro-

¹⁾ *Wistka*. ²⁾ *Skrzynsko*. ³⁾ *Beznik*.

*) *Potworów*, wieś, niegdyś miasto szlacheckie, dziś należąca do dycezyi *sandomirskiej*, powiatu i dekanatu *radomskiego*, gniazdo rodziny *Potworowskich* h. *Dembno* (*Niesiecki* III, 712), z kościołem parafialnym niezawodnie przez tę rodzinę przynajmniej w końcu XIII lub na początku XIV wieku fundowanym. Za czasów *Długosza* byli dziedzicami wsi *Potworowa* od dawna kościół parafialny posiadającej: *Paweł Potworowski* i *Jakób z Rzeszotowej Woli* h. *Łabędź* (*Liber Benef.* I, 390). Dzisiejszy kościół mурowany stanął w miejsce dawnego drewnianego kosztem patrona i parafian w roku 1781 (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 f. 42).

ventuum paucitatem solum ministrum circa ipsam ecclesiam ex antiquo consuevit tenere et servare. Ad quam quidem ecclesiam parochialem ex antiquo iure parochiali sex villae, videlicet dicta *Pothvorow* ¹⁾, *Rzow* ²⁾, *Mokrszka Wola* ³⁾, *Dlugye* ⁴⁾, *Dluszka wola* ⁵⁾ et *Kozyakalen* ⁶⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens circa ipsam ecclesiam ac in haereditate eiusdem villae et extra eam pro dote et fundo habet, imprimis aream satis latam et spatiosam cimiterio contiguam, et in eadem curiam, allodium, pomerium, hortum et pratum, necnon aliam pro ministro cum viridario, et in eadem domuncula sive schola; item habet tres mansos cum dimidio agrorum, unum videlicet cum medio situm circa agros *Alberti Szandza*, qui extendit se usque ad limites haereditatis villae dictae *Dlugye*; item secundum mansum situm circa agros *Nicolai* cmethonis, dictum *Goray*, qui protendit se ad limites villae *Rzow*; tertium vero mansum situm ultra silvam dictam *Oblyak*, cuius mansi situatio tendit ad limites haereditatis *Dlugye*; item habet et silvam ultra pontes cum agris et pratis usque ad metas et granities villae sive haereditatis *Grabova*; item habet unam tabernam cum horto et alios hortos per plebanum de novo locandos, qui hortus extendit se usque ad viam, quae tendit ad silvam dictam *Wyrzbowka* ⁷⁾; item habet tres alias areas iacentes inter *Paulum Butha* et *Mathiam Myczko* cmethones, et in una cmethonem *Nicolaum Lorzecz*, cui plebanus de agris suis agros partitus est et locavit, et solvit pro censu sex grossos et laborat labores certos; in secunda hortulanum *Stanislarum*, fabrum, qui nihil solvit, solum laborat diem in septimana; et alia tertia manet adhuc deserta; item alias areas habet in alio ordine villae ex opposito fabri praedicti, necnon in principio mansi versus ecclesiam iacentis possent locari hortulani.

Pothvorow, in eadem villa parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus, etiam quos colunt aliqui cmethones ex agris praedialibus emensuratis proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Pothvorow*, et aestimatur eius valor ad unam marcam cum media.

Dlugye, villa sub eadem parochiali; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus duarum pronunc curiarum, etiam, ut dicitur, quas colunt aliqui cmethones, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum, et aestimatur valor eius ad tres marcas.

Dluszka wola, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Pothvorow*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Item villani villarum omnium et singularum praedictarum eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de qualibet domo colendam per unum grossum, et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae duos scotos et unum grossum pro quittantia.

Habet plebanus litteras foundationis, ut apparet, minus sufficientes, quia per suffraganeum archiepiscopi *Nicolai* ⁸⁾, *Naturiensem episcopum* ⁹⁾ approbatae.

¹⁾ *Potworów*. ²⁾ *Rzów*. ³⁾ *Mokrszka Wola*. ⁴⁾ *Długie*. ⁵⁾ *Dłuska Wola*. ⁶⁾ *Nieodgadnione*.

⁷⁾ *Wierzbówka*. ⁸⁾ Albo *Mikołaj Trąba* albo *Mikołaj Kurowski*, arcybiskupi *gnieźnińscy*, gdyż tylko tych dwóch *Mikołajów* od początku wieku XV aż do roku 1520 zasiadało na stolicy arcybiskupiej.

⁹⁾ *Gnieźnińscy* suffragani wybierani z zakonników aż do czasów arcybiskupa *Łaskiego* nosili tytuł biskupów *naturyńskich* (*Ks. Korytkowski, Żywyoty Arcyb. i Kanon. gnieźn. Ms.*).

49. WRZESZCZOW*).

Taxata ad unam marcarn argenti.

In eadem *Wrzeszczow* ecclesia parochialis lignea, tituli *S. Mariae Magdalenae*, de collatione haeredum de eadem *Wrzeszczow*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Paulus Rzessothko de Potworow* ¹⁾, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servat duos vicarios et ministrum, quos salariat certis decimis ad eum et ecclesiam pertinentibus. Ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo decem villae, videlicet dicta *Wrzeszczow* ²⁾, *Glynicze* ³⁾, *Studzienicze* ⁴⁾, *Slovikow* ⁵⁾, *Zyerdz* ⁶⁾, *Damba* ⁷⁾, *Mokrzecz* ⁸⁾, *Grabowska Wola* ¹⁰⁾ et *Spotowa Wola* ¹¹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens in eadem villa et haereditate circa ipsam ecclesiam et extra pro dote et fundo imprimis habet circa ecclesiam et cimiterium versus plagam meridionalem et occidentalem aream satis latam et spatiosam et in eadem curiam plebanalem cum allodio, pomerio, horto, necnon tres alias emethonales cum hortis et allodiis, ac alias areas pro domunculis vicariorum et ministri, sibi ipsis vicinas et contiguas. Quibus quidem emethonibus plebanus ex agris suis praedialibus agros in certa quantitate aequaliter partitus est, et similiter prata, et solvit unusquisque pro censu per unum fertonem, duos capones seu gallos, triginta ova, et laborant unam diem in septimana; item habet plebanus seu ecclesia unum specialem arvum satis magnum agri in campo iacentem versus villam *Bukowno* ¹²⁾, qui arvus divisus est in tres partes, videlicet una pars pro hiemalibus frumentis, secunda pro aestivalibus et tertia praeparatur iterum pro hiemalibus, et de eisdem agris partitus est agros emethonibus ultra sortem suam. Qui arvus agri incipit a piscina tam domini haeredis quam plebani et protenditur ad longitudinem ad haereditatem *Bukowno*, etiam cum nemoribus eisdem agris adiacentibus, circa limites villae *Bukowno*; circa vero piscinam habet prata, eisdem agris adiacentia; necnon piscinae partem superiorem alias *Wyerzchovissko*; item habet et pratum post prata emethonum eiusdem villae circa fines seu granities villae *Vignanow*, iuxta silvam villae *Spotowa Wola*, de quo prato fit unus acervus de foeno; habet et decimas.

*) *Wrzeszczow*, wieś szlachecka, należąca dziś do dycezyi *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *radomskiego*, sądząc z powyższego opisu, musiała mieć kościół parafialny już przynajmniej w początku wieku XIV, skoro wyliczonych dziesięć miejscowości *ex antiquo* do niego należały. Pierwotny kościół był drewniany, który gdy na początku wieku XVIII od starości podupadł, dziedzie miejscowy zastąpił go nowym mурowanym dotąd istniejącym w roku 1706, który dotąd nie jest konsekrowany. Na cmentarzu grzebalnym znajduje się publiczna kaplica pod wezwaniem *s. Katarzyny*, a we wsi szpital (*Rubryc. dyec. sandom. f. 43*).

¹⁾ *Pawał Rzessothko z Potworowa*, pleban. ²⁾ *Wrzeszczow*. ³⁾ *Glinice*. ⁴⁾ *Studzienice*, dziś w parafii *Przytyk*. ⁵⁾ *Slovikow*, tak samo. ⁶⁾ *Zerdz*, dziś w parafii *Wrzos*. ⁷⁾ *Dęba*. ⁸⁾ *Mokrzecz*. ⁹⁾ *Grabowa*, dziś w parafii *Potworów*. ¹⁰⁾ *Grabowska Wola*. ¹¹⁾ *Wola Wrzeszczowa*. ¹²⁾ *Bukowno*, wieś z kościołem parafialnym w sąsiedztwie.

Wrzeszczow, villa, in qua praedicta parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum, et eius valor aestimatur ad quatuor marcas, aliquando magis vel minus.

Spotowa Wola, sub eadem parochiali in *Wrzeszczow*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem et plebanum in *Wrzeszczow*, et aestimatur eius valor ad duas marcas.

Glynicze, villa eiusdem parochiae; decima manipularis de omnibus et singulis agris totius villae eiusdem proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Wrzeszczow*, et aestimatur eius valor ad septem marcas cum dimidia, aliquando magis vel minus.

Rathoschin ¹⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Radzanow*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Wrzeszczow*, et eius valor aestimatur ad quatuordecim marcas, aliquando minus.

Domanjew ²⁾, villa sub parochiali in *Wrzosz* ³⁾, decima tamen manipularis de omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Wrzeszczow*, et aestimatur eius valor ad octo marcas, aliquando magis vel minus.

Item emethones de omnibus et singulis villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de qualibet domo per unum grossum, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per sex scotos, et unum grossum pro quitantia.

50. BUKOVNO*).

Taxata ad unam marcarn argenti.

In eadem *Bukovno* ecclesia parochialis lignea, tituli *Visitationis gloriosae virginis Mariae et S. Andreae*, de collatione haeredum in eadem *Bukovno*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus de Langonicze*, dictus *Conoppka* ¹⁾, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis servat vicarium et ministrum et salariat, prout poterit; ad quam ex anti-

¹⁾ *Ratoszyn*. ²⁾ *Domaniew*. ³⁾ *Wrzos*.

*) *Bukowno*, wieś szlachecka położona w dycezyi *sandomirskiej*, powiecie i dekanacie *radomskim*, w wieku XIII własność *Wisława* albo *Wisłimira z Kościelca*, biskupa *krakowskiego*, który godząc spór toczony przez trzech poprzedników swoich z szlachtą z *Bukowna* o wieś *Kunów*, kościoła *krakowskiego* kupił od niej toż *Bukowno* około roku 1230 za sześćdziesiąt grzywien srebra, sześć wołów i jednego konia (*Paprocki, Herby str. 557*). Zapewne tenże biskup fundował tam kościół parafialny, który pierwotnie wystawiony z drzewa, w roku 1403 zastąpiony został dzisiejszym kościołem drewnianym, jak podaje *rubrycel* wspomnianej dycezyi z roku 1877 str. 40, nadmienając, że w roku 1861 gustownie zrestaurowany został. Na cmentarzu do chowania ciał zmarłych znajduje się kaplica publiczna.

¹⁾ *Stanisław Konopka z Łęgonic*, pleban.

quo iure parochiali septem villae, videlicet dicta *Bukovno*, *Młodynie*¹⁾, *Czarnoczyn*²⁾, *Oczyesz*³⁾, *Zydowa Wola*⁴⁾, *Grodkowa Wola*⁵⁾ et *Falisławowa Wola*⁶⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens circa ipsam ecclesiam in eadem villa et haereditate et extra pro dote et fundo habet imprimis circa ipsam ecclesiam, circa cimiterium fere in medio villae, ubi fundata est ecclesia, aream satis competentem, et in ea curiam plebanalem, necnon allodium, pomerium et hortum, necnon domunculas pro vicario et ministro, et aliam domunculam per haereditatem in eadem area seu solo plebanali pro capellano curiae constructam, inter vicarialem et curiam plebanalem iacentem; item habet in fine villae eiusdem versus *Radzanow* pratum septum et ibidem hortulanum ac domunculam hortulani, prout et modo est hortulanus, qui habet partem pro horto eiusdem prati, qui omni septimana unam diem laborat pedestrem, et nihil solvit, et residuum colligit plebanus pro se, et fiunt de foeno tres currus; item habet tres arvos agri, videlicet in quolibet campo unum arvom, videlicet unum sub villa *Młodynie* penes granities, alium sub *Czarnoczyn* etiam penes limites, et tertium versus *Ratoschyn* penes agrum *Prandotha* emethonis, et circa eosdem agros prata habet per parum; item habet unum pratum in haereditate oppidi *Wysemierzycze*⁷⁾ ad littus fluvii *Nyda*⁸⁾, quod saepe inundatur ex fluvio eodem.

Bukovno, in qua parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus, etiam quos colunt hortulani, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bukovno*, et aestimatur eius valor ad duas marcas.

Młodynie, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales, etiam inter hortulanos divisos, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bukovno*, et aestimatur eius valor ad unam marcā cum media.

Czarnoczyn, sub eadem parochiali; decima manipularis de omnibus agris praedialibus, etiam inter hortulanos ex praedialibus partitis, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bukovno*, et aestimatur ad duas marcas.

Oczyesz et *Zydowa Wola*, villae sub eadem parochiali in *Bukovno*; decimae manipulares post omnes et singulas araturas praediales sive curiarum in eisdem villis provenientes spectant ad eandem parochialem ecclesiam in *Bukovno*; et percipit eas vicarius, quarum valor aestimatur ad quatuor marcas.

Falisławowa et *Grodkowa Wola*, villae eiusdem parochiae; decimae manipulares de omnibus et singulis agris praedialibus sive curialibus in eisdem villis provenientes spectant et pertinent ad eandem parochialem et plebanum in *Bukovno*, quarum valor aestimatur ad duas marcas.

Emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam de qualibet domo per unum grossum; et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit camerae apostolicae collectori omni anno scotum unum cum medio et unum grossum pro quitantia.

¹⁾ Młodynie. ²⁾ Czarnocin. ³⁾ Ocieś. ⁴⁾ Żydy. ⁵⁾ Grotki. ⁶⁾ Osada dziś nie znana.
⁷⁾ Wyśmierzyce. ⁸⁾ Nida.

51. RADZANOW*).

Taxata ad unam marcā argenti.

In eadem *Radzanow*, villa, ecclesia parochialis lignea, vetus, tituli *S. Martini, gloriosi pontificis*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Radzanow*, necnon *Bleszno*, *Rogolyn* et *Smarczow*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Joannes de Woyzechowicze*¹⁾, actu presbyter, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servat vicarium manualement et ministrum, quos et salariat salariis, prout fieri poterit; ad quam ex antiquo iure parochiali sex villae, videlicet praefata *Radzanow*, necnon *Smarczow*²⁾, *Zacharzow*³⁾, *Rathoschin*⁴⁾, *Rogolyn*⁵⁾ et *Crucowa Wola*⁶⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate et extra pro dote et fundo, imprimis circa ipsam ecclesiam et cimiterium habet aream satis latam et spatiosam et in eadem curiam plebanalem, allodium, hortos, domunculas vicarialem et ministri, ac alias vacuas areas, in qua una plebanus pronunc construxit domum pro emethone, post viam, quae ducit in *Wysemierzycze* in parte dextra, quae quidem area in latitudine protendit se a via, quae ducit de *Radzanow* praefata in villam *Rathoschin*, usque in alveum alias *smug*, seu terrenum ex campis in villam eandem decurrentem, infra quam latitudinem dictae areae pro curia plebanali, vicarii et ministri ac emethonis contigue consistunt; habet insuper specialem unum campum agrorum in eadem haereditate praefatae villae, qui incipit post dictas areas et protendit se ab eisdem areis intra dictam viam ab una parte, et ab alia alveum seu torrentem, penes nemora et dictum campum situm, simul inclusis et pratis in eodem campo et circa consistentibus, alias ad metas seu limites villae *Bukovno*, et ab alia parte seu fine in eadem villa *Radzanow*, ultra viam, quae ducit in *Wysemierzycze* usque ad areas haeredum; super praefatis vero nemoribus habetur differentia super proprietate inter plebanum et haeredes, quae plebanus praetendit esse occupata per haeredes per retentionem litterarum erectionis et foundationis, quae et usque in praesens dicuntur silvae seu nemora plebanalia communi vocabulo et cognomine; item intra dictam aream plebanalem habet et duas piscinulas, unam circa domum in horto et aliam extra, penes viam, quae vadit in *Rathoschyn*; item decimas.

Radzanow, villa praefata, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus duarum curiarum, necnon de uno campo

*) *Radzanów*, wieś szlachecka dziś w diecezji sandomirskiej, w powiecie i dekanacie radomskim leżąca, gniazdo rodziny *Radzanowskich* h. *Abdank* (Niesiecki l. c. III, 803), posiadała już około roku 1520 starożytny kościół drewniany, jak powyższy opis świadczy i rząd początek jego do XIV wieku odnieść należy. Dzisiejszy kościół mury, dotąd nie konsekrowany, wystawiony został w roku 1817 (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 42). We wsi parafialnej *Smardzew* istnieje od dawna kaplica publiczna.

¹⁾ Jan z *Wojciechowic*, pleban. ²⁾ *Smardzew*. ³⁾ *Zacharzew*. ⁴⁾ *Ratoszyn*. ⁵⁾ *Rogolin*.
⁶⁾ *Wola Krukowska*, dziś nie znana.

duorum emethonum, *Nicolai Przepjorka* et *Bartholomaei Cozyczsky*, iacente versus *Rogolyn* inter agros praediales haeredum, proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem et plebanum in *Radzanow*, et aestimatur eius valor ad duas marcas.

Smarczow, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, etiam quos colunt certi emethones, ex agris praedialibus emensuratos, proveniens spectat pertinetque ad praefatam parochialem et plebanum in *Radzanow*, et aestimatur eius valor aliquando ad quinque marcas, aliquando magis vel minus.

Rogolyn, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulas araturas praediales necnon duorum emethonum, qui etiam habent agros ex agris curialibus emensuratos, proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam, et tollit eam vicarius; cuius valor aestimatur aliquando ad quatuor marcas, aliquando magis vel minus.

Zacharzow, villa sub eadem parochiali; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus et duorum hortulanorum proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Radzanow*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, aliquando magis vel minus.

*Blessno*¹⁾, villa sub parochiali in *Wyssemyerzycze* quoad emethones, quo vero ad curiam ad praefatam parochialem in *Radzanow*; decima manipularis post omnes et singulas araturas praediales sive curiae, necnon quatuor hortulanorum proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Radzanow*, et aestimatur eius valor ad tres marcas, aliquando magis.

Item emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum de qualibet domo per grossum colendae, et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis tres scotos et unum grossum pro quittantia.

52. WYSSEMYERZYCZE*), OPPIDUM.

Taxata (sie) ad unam marcam argenti.

In eadem *Wyssemyerzycze* ecclesia parochialis lignea, tituli *S. Catharinae virginis et martyris*, de collatione abbatis et conventus monasterii *S. Adalberti* de castro *Plocensi*, ordinis *S. Benedicti*, ad quam tamen solent praesentare loci ordinario *Gnesnensi* fratrem eiusdem ordinis ex dicto monasterio, prout et modo obti-

¹⁾ *Blessno*, dziś w parafii *Radzanów*.

*) *Wyssemyerzycze*, miasteczko w diecezji *sandomirskiej*, w powiecie i dekanacie *radomskim*, należące niegdyś do opactwa *Benedyktynów* w *Plocku*, miało kościół parafialny już przynajmniej w początku wieku XV, jak sędzić można z powyższego opisu odwołującego się na starodawną praktykę plebanów tamtejszych co do utrzymywania wikaryuszów. Na miejscu chylącego się od starości kościoła drewnianego stanął w roku 1856 kosztem parafian nowy kościół murowany, dotąd nie konsekrowany (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 43*).

net illam religiosus frater *Joannes de Ossnycza*¹⁾, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro administratione curae animarum et aliis oneribus ipsius ecclesiae adimplendis servat in vicarium saecularem presbyterum, cui pro salario annuo solvere solet duas marcas annuatim, et ministrum, cui similiter pro salario solvit unam marcam; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali praefatum oppidum et septem villae, videlicet *Radlin*²⁾, *Cozuchow*³⁾, *Blessno*⁴⁾, *Paprotzna*⁵⁾, *Olschowe*⁶⁾, *Grzymacza*⁷⁾ et *Lasz*⁸⁾, necnon et molendinum dominorum de *Nowe miastko*⁹⁾ spectant et pertinent. Item eadem ipsa ecclesia et eius pro tempore plebanus circa ipsam ecclesiam in eodem oppido ac haereditate et extra pro dote et fundo habet imprimis circa ipsam ecclesiam aream satis latam et spatiosam versus aquilonem, protendentem se a cimiterio ad latitudinem ad instar duorum laneorum, et in eadem area curia plebanalis, necnon allodium, hortus, silva retro allodium et pratum usque littora fluvii *Pilca*¹⁰⁾ se protendens, necnon et alias areas pro vicario et schola, in quo fluvio ante habuit obstacula, sed modo alveus fluvii repletus est terra et aqua per alios alveos mutavit transitum suum; item habet tres alias areas in alia parte ecclesiae versus fluvium, in quibus locati sunt ipsius plebani seu praepositi oppidani seu emethones, videlicet *Joannes Glen*, qui locatus est in pecuniis et de agris praepositi unum mansum alias *dzyal* tenet et solvit per viginti grossos; item *Lowczowa* vidua, quae non tenet agrum, solvit de domo pro censu unum grossum cum dimidio; item *Joannes Solsky* in tertia area, et tenet duos mansos alias *dzyaly* et solvit unum fertonem de censu; item in alia parte oppidi in platea versus meridiem et *Blessno* habet alias quinque areas speciales et in eis locati sunt *Joannes Grysz* in hortulania, item *Joannes Vysskythka*; moderni immediatus antecessor aliquibus oppidanis vendidit certos mansos, ut dicitur, in perpetuum sine laboribus et paucis valde censibus et ad utilitatem suam pecunias convertit, et solvit pro censu unum grossum cum medio et laborat omni septimana diem pedester; item *Martinus Nakonyeczny* tenet unum mansum, de quo solvit sex grossos ratione agri, et laborat unam diem in septimana quemlibet laborem, et de domo solvit nihilominus unum grossum cum dimidio; item in tertia area sedet *Petrus Latha* et tenet mansum agri alias *dzyal*, de quo solvit ratione census decem grossos plebano sive praeposito, et decimam in *gonytwam* cum aliis oppidanis et unum grossum cum dimidio; item in quarta area *Mathias Strzyesz*, qui non tenet aliquem agrum, solum de domo solvit grossum unum cum dimidio; item praefatus *Petrus Latha* quintam aream, de qua solvit unum grossum cum dimidio, prout et aliae domus solvunt etiam superius descriptae; item habet in uno campo versus meridiem quatuor mansos alias *dzyalow* agrorum, et cuiuslibet mansi latitudo habet in se viginti sulcos, iacentes inter agros advocatiales et oppidanorum et protendentes se in longitudinem ab oppido *Wyssemyerzycze* usque ad granities villae *Blessno*; item in alio loco inter silvas iuxta limites seu granities villae *Grzymacza* habet alios duos mansos alias *dzyal* agrorum, et tertium mansum iacentem penes borram et agros oppidanorum, et protenduntur in longitudine prout

¹⁾ *Jan z Osnicy* (wsi położonej w diecezji *plockiej* w parafii *Imielnica*), pleban. ²⁾ *Redlin*. ³⁾ *Kozuchow*, dziś w parafii *Jasionna*. ⁴⁾ *Blessno*. ⁵⁾ *Paprotzia*. ⁶⁾ *Olszowa*. ⁷⁾ *Grzymacza*. ⁸⁾ Osada nieogadniona. ⁹⁾ *Nowemiasto*, osady tego nazwiska są w gubernii *piotrkowskiej*, powiecie *laskim* i w tejże gubernii w powiecie *rawskim*, nadto w gubernii *plockiej* w powiecie *płockim*. ¹⁰⁾ *Pilica*.

ceteri agri aliorum oppidanorum etiam cum pratis iacentibus in finibus dictorum mansorum, quos mansos tenent praedicti oppidani cum pratis eisdem mansis adiacentibus; item habet et alia specialia prata circa limites praedictae villae *Grzymacza* inter silvas, in loco dicto *Syedlisska* ¹⁾, in quo loco nullus aliquis habet aliquid, solum ipse plebanus et eius ecclesia, quae prata solet vendere per partes, et protenduntur dicta prata plebani seu praepositi hinc inde inter gurgites seu torrentem usque ad alveum fluvii maioris *Pyleza*, de quibus pratis etiam emethoni uni partitus est unam sortem; in quibus gurgitibus habet obstacula, necnon et libertatem piscandi in fluminibus; item habet libertatem ligna scindendi in silvis iacentibus circa haereditatem villae praedictae *Grzymacza*, tantum, quantum opus habet. Habet et decimas.

Wyssyemyerzycze, oppidum, in quo parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris advocatae, necnon plebanalibus sex mansis, alias *dzyalow*, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum sive praepositum in *Wyssyemyerzycze*, et eius valor aestimatur ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

Darnowo ²⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Przybyschow* ³⁾ *Posnaniensis* dioecesis, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et praepositum sive plebanum in *Wyssyemyerzycze*, et aestimatur eius valor aliquando ad octo marcas, aliquando magis.

Borowe ⁴⁾ et *Przybyschewice* ⁵⁾, villae sub parochiali praefata in *Przybyschow* *Posnaniensis* dioecesis; decimae tamen manipulares post agros praediales domini abbatis *sancti Adalberti* in castro *Plocensi* in eisdem villis consistentes provenientes spectant pertinentque ad ecclesiam parochialem et praepositum seu plebanum in *Wyssyemyerzycze*, et aestimatur ad unam marcarn, aliquando magis vel minus.

Molendinum in *Wyssyemyerzycze*; plebano seu praeposito ex eodem solvitur omni septimana per unum corum siliginis; item oppidani eiusdem oppidi *Wyssyemyerzycze*, necnon emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam de qualibet domo per unum grossum et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis ad unum scotum et pro quitantia grossum unum.

53. JASSYONA.*)

Taxata ad unam marcarn argenti.

In eadem *Jassyona* ecclesia parochialis lignea, tituli *Annuntiationis gloriosae virginis Mariae et Ascensionis Christi*, de collatione laicorum haeredum vicibus

¹⁾ *Siedliska*. ²⁾ *Darnowo*, dziś nie znane. ³⁾ *Przybyszew*, wieś w archidiecezyi dziś *warszawskiej*, w dekanacie *grojeckim*. ⁴⁾ *Borowe*, ⁵⁾ *Przybyszewice*, wsie należące do parafii *Przybyszew*, w tejże archidiecezyi.

*) *Jasionna*, wieś należąca dziś do dyecezyi *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *radomskiego*, dziedzictwo zapewne której z familii *Jasińskich*, miała kościół parafialny już w pierwszej połowie

alternatis pro una parte et vice de *Corzen* ¹⁾, *Jassyona*, *Syeklukki* ²⁾, *Bobrek* ³⁾, *Cozuchow* ⁴⁾, *Szczythy* ⁵⁾, *Chroszczehow* ⁶⁾ et *Okraglicza* ⁷⁾, pro alia vero parte et vice *Branycza* ⁸⁾, *Pyrzna* ⁹⁾ et *Jacobow* ¹⁰⁾, quam pronuncie obtinet honorabilis *Joannes Brzessky* ¹¹⁾, actu presbyter, ex vicibus *Branycza*, *Pyrzna* et *Jacobow* haeredum, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae supplendis servat vicarium manualem et ministrum, quos salariat certis decimis; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali septem villae, videlicet praefata *Jassyona*, *Sucha* ¹²⁾, *Vola Susska* ¹³⁾, *Szczythy*, *Kamycn* ¹⁴⁾, *Pyrzna* et *Branycza*, necnon septem curiae aliarum villarum, quae ad alias parochiales spectant, videlicet *Cozuchow*, *Bobrek*, *Syeklukki*, *Okraglicza*, *Chroszczehow*, *Jacobow* et in *Wola Brzesska* ¹⁵⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus circa ipsam ecclesiam in eadem haereditate et extra pro dote et fundo habet imprimis circa ipsam ecclesiam et cimiterium aream satis competentem et spatiosam, et in eadem curiam plebanalem, necnon allodium, et ex opposito curiae hortum et in horto piscinulam, necnon circumcirca ecclesiam alias areas pro vicario et ministro ac hortulanis, sibi ipsis vicinas et contiguas, necnon certam partem haereditatis eiusdem villae *Jassyona*, prout certae litterae ducis olim *Boleslai Mazoviae* ¹⁶⁾ disponunt, videlicet agrorum, pratorum, silvarum et borrarum, incipiendo a lapide magno, qui iacet post hortum plebanalem ex opposito suae domus, et vadit directe iuxta signa vulgariter *czyosny* usque ad decursum aquae fluentis de piscinula plebanali et per eundem decursum aquae, dictum *wodomycz*, usque ad viam, quae ducit de *Jassyona* usque ad molendinum *Sykorzymlyn* ¹⁷⁾ dictum, et usque ad signa vulgariter *czyosny* dicta, quae habent cum vicino ipsorum *Pycrzyensky*, circa et eisdem signis eundo usque ad vallem dictam *Trczanka* ¹⁸⁾, per quam iterum vallem circumeundo usque ad viam, quae vadit ab ecclesia de *Jassyona* in *Cozuchow*, et terminatur in limitibus villae *Vithaschyn* ¹⁹⁾; habet etiam, ut idem litterae disponunt ducales, quoddam pratum in eadem haereditate villae *Jassyona* circa silvam *Korzenyevy lasz* ²⁰⁾ dictam, ita longe et late, prout ex antiquo fuit tentum; habet insuper plenam libertatem de dicta parte haereditatis disponere emethones, hortulanos et tabernatores pro libito suo plebanus locare, qui homines habent in eadem haereditate libertatem omnimodam seu usum communium pascuorum, lignorumque communium scissuram et pro aedificiis, necnon liberam piscaturam in fluvio communi et alias utilitates, quas habent emethones haeredum eiusdem villae *Jassyona*, immo emethones, hortulani et tabernatores, ut dictae litterae ducales disponunt, locati et

wieku XIII, jak dowodzi wzmianka o zapisie dla niego części tejże wsi *Jasionny* przez *Bolesława*, księcia *mazowieckiego*, w powyższym opisie umieszczona. Dzisiejszy kościół drewniany wystawiony został w miejsce takiegoż zębem czasu zniszczonego w roku 1400 (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 41).

¹⁾ *Korzeń*, wieś w parafii *Jasionna*. ²⁾ *Siekluki*, osada dziś nie znana. ³⁾ *Bobrek*, ⁴⁾ *Kożuchów*, ⁵⁾ *Szczyty*, ⁶⁾ *Chruszczehów*, wsie do parafii *Jasionna* należące. ⁷⁾ *Okraglicza*, wsie tego nazwiska położone są w parafiach: *kaliskiej*, *tokarskiej* i *chojeńskiej* w gubernii *kaliskiej*, w powiatach *kaliskim*, *tureckim* i *sieradzkim*. ⁸⁾ *Branica*, wieś w parafii *Jasionna*. ⁹⁾ *Pierzchnia*, tak samo. ¹⁰⁾ *Jakubów*, wieś w parafii *Włotnickiej*, w powiecie *radomskim*. ¹¹⁾ *Jan Brzeski*. ¹²⁾ *Sucha*. ¹³⁾ *Wola Suska*. ¹⁴⁾ *Kamień*, wieś w parafii *Białobrzegi*. ¹⁵⁾ *Wola Brzeska*. ¹⁶⁾ *Bolesław*, książę *mazowiecki*, syn *Konrada*, który w roku 1237 pojął w małżeństwo *Giertrudę*, córkę *Henryka Brodatego*, księcia *szląskiego* (Długosz, Hist. Pol. lib. VI, f. 659). ¹⁷⁾ *Sikorzy Młyn*, dziś nie znany. ¹⁸⁾ *Trzcianka*. ¹⁹⁾ *Witaszyn*, wieś do parafii *Jasionna* należąca. ²⁰⁾ *Korzeniowy Las*.

locandi in praefata haereditatis sorte ecclesiae gaudere debent eisdem praerogativis, sicut emethones haeredum in *Jassyona*, nec aliquas poenas alicui solvere tenentur, solum plebano; nihilominus haeredes eosdem tueri debent et obligati sunt; item habet et decimas.

Jassyona praefata, in qua parochialis; decima manipularis de omnibus et singulis agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcā, aliquando magis vel minus, quia de uno campo provenit.

Cozuchow ¹⁾, villa sub *Wyssyemyerzyce* ²⁾, curia vero sub parochiali in *Jassyona*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens spectat ad eandem parochialem in *Jassyona* et eius plebanum, et aestimatur eius valor ad unam marcā, aliquando magis vel minus.

Radlyn ³⁾, villa sub parochiali in *Wyssyemyerzyce*; decima manipularis ex agris praedialibus proveniens spectat ad parochialem et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad decem grossos, aliquando magis vel minus.

Sucha sub parochiali praefata *Jassyona*; decima manipularis post unum campum agrorum praedialium, iacentem sub *Wola Lithwynowa* ⁴⁾, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Jassyona*, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, aliquando magis.

Sczythy, villa sub parochiali in *Jassyona*; decima manipularis ex agris praedialibus omnibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Jassyona*, et valor eius aestimatur ad unam marcā, aliquando magis vel minus.

Wola Lithwynowa, villa sub eadem parochiali *Jassyona*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius ipsius villae proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, aliquando magis.

Bobrek, villa sub eadem parochiali quoad curiam, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens spectat ad dictam parochialem et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcā aliquando magis vel minus.

Brzesska Wola, villa sub parochiali praefata in *Jassyona*; decima manipularis ex agris praedialibus sive curiae, quos pronunc colunt hortulani, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad aliquot grossos, sex vel quinque.

Syekluky, villa quoad curiam sub eadem parochiali in *Jassyona*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, etiam quos colunt aliqui hortulani, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Jassyona*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam, et aliquando magis.

Okraglycza et *Chroszczehow*, villae quoad curias duntaxat sub eadem parochiali in *Jassyona*; decimae manipulares post omnes et singulas araturas praediales curiarum provenientes spectant ad eandem parochialem in *Jassyona*, et percipit eas minister in eadem *Jassyona*, et aestimatur earum valor ad duas marcas, aliquando magis vel minus.

¹⁾ Kożuchów. ²⁾ Wyśmierzyce. ³⁾ Radlin. ⁴⁾ Wola Litwinowa, dziś nie znana.

Jacobow et *Ossow* ¹⁾, villae quoad curias sub parochiali praefata in *Jassyona*; decimae manipulares ex omnibus et singulis agris praedialibus curiarum in eisdem villis provenientes spectant et pertinent ad eandem parochialem in *Jassyona*, et percipit illas pro salario vicarius, quarum valor aestimatur ad duas sexagenas, et aliquando magis vel minus.

Pyrzna, villa quoad curiam sub parochiali praefata in *Jassyona*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae, in cuius parte locati sunt emethones, et habent specialem campum cum curia, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Jassyona*; et valor aestimatur ad tres marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt emethones decimam canapi de laneo per duos grossos.

Item emethones ex villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam, videlicet de *Jassyona* et *Corzen* de qualibet domo per unum grossum, ex aliis vero villis de qualibet domo solum per dimidium grossum, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae simul cum ecclesia filiali in *Stromyecz* quinque scotos et unum grossum pro quittance.

54. STROMYECZ.*)

Taxata ad unam marcā argenti.

In eadem *Stromyecz* ecclesia parochialis lignea, tituli *Nativitatis gloriosae virginis Mariae* et *S. Joannis Baptistae*, de collatione ducis *Mazoviae*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Nicolaus Rzechowsky* ²⁾ actu presbyter et residentiam agens personalem, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servat unum vicarium manualementem et ministrum et salariat; ad quam iure parochiali ex antiquo septem villae, videlicet praefata *Stromyecz*, *Stromyeczka Wola* ³⁾, *Duczka Wola* ⁴⁾, *Brzescze* ⁵⁾, *Bobrek* ⁶⁾, *Nyedabyl* ⁷⁾ et *Boze* ⁸⁾ spectant et pertinent; quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus seu rector circa ipsam ecclesiam in villa et haereditate *Stromyecz* et extra pro dote et fundo habet et possidet, imprimis circumcirca ipsam ecclesiam ex omni parte areas pro curia plebanali, necnon allodium, pomerium, hortos, necnon alias speciales areas pro vicario, ministris, tredecim pro emethonibus, hortulanis et tabernatoribus in insula seu monte circa ipsam ecclesiam post fluvium seu torrentem,

¹⁾ Ossów, dziś w parafii *Łotnickiej*.

*²⁾ *Stromiec*, wieś niegdyś książąt *mazowieckich*, położona w dzisiejszej diecezji *sandomirskiej*, w dekanacie i powiecie *radomskim* z kościołem parafialnym już w wieku XIII przez tychże książąt fundowanym, jak się to z powyższego opisu pokazuje. Obecny kościół drewniany według świadectwa rubryceli tejże diecezji wystawiony został w roku 1526 (str. 42).

³⁾ *Mikołaj Rzechowski*, pleban. ⁴⁾ *Stromiecka Wola*. ⁵⁾ *Duczka Wola*. ⁶⁾ *Brzeście*. ⁷⁾ *Bobrek*. ⁸⁾ *Nyedabyl*. ⁹⁾ *Boże*. Przybyły później osady: *Bichniew*, *Pietrusin*, *Pirog*, *Pohulanka*, *Pokrzywna*, *Poświętne*, *Stanisławów*, *Starawieś*, *Strzyżyna*, *Wincelów*, *Zachmiel*, *Zatór*.

ex molendino et piscina plebanalibus decurrentem, iacentes, etiam cum hortis et pratis ad eodem plebanum, emethones, hortulanos et tabernatores seu ipsorum areis ex antiquo spectantibus, et post dictum fluvium seu torrentem, qui dividit partem seu sortem haereditatis, ex dotatione ducum *Mazoviae* eiusdem ecclesiae fundatorum et patronorum, a villanis villae *Stromyecz* ab una parte, qui fluvius seu torrens intrat in alium torrentem villae *Nyedabył*, qui etiam torrens dividit haereditates haeredum de dicta *Nyedabył* ab haereditate seu sorte honorum eiusdem ecclesiae in *Stromyecz*; ab alia vero parte alias superioritate piscinae, alias *od wyerchovisska stawu* plebanalis seu ecclesiae praefatae et viam dictam *Syepythowa*, quae vadit in aliam viam ducentem in molendinum *Nyedabyłsky*, cuius molendini modo deserti plebanus et eius ecclesia habet dimidiam partem; sicque inter huiusmodi fluvios sive torrentes et vias superius descriptas praefata ecclesia et eius plebanus ac ipsius praefati subditi emethones, hortulani et tabernatores habent partem agrorum, qui coluntur pro plebano, prata, hortos et nemora situata et iacentia; insuper molendinum cum piscina penes curiam plebanalem, necnon alias piscinulas versus villam *Stromyecz* iacentes; insuper et duos laneos agrorum in villa praefata *Stromyecz* inter agros emethonales iacentes cum areis et pratis, prout ex antiquo sunt per duces donati et ecclesiae incorporati, in quibus locati sunt emethones quatuor et solvit unusquisque eorum de dimidio laneo per fertonem, et omnes quatuor solvunt duas urnas mellis, alias *pokowy*, ultra pecunias ex mellificiis in borris ducalibus consistentibus, quorum mellificiorum habet possessionem ex antiquo et libertatem construendi nova, et uti antiquius, et licet habuit impedimentum a nobili *Jedlensky* ex haereditate *Zawady*¹⁾, iure tamen ecclesiae victor evasit; item ultra praedictum censum unius fertonis et mellis praefati emethones quatuor in duabus septimanis laborant, quilibet eorum unam diem quoscunque labores; et per duos gallos ac ovorum per quindecim. Praefati vero hortulani seu tabernatores in monte ecclesiastico circumcirca ecclesiam consistentes nihil aliud solvunt, solum laborant unam diem in septimana pedester, praeter mechanicos, qui componunt super laboribus; molendinator vero ex emolumentis solvit duas mensuras et sibi reservat tertiam, et est manualis, ad voluntatem plebani amovibilis; item decimas.

Bobrek, villa sub eadem parochiali in *Stromyecz*; decima manipularis post omnes et singulos agros emethonales eiusdem villae totius proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Stromyecz*, cuius valor aestimatur ad septem marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt; super vero praediali in eadem *Bobrek* inter ipsum plebanum in *Stromyecz* et *Jassyona* super proprietate pendet lis indecisa.

Pascowa Wola quondam, nunc vero *Brzesska Wola* dicta, villa sub parochiali in *Jassyona*; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales eiusdem villae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Stromyecz*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, et aliquando magis vel minus et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum.

Brzesscze, *Nyedabył* et *Boze*, villae eiusdem parochiae in *Stromyecz*; decimae manipulares ex omnibus et singulis agris praedialibus curiarum in eisdem villis con-

¹⁾ *Zawady*, wieś w parafii *Wieniawa*.

sistentium provenientes spectant ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Stromyecz*, quas tamen percipiunt vicarius et minister ipsorum pro salariis, et aestimatur earum valor ad sex marcas, aliquando magis vel minus; item emethones ex villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt solum colendam et denarium *sancti Petri* a persona qualibet per unum denarium, et solvunt collectori camerae apostolicae simul cum parochiali ecclesia in *Jassyona*, matrice, unum fertonem et pro quittance grossum praeter portituram.

55. GORYN.*)

Taxata ad unam marcam argenti.

In eadem *Goryn*, villa, ecclesia parochialis lignea, vetus, tituli *Assumptionis gloriosae virginis Mariae*, de collatione haeredum in eadem *Goryn*, quam pronunc obtinet discretus *Symon de Sbanschin*¹⁾, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui propter defectum proventuum eiusdem ecclesiae non continue, sed raro circa ipsam ecclesiam servat vicarium, solum ministrum, quem salariat; ad quam iure parochiali ex antiquo novem villae, videlicet praefata *Goryn*, *Gorynska Wola*²⁾, *Barthodzeje*³⁾, *Brod*⁴⁾, *Plasskow*⁵⁾, *Zawady*⁶⁾, *Byerzwocz*⁷⁾, *Gozyerzno*⁸⁾, *Wyerchovynny*⁹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus circa ipsam ecclesiam in eadem villa et haereditate et extra pro dote et fundo habet imprimis aream cum allodio, cimiterio contiguam, et in eadem curiam penes curiam domini haereditis, et ex alia parte ecclesiae versus aquilonem alias areas pro vicario et ministro; necnon duas alias areas, scholae et vicarii areis vicinas, pro taberna et hortulania, et in eis modo sunt tabernator, qui omni anno pro censu annuo solvit unum fertonem et diem unam laborat pedester omni septimana, hortulanus vero solvit pro censu sex grossos et diem similiter laborat omni septimana, quibus plebanus partitus est ex propriis agris per partem agri pro hortis et agris; habet etiam praefata ecclesia et plebanus tres laneos agri iacentes contigue penes viam, quae vadit de *Goryn* in oppidum *Głowaczow*¹⁰⁾, protendentes se a fluvio *Radomyrza*¹¹⁾ usque ad borram, et ex opposito eorundem agrorum borram, ita late, prout agri praefati trium laneorum, quae borra ad longitudinem se protendit usque ad fluvium sive torrentem dictum *Łukawa*¹²⁾, et in eadem borra

*) *Goryń*, wieś szlachecka należąca dziś do diecezji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *radomskiego*, gniazdo rodziny *Goryńskich* h. *Ogończyk*, która zapewne była założycielką tamtejszego kościoła parafialnego najpóźniej w początku wieku XV, skoro podług powyższego jego opisu był już starożytnym (*vetus*) około roku 1520. W drugiej połowie wieku XV był dziedzicem *Gorynia* *Jan Zbąski* h. *Nalęcz*, i już wtenczas tam kościół od dawna istniał (*Długosz*, *Lib. Benefic.* I, 333). Przed 38 laty patron i parafianie wystawili dzisiejszy kościół mурowany, który dotąd nie został konsekrowany (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 41).

¹⁾ *Szymon ze Zbąszyny*, pleban. ²⁾ *Goryńska Wola*. ³⁾ *Bartodzieje*, dziś w parafii *Lisów*, w tymże dekanacie co *Goryń*. ⁴⁾ *Bródki*. ⁵⁾ *Płasków*, dziś w parafii *Jedlińsk*, w dekanacie *radomskim*. ⁶⁾ *Zawady*, tak samo. ⁷⁾ *Bierwce Szlacheckie* i *Bierwce Książce*. ⁸⁾ *Nieodgadnione*. ⁹⁾ *Wierchowiny*. ¹⁰⁾ *Głowaczów*. ¹¹⁾ *Radomica*. ¹²⁾ *Łukawa*.

mellificia habet pro se, aut aliis locat; item habet arvom agri, iacentem inter viam tendentem in *Glowaczow* et fluvium *Radomyrza*, retro aream plebanalem alias situm ecclesiae, et protendentem se ab area dotis plebanalis usque ad molendinum domini haeredis, in quo molendino plebanus pro tempore existens habet libertatem molendi frumenta omnis grani absque mensura ex eo, quod pars molendini situata est in agro ecclesiae, et in eodem arvo agri plebanus et sui homines praefati, videlicet tabernator et hortulanus habent hortos; item habet unum duntaxat pratam post aream plebanalem versus fluvium *Radomyrza* protendens se usque ad pontem et fluvium *Radomyrza*, de quo fiunt aliquando sex currus foeni; item habet et piscinam iacentem inter piscinas domini haeredis et penes viam, quae vadit in *Gorynska Wola*; item et decimas habet.

Goryn, villa eadem, in qua parochialis; decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus, sed inter hortulanos et tabernatores divisis seu partitis, proveniens spectat ad dictam parochialem et plebanum in *Goryn*, et valor eius aestimatur ad unum fertonem, et aliquando magis.

Wola Gorynska, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulas araturas praediales necnon tabernarum, dempta unius tabernatoris, quae cedit cum emethonibus, proveniens spectat ad praefatam parochialem ecclesiam et plebanum in *Goryn*, et valor eius aestimatur ad unam marciam.

Barthodzeje, villa sub eadem parochiali in *Goryn*; decima manipularis ex omnibus agris praedialibus duarum curiarum necnon hortulanorum proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Goryn*, et aestimatur eius valor ad unam marciam.

*Pyaseczno*¹⁾, villa sub parochiali pronunc quoad emethones *Lyssowek*, quo vero ad curias sub parochiali in *Goryn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales curiarum in eadem *Pyaseczno* necnon hortulanarum proveniens spectat pertinetque ad parochialem praedictam et plebanum in *Goryn*, et aestimatur eius valor ad unam marciam.

*Lyssowek*²⁾, villa quoad curias ad parochialem in *Goryn*, quo vero ad emethones in *Lyssowek*; decima manipularis ex agris praedialibus et hortulanarum proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Goryn*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem et aliquando ad dimidiam marciam.

Zawady, villa sub eadem parochiali in *Goryn*; decima manipularis ex agris praedialibus proveniens pertinet et spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goryn*, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Wyerzchoviny, villa parochialis in *Goryn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales necnon hortulaniae et tabernae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goryn*, et eius valor aestimatur ad unam marciam.

Item emethones de omnibus villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt plebano et ecclesiae in *Goryn*, solum de qualibet domo seu area colendam per unum grossum, et denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per duos scotos et unum grossum pro quittance.

¹⁾ *Piaseczno*. ²⁾ *Lisówek*.

Byerzwce, *Lyssowek* alias *Comornyky*; super decimis et earum proprietate ex agris praedialibus provenientes in eisdem villis et quondam ad parochialem in *Goryn* tanquam matricem ecclesiam iure communi spectantibus, et ab eadem pro filia eiusdem in *Lyssowek* adeptis, inter ipsarum ecclesiarum in dicta *Goryn* et *Lyssowek* plebanos coram loci ordinario *Gnesnensi* lis et actio pendet indecisa.

56. LISSOWEK. *)

Taxata ad unam marciam argenti.

In eadem *Lissowek* ecclesia parochialis lignea, filia parochialis in *Goryn*, tituli *Assumptionis beatae Mariae virginis et S. Agnetis virginis et martyris*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Lissowek* et *Byerzwce*¹⁾, quam pronunc obtinet honorabilis *Joannes de Rokytynycza*²⁾, actu presbyter, qui propter proventuum paucitatem seu tenuitatem ex antiquo non servat vicarium, sed ministrum, quem salariat dimidia marca. Ad quam ex antiquo iure parochiali tres villae, videlicet praefata *Lissowek*, *Pyaseczno*³⁾ dempta (curia) et alia *Lissow* etiam absque curiis spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens in eadem haereditate villae *Lissow* pro dote et fundo habet imprimis circa ipsam ecclesiam aream satis latam et spatiosam et in eadem curiam, allodium et hortos areae contiguos, necnon campum agrorum, dictum *Polelaszka*, cum pratis eidem campo seu agris adiacentibus, extirpatis et extirpandis, protendentem se ab area plebanali seu situ ecclesiae usque ad limites villae *Pyaseczno* ab una parte, et ab alia parte latitudinis a via, quae ducit in *Blothnicza* usque ad prata plebanalia; item habet piscinam, quae modo iacet deserta, dictam *Zalow*⁴⁾, cum campo et pratis ibidem adiacentibus cum potestate augendi et de novo extirpandi silvam necnon borram et mericam sibi ipsis contiguas et adiacentes, necnon obstaculum in summitate piscinae antiquae haeredum, longe et diffuse per totam piscinam habet potestatem per se et suos quoslibet faciendi et disponendi; item habet in eadem villa unam tabernam seu aream pro taberna, iacentem penes hortum *Myeckowsky* ex una parte, et ex alia limites *Pyaseczno*, cum horto ante eandem tabernam sito; item habet alias speciales areas quatuor vel plures penes aream plebanalem et potestatem tot, quot posset habere, locandi; item habet alias speciales areas pro vicario et ministro versus meridiem in parte cimiterii iacentes; item villam habet.

*) *Lisów* (dawniej *Lisówek* albo *Komorniki*), wieś szlachecka położona dziś w diecezji *sandomirskiej*, w dekanacie i powiecie *radomskim*, gniazdo rodziny *Lisowskich* h. *Lis* (Paprocki l. c. str. 191), należała aż do roku 1414 do parafii *Gorynin*. Wspomniana rodzina wystawiwszy tam w tym roku kościół i takowy uposażywszy, wyjednana u ówczesnego arcybiskupa *Mikołaja Trąby* kanoniczną erekcją tegoż kościoła jako filii kościoła *goryńskiego* z osobnym rządcą swoim. Za czasów *Długosza* był dzie dziecem *Lisowa*, od dawna kościół parafialny posiadającego, *Dobrogost* h. *Nalęcz* (Lib. Benefic. I, 334). Pierwotny kościół drewniany utrzymał się aż dotąd, lecz od starości chylił się ku upadkowi i nowym zastąpionym być musi (Rubryc. dyec. sandom. z 1877 str. 42). We wsi *Piasecznie* do parafii należącej jest kaplica publiczna pod tyt. *ś. Anny*.

*) *Bierwee*. ²⁾ *Jan z Rokitnicy*, pleban. ³⁾ *Piaseczna*. ⁴⁾ *Zalów*.

Jezyorno ¹⁾, villa sub parochiali in *Goryn*, in qua sunt quinque lanei duntaxat et possessionati; quae, prout ex antiquo, in suis limitibus longe lateque est distincta, cum silvis, borris, mericis, stagnis, nemoribus ad eandem spectantibus, cum omni iure, dominio et proprietate spectat pertinetque ad ecclesiam parochialem et eius pro tempore rectorem in *Lissow*, et solvunt emethones eiusdem villae plebano pro censu de laneo omni anno per quadraginta grossos, necnon ova triginta de laneo, duos gallos seu capones, et tenentur praedium plebanale in eadem *Lissow* in toto disponere, seminare frumentis plebani, segetes metere, colligere, conducere, necnon prata similiter in toto disponere, necnon solum pro festo *Nativitatis Christi* quilibet de laneo per tres currus ligna in dotem plebanalem inducere; item habent emethones de eadem villa plebanali libertatem in haereditate villae *Byerzwce* pascenti pecora et pecudes in graminibus, glandinibus, et aliarum silvestrium utilitatum usum.

Plaskow, villa sub parochiali in *Goryn*; in eadem villa eadem ecclesia et plebanus in *Lissowek* de iure habet unum laneum agri cum area et pratis ad laneum spectantibus, cuius lanei habet usum de facto domina *Barbara Jedlenska*, per olim *Nicolaum* quendam *Wosczynsky* ecclesiae in *Lissowek* donatum, et nihil solvit item decimas.

Lissowek, villa eadem, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales seu curiarum in eadem *Lissowek*, etiam quos aliquando colunt aliqui hortulani sive tabernatores, proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Lissowek* et eius plebanum, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Byerzwce, villa sub parochiali in *Goryn*; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiarum in eadem *Byerzwce*, etiam quos colunt aliqui hortulani, proveniens spectat pertinetque ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Lissowek*, et aestimatur valor eius ad duas marcas.

Item emethones de villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt plebano et ecclesiae, solum colendam de qualibet domo seu area possessa per unum grossum, et denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per unum scotum et unum grossum pro quittance.

57. JANKOWICE.

Taxata ad unam marcam argenti.

In eadem *Jankovicze*, villa, ecclesia parochialis lignea, tituli *sancti Nicolai*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Jankovicze*, quam pronunc obtinet honora-

¹⁾ *Jeziorna*.

^{*)} *Jankowice*, wieś szlachecka, dziś do dycecyji *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *radomskiego* należąca, gniazdo rodziny *Januszów*, która od miejsca *Jankowskimi* się pisała, jak to opis powyższy świadczy, miała kościół parafialny już w pierwszej połowie wieku XV. *Długosz* wspomina o nim jako o dawno istniejącym (Lib. Benefic. I, 334. 392). Starożytny kościół drewniany od starości upadkiem grożący zastąpiony został w roku 1787 nakładem dziedziców miejscowych dzisiejszym muryowanym, który dotąd nie jest konsekrowany (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 41).

bilis *Stanislaus de Mogylnyca* ¹⁾, actu presbyter et agens residentiam personalem, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servat vicarium manuale, quem salariare tenetur plebanus una marca ex suis proventibus, et haeredes alias successores honorum haereditariorum nobilis olim *Joannis Baran* in eadem *Jankovicze* ²⁾ aliis duabus marcis, ratione quarum duarum marcarum vicarius pro tempore existens omni septimana obligatur ad legendas duas missas pro fundatoribus seu collatoribus, unam pro peccatis et aliam pro defunctis perpetuis temporibus ad solutionem obligantur (sic), necnon et ministrum scholae, quem plebanus salariat. Ad quam quidem parochialem ecclesiam iure parochiali ex antiquo novem villae, videlicet dicta *Jankovicze*, *Sulkow* ³⁾, *Sulkowska Wola* ⁴⁾, *Wola mala* ⁵⁾, *Wola nagorna* ⁶⁾, *Bród* ⁷⁾, *Guthow* ⁸⁾, *Wola Guthowska* ⁹⁾ et *Jedlanka* ¹⁰⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus circa ipsam ecclesiam in eadem haereditate pro dote et fundo habet imprimis in eadem villa *Jankovicze* prope ecclesiam aream specialem pro curia plebanali, et in eadem curiam versus fluvium *Radomirza* cum allodio et hortis sitam, satis latam et spatiosam, necnon pratum retro dictam aream plebanalem, protendens se a dicta area plebanali usque ad alveum seu ripam fluvii *Radomirza*, etiam per torrentem, qui vadit per dictum pratum plebanale ad molendina haeredum, de quo prato fiunt omni anno seu colligi possunt tres acervi foeni; item habet et alias duas areas circa ecclesiam pro vicario ex opposito curiae plebanalis, et pro ministro circa cimiterium cum parvis hortis; item in haereditate villae *Gorna Wola* sub eadem parochia habet tres laneos agri seu mansos cum una area inter areas emethonales in eadem villa sitos, iuxta morem ad longitudinem et latitudinem antiquae mensurationis, cum potestate in eadem area et laneis colonum aut emethonem locandi, qui colonus sive emetho locatus sive locandus habet libertatem usus haereditatis, prout et ceteri incolae eiusdem villae, in pascuis et aliis utilitatibus, videlicet in *Jankovicze* et *Gorna Wola*; qui quidem lanei seu mansi iacent in eadem haereditate villae praefatae *Gorna Wola* in quolibet campo unus laneus, videlicet in campo unus, in alio alius, et tertius in tertio campo inter agros emethonales, videlicet quondam *Mathiae Czokyth*, nunc *Petri Zuna* ex una et *Mathiae Wawak* quondam, nunc vero *Stanislai Wawak* partibus ex altera, et eadem area inter praefatorum emethonum iacet cum horto; insuper de iure habere debet unum alium arvulum agri additionalem, vulgariter *Czothczyca* ¹¹⁾, versus ripam fluvii alias circa *Lang* ¹²⁾ situm iacentemque ad aequalitatem agrorum aliorum emethonum vicinorum, pronunc tamen per haeredem villae eiusdem *Valentinum* idem arvulus occupatur; item in eadem haereditate et bonis villae eiusdem *Gorna Wola* habet prata, unum in partibus *Lanczky* ¹³⁾, circa torrentem *Popowka*, de quo colligitur unus cumulus alias *stog* foeni, aliud vero pratum iuxta laneum, qui protenditur a *Lothky* ¹⁴⁾ in longitudinem et latitudinem dicti lanei, alias prout ceteri emethones habere consueverunt, de quo colliguntur aliquando sex currus foeni; item habet libertatem circa dictum pratum *Popowka* faciendi, construendi et ponendi tria obstacula in fluvio *Radomirza*, ita tamen, quod non impendant transitum liberum aquae ad

¹⁾ *Stanisław z Mogilnicy*. ²⁾ *Jan Baran* albo *Junosza Jankowski* (cfr. *Niesiecki* II, 308). ³⁾ *Suków*. ⁴⁾ *Sulkowska Wola*. ⁵⁾ *Żabia Wola*. ⁶⁾ *Gorna Wola*. ⁷⁾ *Bród*. ⁸⁾ *Gutów*. ⁹⁾ *Gutowska Wola*. ¹⁰⁾ *Jedlanka*, dziś w parafii *Jedlińsk*. ¹¹⁾ *Kotczyca*. ¹²⁾ *Łęg*. ¹³⁾ *Łęcki*. ¹⁴⁾ *Lotki*.

ad medietatem fluvii, et intra illa nullus ipsum plebanum impedire debet aut nocu-
menta facere poterit; item habet libertatem piscandi cum reti minori alias *brodnja*
seu *klonja* in fluviis et decursibus aquarum alias *strzumyenyech*, item libera pa-
scua et scissuram lignorum, prout habent et habere possunt seu consueverunt haeredes.

Jankovicze, villa eadem, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis post
omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat pertinetque ad eandem pa-
rochiale et plebanum in *Jankovicze*, et aestimatur eius valor ad duas marcas,
aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi emethones, sed conducunt
in horreum plebani.

Guthow, villa sub eadem parochiali in *Jankovicze*; decima manipularis ex
agris praedialibus sive curiae omnibus proveniens spectat ad eandem parochialem
et plebanum in *Jankovicze*, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando
magis vel minus.

Jedlanka, villa sub eadem parochiali in *Jankovicze*; decima manipularis post
omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat et pertinet ad
eandem parochialem et plebanum in *Jankovicze*, et aestimatur eius valor ad duas
marcas, et aliquando magis vel minus.

Item emethones villarum eiusdem parochiae nihil aliud solvunt plebano et eccle-
siae, solum colendam de laneo per unum grossum, de dimidio laneo per dimidium
grossum, et similiter hortulani, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona
per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per
duos scotos, et unum grossum pro quittantia.

58. BLOTHNYCZA. *)

Taxata ad quinque marcas argenti.

In eadem *Blothnicza* ecclesia parochialis lignea, tituli *S. Petri apostoli*, de
collatione laicorum haeredum de eadem *Blothnicza*, *Cadlub*¹⁾, *Kyelbow*²⁾, *Mokro-*

*) *Błotnica*, wieś szlachecka, dziś do diecezji *sandomirskiej* należąca, dekanatu i powiatu *radom-
skiego*, gniazdo głośniejszy niegdys w województwie *sandomirskim* rodziny *Błotnickich* h. *Doliwa* (Paprocki
I. c. str. 242. *Niesiecki* I. c. 108), posiadała z fundacyi zapewne tejsze rodziny kościół parafialny już na
końcu wieku XIV. *Jakób*, pleban tamtejszy występuje na dniu 22 kwietnia roku 1428 przed sądem
konsystorza *gnieźnieńskiego* jako świadek przy pewnej sprawie (Excerpta ex actis Consist. Gnesn. f. 80).
Nadto dokumenta z roku 1403 wspominają o kościele *błotnickim*, jako o dawno istniejącym (Tygodn.
illustr. warszaw. t. IV, ser. II, str. 73. 74). Kościół ten słynny od niepamiętnych czasów cudownym
obrazem *N. Maryi P.* i odpustami w Jej uroczystości był pierwotnie drewniany. Dzisiejszy kościół
muruwany winien, swój początek plebanowi miejscowemu, *ks. Sebastyanowi Saryuszowi Skórkowskiemu*,
który mając znaczny prywatny majątek, w roku 1754 rozpoczął, tę wspaniałą budowlę i prowadził ją
przez lat 22. Śmierć niespodziana nie pozwoliła mu takowej dokończyć a następcy jego nie posiadali
ku temu odpowiednich środków. Nareszcie *ks. Teofil Jakubowski*, objawszy w roku 1852 rządy parafii
błotnickiej, tak z własnych zasobów, jako i z zapisu 4500 rubli przez *Wincenego Lasockiego*, dziedzica
wsi *Kobylnika*, oraz z znacznych ofiar *Stanisława Kucharczyka*, cząstkowego właściciela wsi *Siekluk*,
dokończył budowlę, z wyjątkiem obudówek wieży pod dach kościoła tylko wyciągniętych. Świątynię

1) *Kadlub*. 2) *Kielbow*.

*sang*¹⁾, *Ryky*²⁾, *Gosd*³⁾, *Syedmiradz*⁴⁾, *Czyzowka*⁵⁾ et *Cobylnyk*⁶⁾, quam pronunc
obtinet honorabilis et nobilis *Felix Dzyk*⁷⁾, nondum presbyter, sed clericus, qui
pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout
ex antiquo, servat tres vicarios manuales et ministrum, quos salariat certis decimis
ultra sortem suam; ad quam ecclesiam ex antiquo iure parochiali viginti villae, vi-
delicet dicta *Blothnicza*, *Kyelbow*, *Gosd*, *Cadlubek*, *Wola Gosdska*⁸⁾, *Sdzary*⁹⁾,
Mocrosang, *Sopoth*¹⁰⁾, *Dambrowicza*¹¹⁾, *Cobylnyk*, *Czyzowka*, *Syedmiradz*, *Ossow*¹²⁾,
Cadlub, *Cadlubska Wola*¹³⁾, *Ryky*, *Jacobow*¹⁴⁾, *Chroszczachow*¹⁵⁾, *Syekluky*¹⁶⁾ et
*Okraglicza*¹⁷⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro
tempore existens in eadem haereditate, villa et eius bonis pro dote et fundo habet
inprimis circa seu prope ecclesiam praefatam parochialem aream satis latam et
spatiosam, et in eadem curiam plebanalem cum allodio, horto et duabus piscinulis,
necnon pro vicario et ministro speciales areas cimiterio vicinas, etiam cum horto,
ipsis vicariis pro anima olim *Panuchnyk* per sorores eiusdem *Panuchnyk* donato;
item habet unum arvom agri alias *nywa* prope piscinam dictam *Porzanowycz*¹⁸⁾,
satis latam, in longitudine citra vel ultra ad duo stadia se protendentem, et in eius
fine habet alium unum laneum agri, et proteuditur in longitudine citra vel ultra
quatuor stadia usque ad agros domini *Dzyk*; item habet et pratium iacens in prin-
cipio praefati arvi et villam *Blothnicza* versus, de quo colligi solent aliquot currus foeni.

Ossow, villa sub praefata parochiali *Blothnicza*, in qua sunt septem lanei
emethonales et una hortulania, necnon speciales agri praediales, qui coluntur per
emethones; necnon certa prata praediale; quae quidem villa cum omni iure, do-
minio et proprietate, necnon silvis, nemoribus, piscinis spectat pertinetque pleno
iure ad praefatam ecclesiam et plebanum in *Blothnicza*, quae quidem villa suis ab
omnibus partibus circumcirca est limitata; et solvunt emethones de laneo quolibet per
triginta grossos, duos gallos, et laborant omni septimana unam diem plebanum omnem
laborem et ad ducturas in molendinum ad molendum duntaxat praeter diem tenen-
tur; item ultra labores septimanales obligantur facere adiutoria alias *pomoczy*
ad metenda hiemalia duas dies, aestivalia similiter ad falcastrandum, et conducunt
frumenta die septimana; hortulanus vero non ad alia obligatur, solum ad laboran-
dum unam diem in septimana pedester, et emethones solent laborare, agros colere,
disponereque ac colligere in praefata *Blothnicza* et villa eadem *Ossow*, et non
alibi; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros villae eiusdem pro-
veniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnicza*, et
aestimatur eius valor ad sex marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt deci-
mam canapi de laneo per duos grossos, et conducunt nihilominus in haereditate
absque die, in haereditate vero *Blothnicza* seu dote plebanalem pro die.

tę, prawdziwą ozdobę okolicy, z wspaniałym wielkim ołtarzem, w którym umieszczono obraz cudowny
N. Maryi P., z sklepieniem lunetowym, posadzką kamienną i organem sprawionym przez brata miejsco-
wego rządzcy, *ks. Adama Jakubowskiego*, administratora kościoła *s. Krzyża* w *Warszawie*, konsekrował
na dniu 8 września roku 1868 w obec niezliczonego tłumu wiernych *ks. Józef Michał Juszyński*,
biskup *sandomirski* (Tygodn. illustr. warszaw. t. IV, ser. II, str. 73. 74).

1) *Mokroszk*. 2) *Ryki*. 3) *Gózdź*. 4) *Siemieradz*. 5) *Czyzowka*. 6) *Kobylnik*. 7) *Feliks
Dzik*, pleban. 8) *Wola Gosdowska*. 9) *Żdżary*. 10) *Sopot*. 11) *Dąbrowa*. 12) *Ossów*. 13) *Wólka
Kadlubska*. 14) *Jakubów*. 15) *Nieodgadnione*. 16) *Tak samo*. 17) *Okraglicza*, dziś w parafii i okolicy
nie znana. 18) *Porzanowicz*.

Blothnycza, villa, in qua parochialis praefata; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae tam praediales quam emethonales, demptis araturis *Panuchnyk* quondam, nunc vero *Braneczky*, de quibus percipiunt vicarii decimam in eadem *Blothnycza*, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad sex marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Ryky, villa eiusdem parochiae in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur valor eius ad sex marcas, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Cadlub, villa sub eadem parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis post omnes et singulas araturas villae eiusdem totius proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad quinque marcas et aliquando magis vel minus; et solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos.

Cadlubska Wola, villa sub eadem parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus, etiam quorum partem colunt duo hortulani, qui quidem agri praediales sunt inaequales in campis, quia in uno maiores et in aliis minores, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcam, et aliquando magis.

Kyebow, villa sub eadem parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Blothnycza*; et aestimatur eius valor ad septem marcas et aliquando magis vel minus, et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Gosd, villa sub eadem parochia in *Blothnycza*; decima manipularis post omnes et singulas araturas tam emethonales quam praediales, alias totius villae, proveniens spectat pertinetque ad praefatam parochialem ecclesiam et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad tredecim marcas, aliquando magis vel minus; et decimam canapi solvunt de laneo per duos grossos.

Gosdka Wola, sub eadem parochiali villa; decima manipularis ex omnibus agris eiusdem villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad unam marcam, aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi tres grossos.

Sopotn, villa sub eadem parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus agris eiusdem totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad quinque marcas, aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Cobylnyk, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes araturas tam emethonales quam curiae, alias totius villae, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad quinque marcas et aliquando magis; et solvunt similiter decimam canapi.

Czyzowka, villa eiusdem parochiae in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus agris totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem in *Blothnycza*, et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad tres marcas, et aliquando magis; et solvunt decimam canapi quatuor grossos.

Slovkykow, villa sub parochiali in *Wrzeszczow*, decima tamen manipularis post omnes agros totius villae proveniens spectat ad parochialem ecclesiam in *Blothnycza*, et aestimatur eius valor ad tres marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Syedmyradz, villa sub parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Blothnycza*, et percipit eam vicarius, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas cum dimidia et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Mokrosang, villa sub eadem parochiali in *Blothnycza*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus, etiam quos colunt in parte aliqui hortulani, proveniens spectat ad eandem parochialem in *Blothnycza*, et percipit eam vicarius, cuius valor aestimatur ad duas sexagenas, aliquando minus.

*Zyrdz*¹⁾, villa sub parochiali in *Wrzeszczow*, decima tamen manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae, quae modo in maiori parte iacet deserta, proveniens spectat ad parochialem in *Blothnycza*, et percipit eam vicarius in ibidem, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas cum dimidia, et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

*Dambrovicza*²⁾, villa sub eadem parochia in *Blothnycza*, decima tamen (sic) manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Blothnycza*, et percipit eam minister, et aestimatur eius valor ad tres marcas, et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi pronunc tres grossos cum dimidio in toto.

Item emethones villarum eiusdem parochiae nihil aliud solvunt plebano aut ecclesiae praefatae in *Blothnycza*, solum colendam de laneo per unum grossum, de dimidio vero laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis octo scotos et unum grossum pro quittantia.

59. CASSOW.*)

Taxata ad unam marcam argenti.

In eadem *Cassow* ecclesia parochialis lignea, tituli *sancti Joannis Baptistae* de collatione laicorum haeredum in eadem *Cassow*, quam pronunc obtinet discretus

¹⁾ *Zyrdz*, dziś w parafii *Wrzos*. ²⁾ *Dębowica*.

*) *Kaszów*, wieś szlachecka, dziś w diecezji *sandomirskiej*, w powiecie i dekanacie *radomskim*, gniazdo rodziny *Kaszowskich* h. *Janina*, z których *Jaśko (Jaszkon) Kaszowski*, dziedzic miejscowy fundował i uposażył kościół parafialny w roku 1409, jak podaje rubrycelą tejże diecezji z roku 1877 str. 41 i *Długosz* przy opisie kolegiaty *sandomirskiej* (Lib. Benef. I, 391), za którego czasów dziedzicem *Kaszowa* był *Jan Kaszowski*, syn *Darosława (Darosława)* a wnuk wspomnianego fundatora. Czy obecny starożytny kościół drewniany jest pierwotny, lub później odbudowany, nie wiadomo.

Martinus et *Przytyk*¹⁾, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui propter defectum proventuum paucitatemque ex antiquo interdum servat vicarium, semper tamen ministrum, quos salariat; ad quam quidem ecclesiam ex antiquo iure parochiali solum duae villae, videlicet dicta *Cassow* et *Wola Cassowska*²⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate *Cassow* pro dote et fundo imprimis prope ecclesiam versus plagam occidentalem habet pro curia plebanali aream satis competentem, et in eadem area curiam, allodium et hortum, et intra curiam plebanalem circa cimiterium alias speciales duas areas pro vicario et ministro; item ultra dictas, plebanalem, vicariam et ministri areas habet alias speciales septem areas, sibi ipsis et plebanali areae contiguas pro sex emethonibus et septima pro taberna, cum hortis ad easdem areas emethonales et tabernam spectantibus, necnon in ipsis areis emethones et tabernatorem. Qui quidem emethones sex, modo tamen tres colentes agros seu possessionati, locati sunt unusquisque in dimidio lanceo agri, alias inter dictos sex emethones divisi sunt tres lancei agrorum et quartum plebanus pro sua curia colit, sic tamen, quod ipsa ecclesia et eius plebanus in eadem villa et haereditate in toto habet quatuor mansos seu lanceos agrorum, tres videlicet inter emethones divisi, et quartum indivisum plebanus pro sua utilitate colit. Qui quidem lancei in omni campo aequalem habent mensuram cum aliis emethonalibus, in uno tamen campo versus occidentem alias retro areas praedictas, plebanalem, emethonales et tabernalem, iacent insimul et sibi ipsis contigui cum continua protensione usque ad granities ab areis incipiendo; in aliis autem duobus campis iacent non continue, sed alicubi mixtim, prout et aliorum emethonum eiusdem villae, habent tamen ubique aequalitatem et quantitatem lancei cum aliis vicinis, et circa huiusmodi agros habet ipse plebanus et sui emethones prata; hortulanus tamen non plus habet de agris, solum duo stadia in uno campo versus *Wola Cassowska* iacente; item habet et piscinulam post hortum curiae suae praedictae plebanalis; insuper habet et molendinum seu situm pro molendino, et aliquando in eodem situ molendinum fuit, quod modo a multis annis iacet desertum, iacens in fluvio *Radomirza*, superius quam molendinum *Gulyn*³⁾, quod molendinum propter interruptionem et ademptionem transitus aquae suo antiquo alveo per haeredes de *Przytyk* ad ipsorum molendinum ultimo constructum ac negligentiam plebanorum manet usque modo desertum; ad quod quidem molendinum spectant tres arvi alias *nywy* agrorum, necnon hortus et pratum, quae in parte maiori nemoribus desertata seu occupata manent, quorum et modo modernus extat plebanus in possessione, arvos arando agrorum; de quo molendino, dum fuit, percipiebat plebanus mensuras emolumentorum; item emethones praefati plebanales in *Cassow* plebano pro censu de dimidio lanceo, prout locati sunt ex antiquo, solvit unusquisque per unum fertonem in pecuniis, tres coros avenae superabundantes, unum caponem, unum caseum et quindecim ova pro festo *S. Martini*, et laborat unusquisque unam diem in hebdomada quemlibet laborem; et ultra hebdomadalem laborem tenentur ire ad molendinum cum frumentis ad molendum, et praeter hoc habent ultra diem laboris unum pratum falcastrare et foenum colligere et conducere, necnon ad metendum hiemalia frumenta

¹⁾ *Marcin z Przytyku*, pleban. ²⁾ *Wola Kaszowska*. ³⁾ *Gulyn*, wieś w parafii zakrzewskiej.

duabus falcibus diem unam metere et similiter ad aestivalia obligantur; tabernator vero, qui ante solvebat a quolibet vase seu actuali cervisiae adductae seu braxatae per amphoram dictam *schanek*, nunc vero ex ordinatione moderni plebani loco dicti *schanek* pro censu annuo solvit unum fertonem, et nihilominus omni septimana laborat unam diem pedester quemlibet laborem; item habet ex antiquo plebanus libertatem, ubi et quando ligna domino per emethones domini haeredis conducuntur et scinduntur, pro curia etiam plebanali eodem tempore et insimul scinduntur et ducuntur; emethones vero plebanales ligna pro eorum necessitate habent libertatem eis (sic) recipere, scindere in nemoribus communibus, ubi ceteri emethones domini haeredis habent libertatem. Item decimas.

Cassow eadem villa, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae, etiam de certis arvis in *Wola Czassowska* proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in eadem *Cassow*, et aestimatur eius valor ad tres marcas, et aliquando magis.

Molendinum plebanale, quondam sub parochiali in *Zakrzow, Cracoviensis* dioecesis, decima tamen manipularis, dum et quando agri eiusdem colebantur, spectabat, prout et modo spectat, ad parochialem et plebanum in *Cassow*.

Gulyn, villa sub eadem parochiali in *Zakrzow, Cracoviensis* dioecesis, decima tamen manipularis post omnes et singulas araturas praediales sive curiae proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Cassow*, et eius valor aestimatur pronunc, quia male laborant in eodem praedio sive agris, ad unum fertonem, et aliquando minus; item emethones ex villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt ecclesiae aut plebano, solum colendam de lanceo per unum grossum et de dimidio per dimidium grossum et similiter hortulani, necnon denarium *sancti Petri* a quolibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae quatuor scotos et unum grossum pro quittance.

60. PRZYTYK^{*)}, OPPIDUM.

Tavata (sic) ad unam marcam argenti.

In eadem *Przytyk* ecclesia parochialis lignea, extra oppidum sita, tituli *S. Spiritus* et *S. Crucis*, de collatione laicorum haeredum de *Przytyk* eadem, quam

*) *Przytyk*, wieś, niegdyś miasteczko, w dzisiejszej diecezji sandomirskiej, dekanacie i powiecie radomskim położona, w wieku XV własność rodziny *Podlodowskich* h. *Janina* (Paprocki l. c. 316. *Nieściecki* l. c. III, 626. 627), posiadała kościół parafialny według opisu powyższego przynajmniej już na początku tegoż wieku. W drugiej połowie wieku XVI ciż *Podlodowscy*, odstąpiwszy od wiary ojców, kościół katolikom zabrali i oddali predykantom sekty swojej. Na początku przecieży wieku następnego, nawróciwszy się, przywrócili kościół katolikom (*Nieściecki* l. c. III, 627). W miejsce sprofanowanego i upadkiem grożącego kościoła wystawiony przez nich został w roku 1646 nowy również drewniany, a gdy ten podupadł zastąpiono go w roku 1779 nowym dotąd istniejącym kościołem murawym (Rubryc, dyec. sandom. z r. 1877 str. 42).

pronunc obtinet honorabilis *Hieronymus de Leschow*¹⁾, actu presbyter et residentiam habens personalem, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis servat continue, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam vicarium manualement et ministrum, quos salariat, vicarium duabus marcis et ministrum una marca; ad quam quidem ecclesiam iure parochiali ex antiquo nulla villa, solum oppidum praedictum *Przytyk* cum suis anteurbiis et pronunc quatuor curiis spectat et pertinet. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus circa ipsam ecclesiam pro dote et fundo in eadem haereditate et bonis *Przytyk* habet imprimis specialem aream pro curia plebanali versus oppidum sitam et in eadem curiam domus plebanalis, allodium, hortum et pratum, satis latam et spatiosam, protendentem se in longitudine ad unum cum dimidio stadia (sic) citra vel ultra; item alias speciales areas pro vicario et ministro in altera parte ecclesiae; item habet in eadem haereditate tres laneos agrorum, iacentes insimul seu contigue in campo ex opposito dotis plebanalis areae et ecclesiae, protendentes se in longitudine ab ecclesia usque ad granities seu limites villae *Studzyenyce*, in latitudine vero similem mensuram habentes, prout ceteri lanei vicini oppidanorum; insuper habet et unum alium arvom alias *nyva* agri, iacentem circa fines seu limites villae eiusdem *Studzyenyce*, et inter agros oppidanorum quondam, nunc vero haeredum pro praediis eorum conversorum circa seu ad latus laneorum praedictorum ac viam ducentem in *Studzyenyce*.

*Ostrow*²⁾, curia et praedium antiquum haeredum in eadem *Przytyk*, quae seu quod cessit ex divisione inter fratres in sortem domini *Hieronymi*, sub eadem parochiali in *Przytyk*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem praedii et antiquae curiae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in *Przytyk*, et aestimatur eius valor ad duas marcas et aliquando magis vel minus, qui quidem agri iacent circa dictam curiam.

Sulkow, villa sub parochiali in *Jankovicze*; decima tamen manipularis de uno arvo agri certo pro curia coli ex antiquo solito proveniens spectat ad parochialem et plebanum in *Przytyk*, et similiter in *Wola Sulkowska* etiam de uno arvo speciali eidem ecclesiae provenit decima, et valor utriusque aestimatur ad unum fertonem.

Studzyenyce, villa sub parochiali ecclesia in *Wrzeszczow*; decima manipularis de certis arvulis agrorum praedialibus proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Przytyk*, et aestimatur eius valor ad unum fertonem. Item oppidani et anteoppidani nihil aliud eidem ipsorum parochiali ecclesiae et plebano solvunt, solum colendam de qualibet domo hospites per unum grossum, inquilini vero per dimidium grossum, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per unum scotum et unum grossum pro quittance.

¹⁾ Hieronim z Leszczewa, pleban (Acta Consist. Gnesn.). ²⁾ Ostrow, dziś w parafii nie znany.

61. WRZOSZ.*)

Tavata ad unam marcem argenti.

In eadem *Wrzosz* ecclesia parochialis murata, tituli *S. Laurentii et Aegidii*, abbatis, de collatione laicorum haeredum de *Gosczysevicze*¹⁾, *Podkana*²⁾ et *Wrzosz*, quam pronunc obtinet honorabilis *Stanislaus de Lysskowo*³⁾, *Wladislaviensis* dioecesis, actu presbyter, circa quam pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae adimplendis servat duos vicarios manuales et ministrum, quos salariat certis decimis infrascriptis; ad quam iure parochiali ex antiquo novem villae, videlicet dicta *Wrzosz*, *Jablonya*⁴⁾, *Domanyew*⁵⁾, *Brudnow*⁶⁾, *Podkana*⁷⁾, *Ostrolanka*⁸⁾, *Wyr*⁹⁾, *Gosczysevicze*¹⁰⁾ et *Vygnanow*¹¹⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem haereditate villae *Wrzosz* et extra eam pro dote et fundo habet imprimis circa ipsam ecclesiam pro curia, allodio, horto et area vicariali specialem et satis latam et spatiosam aream et in eadem curiam, allodium et hortum, protendentem se usque ad fluvium retro ad eandem aream decurrentem, in quo fluvio habet plebanus libertatem pro se duo obstacula ponendi, et tertium vicarius, alias infra et supra aream praedictam plebanalem, necnon silvam ultra dictam aream iacentem; insuper habet et duos laneos seu mansos agrorum penes eandem ecclesiam iacentes et se ad finem granitierum extendentes, necnon tabernam seu hortulaniam in areis dictorum laneorum seu mansorum locatam, ubi et schola necnon vicarii domus extant locatae; habet etiam et pratum in haereditate *Gosczysevicze*, et aliud post curiam domini haeredis in *Wrzosz* et pontem iacens; item habet de domo in oppido *Radom* iacente ex opposito ecclesiae singulis annis pro ecclesia et eius necessitate dimidium lapidem cerae per possessorem eiusdem domus solvendum; item habet et decimas ex donatione *Jaroslai* archiepiscopi¹²⁾ infrascriptas.

Wrzosz, villa, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales, necnon de certis agris, quos colunt tres cmethones in uno campo

*) *Wrzos*, wieś szlachecka, własność w wieku XVI i XVII *Podlodowskich* h. *Janina* (Niesiecki I. c. III, 627), dziś w diecezji *sandomirskiej* w dekanacie i powiecie *radomskim* położona, otrzymała kościół parafialny kanonicznie erygowany przez arcybiskupa *Jaroslawa Skotnickiego* i przez niego dzieścicami z stołu arcybiskupiego uposażony, jak dowodzi opis powyższy, pomiędzy rokiem 1341 a 1372. W miejsce pierwotnego zapewne kościoła drewnianego wystawiony został przez nieznanego fundatora nowy dotąd istniejący kościół murywany w roku 1420, który w roku 1521 został konsekrowany (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 43). Według *Niesieckiego* (Korona III, 627), kościół ten znajdował się w wieku XVI w ręku innowierców, zabrany gwałtem katolikom przez dziedzica miejscowego, który dopiero w wieku następnym przez *Podlodowskich* z kościołem katolickim pojednany został im przywrócony. Od niepamiętnych czasów część dochodów kościoła tego wcieloną została do dziekanii kolegiaty *sandomirskiej* (Długosz, Liber Beneficior. I, 312. 315).

¹⁾ *Gosczysevicze*, ²⁾ *Potkana*, wieś należąca do parafii *Wrzos*. ³⁾ *Stanisław z Liskowa*, pleban. ⁴⁾ *Jablonna*. ⁵⁾ *Domanyew*. ⁶⁾ *Brudnow*, dziś w parafii sąsiedniej *Wieniawa*. ⁷⁾ *Potkana*. ⁸⁾ *Ostrolanka*. ⁹⁾ *Wyr*. ¹⁰⁾ *Gosczysevicze*. ¹¹⁾ *Wygnanów*. ¹²⁾ *Jarostaw Skotnicki* (1341—1372).

dicto *Robrowa*, videlicet *Stanislaus Wasz*, *Paulus Bratek* et *Petrus Nyeglarz* proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad unam marcam, et aliquando magis.

Jablonya, villa sub eadem parochiali in *Wrzozsz*; decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad septem marcas; et solvunt decimam canapi de lanco per duos grossos et conducunt.

Wyr, villa sub eadem parochiali in *Wrzozsz*; decima manipularis de omnibus et singulis agris et araturis totius villae proveniens spectat pertinetque ad praefatam parochialem et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad quatuordecim marcas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi de lanco per duos grossos et conducunt.

*Rczonicz*¹⁾, villa sub parochiali *Pothworow*; decima manipularis post omnes et singulas araturas et agros emethonales totius villae proveniens spectat ad parochialem ecclesiam et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad duodecim marcas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi de lanco per duos grossos et conducunt.

Ostrolanka, villa sub parochiali in *Wrzozsz*, decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae ex appositione alterius scripturae in privilegio donationis *Jaroslai* archiepiscopi proveniens, ut dicitur, spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad septem marcas, et aliquando minus; et solvunt decimam canapi de lanco per unum grossum.

Gosczyshewicze, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem in *Wrzozsz*, et percipiunt eam vicarii in eadem *Wrzozsz*; et aestimatur eius valor ad septem marcas et aliquando magis.

Vygnanow, villa sub eadem parochiali in *Wrzozsz*; decima manipularis de quodam agro iacente versus villam *Wyr* proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad aliquot grossos, et non semper colitur idem ager.

Podkana, villa sub eadem parochiali in *Wrzozsz*; decima manipularis ex agris praedialibus sive curialibus, necnon unius emethonis *Marek* agris proveniens spectat ad eandem parochialem in *Wrzozsz*, et percipit eam minister ecclesiae; cuius valor aestimatur ad duas marcas, et aliquando magis.

Item emethones villarum eiusdem parochiae nihil aliud solvunt, solum colendam de lanco pro unum grossum, de dimidio lanco per dimidium grossum, et similiter hortulani necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit camerae apostolicae singulis annis quinque scotos et unum grossum pro quittance.

ALTARE *S. Nicolai* in eadem parochiali; in eadem ecclesia altare tituli *S. Nicolai* de collatione laicorum haeredum de *Podkana*, *Wrzozsz* et *Gosczyshewicze*

¹⁾ *Rdzów*.

cum consensu tamen plebani, quod obtinet pro hac vice discretus *Petrus de Mszczonow*, actu presbyter, institutus, qui pro oneribus eiusdem altaris obligatur singulis hebdomadis in eodem altari per se vel per alium ad complendas et legendas tres missas, unam pro defunctis benefactoribus, secundam de *beata Virgine* et tertiam de patrono altaris, hoc est *S. Nicolao*, dummodo vinum fuerit, necnon pro singulis quatuor temporibus vigiliis novem lectionum cum laudibus, et psalterium bis in anno pro peccatis legere et explere perpetuis temporibus obligatur (sic). Quod quidem altare sive capellania et eius altaria sive capellanus pro dote et fundo habet imprimis in eadem haereditate villae *Wrzozsz* arcam, plebani arcae vicinam sive contiguam, cum horto et prato, necnon unum laneum sive mansum agri, penes agros plebanales iacentem et se protendentem a finibus villae *Podkanye* usque ad granities sive fines villae *Wrzeszczow*; item habet in villa *Zyrdz* sub parochia *Wrzeszczow* septem emethones cum eorum areis, agris, pratis, rubetis, nemoribus, mericis et silvis, et situm illorum incipiendo a fine villae praedictae a parte *Przytyk* versus medium villae usque ad septimum emethonem inclusive. Qui quidem emethones et incolae dicti altaris in praefata villa *Zyrdz* locati et locandi habent tantum et talem libertatem in eadem haereditate, prout ceteri emethones haeredis et haeredum habent et habere debent; et ultra hoc liberam scissuram lignorum nec non pro aedificiis, prout litterae dotationis latius disponunt; item pro eiusdem altaristae in eadem villa *Zyrdz* aratura habet certos agros, unum circa paludem dictum *Gdassmyecz* circa limites oppidi *Przytyk*, alium agrum circa montem dictum *Ostrosnagora*, in quibus agris quolibet anno tres modii, vulgariter *Spady*, more solito seminari consueverunt; item tertium locum in foribus villae, in quo piscina prius fuit facta; item fundator se et suos successores patronos obligavit ad tuendum et defendendum altaristam pro tempore existentem et eiusdem emethones ac bona altaris, item habet locum, arcam et situm dictum *Brzuchowye mlinisko* pro molendino construendo et locando in littore sive ripa fluvii *Radomirza* et piscinam in eodem parando cum potestate illam tenendi, prout melius poterit aqua inundare et se diffundere in latitudinem et longitudinem alias arbitro altaristae (sic), cuius inundationem idem fundator se et suos successores in locatione huiusmodi piscinae, molendini locatione et aquae diffusionem obligavit et promisit non impedire; item habet pro eodem molendino construendo certos agros cultos et incultos latitudine duorum laneorum, et in longitudine a via ducente in *Przytyk de Podkana* usque ad antiquum fluvium, *Stara Radomirza* dictum; in quo quidem molendino debent ex eodem privilegio incolae villae praefatae *Zyrdz* molere ac de omnibus et singulis bonis aliarum villarum dicti fundatoris et successorum eiusdem etiam sine quovis impedimento subditi sive emethones habent libertatem et potestatem sua frumenta molere.

*Pobrossyn*¹⁾, villa sub parochiali in *Wyssoka*, *Cracoviensis* dioecesis, decima tamen manipularis ex agris praedialibus sive curialibus ex antiquo proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et altaristam tituli *S. Nicolai* praedictum in *Wrzozsz*, et aestimatur eius valor ad quinque grossos, quia pro hac vice non coluntur agri praediales.

¹⁾ *Pobrossyn*, wieś dziś należąca do parafii *opatowskiej*.

62. WYENYAWA. *)

Taxata ad unam marcam argenti.

In Wyenyawa eadem ecclesia parochialis in parte per modernum plebanum murata et in parte lignea, tituli gloriosae Virginis et praesertim S. Catharinae, virginis et martyris, de collatione haeredum de eadem Wyenyawa, alias Clodno¹⁾, quam obtinet honorabilis Stanislaus Młodeczsky²⁾, actu presbyter et residentiam agens personalem, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis circa ipsam ecclesiam servat duos vicarios manuales et ministrum, quos salariat certis decimis; ad quam iure parochiali ex antiquo novem villae, videlicet dicta Wyenyawa sive Clodno³⁾, Plecz⁴⁾, Wola Brudnowska⁵⁾, Cochano⁶⁾, Jablonycza⁷⁾, Ryków⁸⁾, et Zawada⁹⁾, nec non praedium Brzozowka¹⁰⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia parochialis et eius plebanus pro tempore existens in eadem villa et haereditate pro dote et fundo imprimis circa ipsam ecclesiam habet aream satis latam et spatiosam versus plagam occidentalem et in latere posteriori eiusdem ecclesiae, et in eadem curiam plebanalem, allodium, hortum et duos laneos agri, post dictam aream plebanalem iacentes, qui agri duorum laneorum in latitudine protenduntur, et incipiunt ab arcis seu situ plebanalis curiae, ecclesiae et domuncularum vicariorum et extenduntur usque ad limites villae Sokolnyky¹¹⁾, penes limites Cochano-wskye, in quorum agrorum fine habet specialem mericam sive silvam, pro qua, postquam nemora in altum diligentia et defensione plebani moderni excreverunt, habetur inter plebanum eundem et haerodem Nicolaeum Wolsky¹²⁾, quamvis plebanus et sui praedecessores fuerunt in pacifica possessione nec aliquando aliquis

*) Wieniawa, pierwotnie Klodno, wieś szlachecka w dyecyzji sandomirskiej, dekanacie i powiecie radomskim, w drugiej połowie wieku XIV własność Mikołaja, dziekana kieleckiego, który także (w Klodnie) założył i uposażył kościół parafialny, przez arcybiskupa Jarostawa Skotnickiego na dniu 13 kwietnia roku 1369 kanonicznie erygowany i dziesięcinami z stołu arcybiskupiego opatrzone, jak to dowodzi oblatowana w aktach konsystorza gnieźnieńskiego w roku 1418 erekcja: „... Fundata ecclesia novae plantationis in Clodno, nostrae dioecesis prope Skrzyn a Nicolao, decano ecclesiae Kieleziensis, patrono ecclesiae... Pro sustentatione et victu parochi... decimas mensae nostrae in Clodno, Brudnowo et Bukowiec prope Opoczno... perpetuis temporibus damus... Praeterea cupientes ut laus divina in eadem ecclesia amplietur, villas inferius annotatas nomine parochiae ipsi ecclesiae in Clodno, videlicet ipsum Clodno, Jablonica, Ryków et Kochanowo attribuimus... Datum et actum Lovicii tredecima die mensis Aprilis sub anno Dni millesimo trecentesimo sexagesimo nono...“ (Excerpta ex actis Consist. Gnesu. f. 44. 45). W drugiej połowie wieku XV nabyła Klodno pewna linia Wieniawitów, którzy je Wieniawę przezwali i odtąd Wieniawskimi pisac się poczeli (Niesiecki l. c. IV, 513), co opis powyższy wyraźnie potwierdza. Około roku 1520 pleban miejscowy, Stanisław Młodecki, rozebrawszy połowę starożytnego kościoła drewnianego, własnym nakładem z muru ją odbudował, do której w roku 1703 przybyła druga połowa z cegły palonej w miejsce pozostałej drewnianej (cfr. Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 43). Kościół ten dotąd istniejący w dobrym znajduje się stanie.

¹⁾ Klodno, dziś Wieniawa. ²⁾ Stanisław Młodecki h. Półkozio (Niesiecki l. c. IV, 275). ³⁾ Wieniawa albo Klodno (Kłodno). ⁴⁾ Plec, dziś wieś i folwark. ⁵⁾ Brudnow i Wola Brudnowska. ⁶⁾ Kochanów. ⁷⁾ Jablonica. ⁸⁾ Ryków. ⁹⁾ Zawady, wieś i folwark. ¹⁰⁾ Brzozowica. ¹¹⁾ Sokolniki, wieś w sąsiedniej parafii Skrzynno. ¹²⁾ Wolski h. Łabędź.

etiam haeres et dicti Nicolai Wolsky pater ausus aliquando fuit aliquid incidere sine licentia plebani, pro hac vice super proprietate differentia et aliqualis contentio et lites in iure terrestri intentatae per plebanum occasione violentae excisionis aliquorum arborum; item habet et pratum, iacens penes pratum nobilium Młodeczsky¹⁾ ex una et inter pratum cmethonis de Clodno, dicti Mikosz partibus ex altera, et ex opposito eiusdem prati habet unum arvulum agri; item habet circa ipsam ecclesiam ex altera parte ecclesiae versus plagam meridionalem speciales areas et situs pro vicariis et ministro et spatium terrae, quod est iuter curiam et horreum plebanales et publicam stratam tendentem in Skryn²⁾ seu Radom; item penes aream alterius vicarii habet hortulaniam et in eadem hortulania hominem artis carpentariae morantem; item decimas.

Wyenyawa, villa, in qua ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in Wyenyawa, et aestimatur eius communis valor ad duas marcas et aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi cmethones, sed conducunt.

Clodno³⁾, villa sub eadem parochiali in Wyenyawa; decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in Wyenyawa, et aestimatur eius valor ad quinque marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos et conducunt nihilominus.

Jablonycza, villa sub parochiali praefata Wyenyawa; decima manipularis post omnes et singulos agros tam praediales quam cmethonales, exceptis duobus cmethonibus in laneo sedentibus, videlicet Mykolayek et Rambek, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in Wyenyawa, et aestimatur eius valor ad duas marcas et aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi cmethones seu incolae, sed ducunt illam in horreum plebani ad Wyenyawa; ubi vero vellent solvere decimam canapi, tenetur eam locare in haereditate, quia controversia super hoc sub eo modo per concordiam cum haerede Strzambosz Joanne⁴⁾ terminata est; et hoc ex agris iacentibus in alia parte fluvii, quia ex agris iacentibus versus ecclesiam in parte alia fluvii semper tenentur ducere illam in horreum plebani; post praedictos vero duos cmethones alias uno laneo decimam percipiebat ecclesia et plebanus in Wyrzbiecza, diocesis Cracoviensis, ratione cuius modernus plebanus ex certa concordia solvit quatuordecim grossos pro festo Undecim millia Virginum.

Plecz, villa sub eadem parochiali in Wyenyawa; decima manipularis ex agris omnibus et singulis totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in Wyenyawa, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Bukovyecz⁵⁾, villa sub parochiali in Opoczno, decima tamen manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem et plebanum in Wyenyawa, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas, et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Brudnow, villa sub parochiali in Wrzoz, decima tamen manipularis post omnes totius villae araturas et agros proveniens spectat ad parochialem ecclesiam

¹⁾ Młodecki, Młodecy. ²⁾ Skrzyn. ³⁾ Kludno. ⁴⁾ Strzembosz. ⁵⁾ Bukowiec.

in *Wyenyawa*, et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Brudnowska Wola, villa sub parochiali in *Wyenyawa*; decima manipularis ex omnibus agris totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Wyenyawa* et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi, prout in *Brudnow*; de qua decima antecessores plebani et ipse modernus plebanus pro ministro et eius salario recipiebat tres cassulas tritici, tres avenae et decem siliginis, nunc vero ex aliis suis proventibus providet ministrum, et vicariis huiusmodi partem dat pro specialibus suis votivis.

Zawady, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam in *Wyenyawa*, et percipit eam pro hac vice minister loco partis praefatae decimae in *Brudnowska Wola*, cuius valor aestimatur ad duas marcas et aliquando magis vel minus; et solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos, et ibidem percipit et colendam; et conducebatur per cmethones ante in horreum ad *Wyenyawa*, prout et ministro modo tenentur facere.

Rykw, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros ex antiquo curiae sive praediales proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Wyenyawa*, quae, quia a multis annis percipiebatur hinc inde per quendam errorem opera haereditis etiam per episcopum *Cracoviensem*, post multas controversias restituta est ecclesiae eidem in *Wyenyawa* per modernum episcopum *Cracoviensem Joannem* videlicet de *Conary*¹⁾ ad instantiam moderni plebani et per eum pro capellano convertenda; cuius valor aestimatur ad tres fertones et aliquando magis vel minus.

Brzozowka, villa sub parochiali ecclesia in *Wyenyawa*; decima manipularis ex omnibus agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Wyenyawa*; cuius valor aestimatur ad dimidiam marcam.

Item cmethones ex omnibus et singulis villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt ecclesiae et plebano, solum colendam de qualibet domo, etiam hortulanorum, per unum grossum, et a qualibet persona denarium *sancti Petri* per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per unum cum dimidio, et unum grossum pro quittance.

Radom antiqua, oppidum dioecesis *Cracoviensis*; prata duo iacentia post montem *sancti Petri* et inter prata oppidanorum in dicta *Radom* plebanus modernus *Stanislaus* in *Wyenyawa* pro sua praefata ecclesia et capella, circa ipsam parochialem in *Wyenyawa* noviter constructa, emit pro certa pecuniarum summa in perpetuum eidemque ecclesiae et capellae donat et asscribit, quae prata venduntur aliquando pro viginti grossis et aliquando pro dimidia marca.

¹⁾ Jan Konarski.

63. SKRZYN^{*}), OPPIDUM.

Taxata (sic) ad duas marcas argenti.

In eodem *Skrzyn*, oppido, ecclesia parochialis murata, tituli *S. Stephani proto-martyris*, de collatione vicibus alternatis, pro una vice laicorum haeredum de *Zukow*¹⁾, *Sborzana*²⁾ et *Radosthow*³⁾, pro alia vero vice abbatis et conventus monasterii *Suleoviensis*, Cisterciensis ordinis, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Joannes Podkansky*⁴⁾, nondum tamen presbyter, ex vicibus abbatis et conventus *Suleoviensis*, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, servat duos vicarios manuales et ministrum, quos salariat certis decimis manipularibus; ad quam ecclesiam ex antiquo iure parochiali octo villae et dictum oppidum, videlicet *Skrzyn*, *Zukow*, *Sokolnyky Mokre*⁵⁾, *Suche Sokolnyky*⁶⁾, *Camyen episcopi Cracoviensis*⁷⁾, *Camyen nobilium*⁸⁾, *Comorow*⁹⁾, *Ossyny*¹⁰⁾, *Zagorze*¹¹⁾, necnon curiae nobilium in *Sborzana*¹²⁾, *Zdunkow*¹³⁾ et *Radosthow*¹⁴⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens in eodem oppido et haereditate pro dote et fundo habet partem oppidi eiusdem *Skrzyn*, in qua parte pro hac vice sunt viginti quinque areae sibi ipsis vicinae et una ab alia more civili distinctae et in eisdem areis domus oppidanorum circumcirca ecclesiam et aream plebanalem iacentes, quarum circa finem habet plebanus pro curia, allodio et horto arcam satis latam et spatiosam et in eadem curiam et domus plebanales, necnon circa ecclesiam alias speciales areas pro vicario et ministro, et in eis domunculae, una tamen pertinet ad capellam, per nobiles seu de eorum domo constructam, dictos *Comorowszczy*¹⁵⁾; item habet specialem piscinam in fluvio *Radomirza*¹⁶⁾ cum molendino aquatico, dicto *Nadolek*¹⁷⁾, necnon et prata circumcirca dictam piscinam iacentia ab una parte seu ripa fluvii, de quibus colligi solet ad minus unus acervus bonus, et aliquando plus de

^{*} *Skrzynno*, niegdyś miasto, dziś wieś położona w dyecezyi *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *opoczyńskim*, gniazdo familii *Duninów* h. *Łabędź*, potomków głośnego w dziejach Polski *Piotra Duńczyka*, który za znakomite usługi wojenne otrzymał od *Bolesława Krzywoustego* wielkie majątki, a między innymi *Skrzynno*, gdzie w roku 1123 miał wystawić dzisiejszy kościół murywany (Długosz, Hist. Pol. lib. IV, 421. 422. V, 453—465). Zda się, że około połowy wieku XVI *Duninowie z Skrzynna* byli innowiercami i kościół rzeczony katolikom odebrali, skoro w roku 1567 *Aryanie* i reformowani złożyli w *Skrzynnie* synod, na który się 110 pastorów z całej Polski zjechało, co się jedynie pod protekcją sprzyjającego nowościom religijnym dziedzica stać było mogło (Baliński, Starożytna Polska II, 429. 430). Kościół *Duninowy* zapewne wskutek pożaru został w roku 1638 przebudowany, a w roku 1640 konsekrowany (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 48). Równocześnie dziedzice miejscowi *Duninowie Modliszewscy* przybudowali doń kaplicę murywaną wraz z mauzoleum familijnem (Baliński l. c. II, 430). Oprócz kościoła parafialnego znajduje się w *Skrzynnie* drugi kościół pod wezwaniem *ś. Ducha* przez wspomnianą familią fundowany.

¹⁾ *Zuków A i B*, ²⁾ *Zbożenna*, wsie do parafii należące. ³⁾ *Radostów*, wieś w parafii *Szmusko*. ⁴⁾ *Jan Podkański* h. *Brochwicz*, pleban. ⁵⁾ *Sokolniki Mokre*. ⁶⁾ *Sokolniki Suche*. ⁷⁾ *Kamień Mały*. ⁸⁾ *Kamień Duży*. ⁹⁾ *Komorów*. ¹⁰⁾ *Osiny*. ¹¹⁾ *Zagórze*. ¹²⁾ *Zborzena*. ¹³⁾ *Zdunków*, dziś w parafii *Borkowice*. ¹⁴⁾ *Radostów*. ¹⁵⁾ *Komorowszczy z Komorowa*. ¹⁶⁾ *Radomierza* czyli *Radomka*. ¹⁷⁾ *Nadołek*.

foeno; item ex opposito eiusdem molendini habet duos arvos agri inter agros oppidanorum abbatis seu monasterii *Suleoviensis* iacentes, et tertium arvom agri prope dictos alios duos arvos in eodem campo iacentem; dicitur autem et communiter appellatur dicta pars oppidi plebanalis in *Skrzyn* una cum situ ecclesiae, dotis plebanalis et agrorum simul cum piscina, molendino et pratis *Moleczo*¹⁾; et solvunt dicti oppidani plebanales pro censu de qualibet domo singulis annis per unum fertonem, videlicet sex grossos pro festo *S. Joannis Baptistae* et sex grossos pro festo *S. Martini*; de molendino vero molendinator, qui est manualis, solvit ex emolumentis universis et singulis duas mensuras et ipse tertiam percipit; item oppidani praefati plebanales praeter hoc solvunt *poddimne* de qualibet domo grossum et exactiones communes regales, alias *schossy*, prout et alii oppidani monasterii, non tamen dant *podwody*, prout ceteri, nec foralia; non habent tamen ipsi oppidani plebanales aliquos agros, solum vivunt cursu civili et practica braxationis cervisiarum et aliis; item molere tenentur ipsorum frumenta etiam brasea in molendino plebanali. Habet et decimas.

Skrzyn, oppidum praedictum; decima manipularis de uno campo agrorum civilium seu oppidanorum eiusdem oppidi *Skrzyn*, iacente inter viam, quae ducit in *Sborzana*, et agros villae *Zagorze* proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in oppido *Skrzyn*, et aestimatur eius valor ad duas marcas, et aliquando nihil cedit; non solvunt decimam canapi, sed ducturas faciunt.

Sborzana, villa quoad emethones sub parochiali in *magna Skrzyn*, quo vero ad praedium et curiam sub parochiali in oppido *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in eodem oppido *Skrzyn*, cuius valor aestimatur ad quinque marcas et aliquando minus.

Zukow, villa sub eadem parochiali in oppido *Skrzyn*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus proveniens spectat et pertinet ad parochialem praefatam et plebanum in *Skrzyn*, et aestimatur eius valor ad duas marcas et aliquando minus.

Sokolnyky utraque, sub eadem parochiali in oppido *Skrzyn*; decimae manipulares post omnes et singulos agros praediales curiarum in eisdem villis provenientes spectant pertinentque ad eandem parochialem et plebanum in oppido *Skrzyn*; quarum valor aestimatur ad unam marcā cum dimidia et aliquando minus.

Comorow, villa sub eadem parochiali in oppido *Skrzyn*; decima manipularis ex agris praedialibus et curiarum in eadem *Comorow* proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in oppido *Skrzyn*, et percipiunt eam vicarii in maiori parte, et partem plebanus, alias post certum campum, quem colit *Coryczsky*²⁾, et valor eius aestimatur ad duas marcas cum plebanali et aliquando minus.

Radostow, villa quoad emethones sub parochiali in *Borkowicze*, *Cracoviensis* dioecesis, quo vero ad curiam sub parochiali in oppido *Skrzyn*; decima manipularis ex agris certis proveniens spectat ad parochialem praefatam in oppido *Skrzyn*, et percipiunt eam vicarii in eadem *Skrzyn*, et partem ecclesia in *Borkowicze*, seu eius vicarii, et valor eius aestimatur quoad *Skrzyn* ad unam marcā, et aliquando magis vel minus.

¹⁾ Nieodgadniona. ²⁾ Koryoki.

Zdunkow, villa quoad curiam sub parochiali in oppido *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem in oppido *Skrzyn*, et percipit eam minister eiusdem ecclesiae in *Skrzyn*, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam, et aliquando magis vel minus. Item oppidani eiusdem oppidi nihil aliud solvunt ecclesiae et plebano, solum colendam de qualibet domo, hospites per unum grossum, inquilini vero per dimidium grossum, emethones autem de laneo per unum grossum, de dimidio laneo per dimidium grossum et similiter hortulani, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit camerae apostolicae collectori singulis annis per decem scotos et unum grossum pro quittance.

64. SKRZYN MAGNA.*)

Taxata ad sex marcas argenti.

In eadem *magna Skrzyn* ecclesia parochialis murata, tituli *sancti Adalberti, martyris et pontificis gloriosi*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Skrzyn*, *Janykow*¹⁾ et *Przysucha*²⁾, quam pronunc obtinet venerabilis dominus *Joannes Chlewiezsky*³⁾, scholasticus *Wladislaviensis*, qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae eiusdem adimplendis, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam servat duos vicarios manuales et ministrum, quos salariat certis decimis; ad quam iure parochiali ex antiquo decem septem villae, videlicet praefata *Skrzyn*, *Janykow*, *Glynjecz*⁴⁾, *Brogowa*⁵⁾, *Klonowa*⁶⁾, *Wola*⁷⁾, *Besnyk*⁸⁾, *Dambyny*⁹⁾, *Wystka*¹⁰⁾, *Crayow*¹¹⁾, *Iborzona*¹²⁾, *Przysucha*¹³⁾, *Grodek*¹⁴⁾, *Zapnow*¹⁵⁾, *Coslowlast*¹⁶⁾, *Lyppna*¹⁷⁾ et *Machnyn*¹⁸⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia parochialis et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate circa ipsam ecclesiam pro dote et fundo habet imprimis aream specialem et in ea curiam plebanalem cum hortis et allodio, necnon alias tres areas emethonales cum hortis et allodiis; insuper et alias speciales areas pro vicario et ministro; habet insuper agros in quolibet campo speciales pro ipsius praedio, in quorum agrorum plebanalium parte locati sunt tres emethones, quilibet eorum in dimidio laneo, et solvit unusquisque eorum pro censu annuo singulis annis per quindecim grossos et laborat unusquisque

*) *Skrzynisko (Wielkie Skrzynno)*, wieś należąca dziś do dycezyi *sandomirskiej*, dekanatu i powiatu *opoczyńskiego*, własność niegdyś wyżej wspomnianej rodziny *Duninów*, gdzie również jak w *Skrzynie* miał wystawić kościół murywany około 1123 *Piotr Duńczyk*, protoplasta tejże rodziny (*Długosz* l. c. lib. V, 464. 465). Dzisiejszy kościół przebudowany został z pierwotnego w roku 1750, a konsekrowany w roku 1816. W miejscu znajduje się szpital dla ubogich (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 38*).

¹⁾ *Janików*. ²⁾ *Przysucha*, wsie do parafii należąca. ³⁾ *Jan Chlewicki h. Odrowąż* (*Niesiecki* l. c. I, 261), pleban. ⁴⁾ *Gliniec*. ⁵⁾ *Brogowa*. ⁶⁾ *Klonowa*. ⁷⁾ *Wola*. ⁸⁾ *Besnyk*. ⁹⁾ *Dębiny*. ¹⁰⁾ *Wistka*. ¹¹⁾ *Krajów*. ¹²⁾ *Zbożenna*. ¹³⁾ *Przysucha*. ¹⁴⁾ *Gródek*. ¹⁵⁾ *Zapnow*. ¹⁶⁾ *Kozłowiec*. ¹⁷⁾ *Lipno*. ¹⁸⁾ *Mechlin* w parafii *gielniowskiej*. Wsie od No. 13—17 włącznie należą dziś do parafii *Przysucha*, utworzonej z parafii *Skrzynisko*, lecz nie wiadomo, w którym roku. Obecny kościół w *Przysuchy* murywany powstał w roku 1786, konsekrowany roku 1816 (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 38*).

unum diem in septimana quemlibet laborem et ducturas faciunt, alias *podwodas* in oppidum *Skrzyn*; item habet et prata, unum penes agros suos praediales versus *Przysucha* iacens et aliud circa oppidum *Skrzyn*, inter *Slawkow* haereditatem et dictum oppidum *Skrzyn*, de quo colligi solet unus currus foeni; item habet et dimidiam partem piscinulae, dictae *Rossochacz*, in littore fluvii, qui dividit haereditatem *Skrzyn* ab haereditate *Przysucha*, cuius piscinae habet *Manczyna*, haeres in eadem *Przysucha*...; item et decimas infrascriptas.

Skrzyn praefata, in qua parochialis ecclesia; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae, demptis agris praedialibus *Damuyowsky*, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem ecclesiam in *Skrzyn* et eius plebanum, et aestimatur eius valor ad viginti marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos, et nihilominus conducunt.

Janykow, villa sub eadem parochiali in *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in eadem *Skrzyn* et aestimatur eius valor ad quindecim marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Glymyecz, villa eiusdem parochiae; decima manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in praefata *Skrzyn*, et aestimatur eius valor ad octo marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Brogowa, villa sub eadem parochiali in *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Skrzyn*, cuius valor aestimatur ad decem marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Glonowa, villa sub eadem parochiali in *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat ad eam ipsam parochialem et plebanum in *Skrzyn*, et aestimatur eius valor ad quinque marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Wola Wyeczarzowa ¹⁾, villa sub eadem parochiali in *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Skrzyn*, cuius valor aestimatur ad duas marcas; et solvunt etiam decimam canapi per duos grossos de laneo.

Przysucha, villa sub eadem parochiali in *Skrzyn*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Skrzyn*, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Coslowlast, villa eiusdem parochiae; decima manipularis de certo campo sive agro proveniens spectat etiam ad eandem parochialem et plebanum in *Skrzyn* cuius valor, quando cedit, aestimatur ad unum fertonem.

Sborzona, villa quoad emethones sub parochiali in magna *Skrzyn*; decima manipularis de duobus campis agrorum emethonalium proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem in *Skrzyn* et percipiunt eam vicarii in eadem *Skrzyn*; cuius valor aestimatur aliquando ad tres marcas, et aliquando magis vel minus; de tertio vero campo cedit mensae archiepiscopali ad tenutam *Langonicensem* ²⁾; et

¹⁾ Wola Węcierzowa. ²⁾ Łegonice.

solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos, et percipit eam illa pars, quae percipit decimam frumentorum hiemalium, hoc est, aliquando vicarii et aliquando factor decimarum.

Rudno, villa sub parochiali in *Borkovicze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales, necnon de tertio campo agrorum praedialium sive curiae in eadem *Rudno* proveniens spectat ad parochialem ecclesiam in antiqua *Skrzyn*, et percipiunt eam vicarii in eadem *Skrzyn*, et aestimatur eius valor ad duas sexagenas, et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum; item emethones ex villis parochiae eiusdem nihil aliud solvunt plebano et ecclesiae, solum colendam de laneo per unum grossum, de dimidio vero laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani, nec non denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit camerae apostolicae collectori singulis annis per decem scotos et unum grossum pro quittance.

65. SMOGORZOW*).

Taxata ad unum marcam argenti.

In eadem *Smogorzow* ecclesia parochialis, tituli *gloriosae virginis Mariae Visitationis, Annuntiationis* etc., de collatione laicorum haeredum in eadem *Smogorzow*, quam pronunc obtinet honorabilis *Hienorymus de Lublin* ¹⁾, actu presbyter, qui, prout ex antiquo, circa ipsam parochialem ecclesiam pro sui sustentatione et oneribus eiusdem ecclesiae adimplendis servat vicarium manuum et ministrum, quos salariat; ad quam ex antiquo iure parochiali sex villae, videlicet *Smogorzow*, *Zawada* ²⁾, *Gosdykow* ³⁾, *Stoczki* ⁴⁾, *Russynow* ⁵⁾ et *Crzeslawicze* ⁶⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et ipsius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate circa ecclesiam pro dote et fundo habet imprimis arcam satis latam et spatiosam et in ea curiam plebanalem, nec non allodium, hortum, et retro domum pratum ac penes eandem arcam dotis plebanalis scholam et penes scholam aliam arcam tabernalem, et in postico eiusdem hortum; item in alia parte eiusdem ecclesiae aliam arcam vicarialem et in eadem domunculam cum hortulo; item habet et agros, unum arvom agri *Suthy mosth* ⁷⁾, in latitudine citra vel ultra trium stadiorum, in longitudine vero citra vel ultra decem stadiorum protensionem habentem; item alium arvom dictum *Gory*, in longitudine duorum stadiorum, in latitudine vero citra vel ultra sex stadiorum se extendentem; item in tertio loco alium seu tertium arvulum agri, iacentem penes viam tendentem in *Gosdykow*, in longitudine unius stadii, in lati-

* *Smogorzew*, wieś szlachecka, gniazdo rodziny *Smogorzewskich* h. *Łodzia* (Niesiecki l. c. IV, 140), dziś w diecezji *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *opoczyńskim* położona, posiadała z szkodliwości zapewne tejże rodziny kościół parafialny już w początku wieku XV, jak to z powyższego opisu wnosić można. Na miejscu starożytnego kościoła drewnianego stanął w roku 1630 dzisiejszy murywany, który w roku 1710 został konsekrowany (Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 38).

¹⁾ Hieronim z Lublina, pleban. ²⁾ Zawada. ³⁾ Gozdziów. ⁴⁾ Stoczki. ⁵⁾ Rusinów, dziś w parafii *Nieznaniowice*. ⁶⁾ Krzesławice. ⁷⁾ Suty Most.

tudine vero duorum stadiorum citra vel ultra mensuram habentem; item habet pratum in capite agri praefati *Gory*; item habet in haereditate *Zawada* unum alium arvum agri, iacentem ante villam *Zawada* praefatam, versus *Smogorzow*, post viam, quae ducit in *Skrzyn*, in longitudine duorum, in latitudine vero ultra quatuor stadiorum protensionem habentem; item in eadem *Zawada* habet alias tres areas speciales, duas pro hortulanis et tertiam pro emethone, cum hortis ad easdem areas, hortulanos et emethonem spectantibus, prout et modo in eisdem areis hortulani duo, videlicet *Mathias Parzysz*, *Joannes Capul* et unus emetho *Stanislaus Schadula* sunt locati. Qui quidem emetho habet agros ad mensuram unius dimidii mansi, ex agris plebanalibus praedictis sibi emensuratos etiam cum prati parte; et similiter tabernator in praefata *Smogorzow* habet agros ex agris plebanalibus praedictis sibi, prout et emethoni, hinc inde per partem emensuratos. Qui quidem emetho de *Zawada* et tabernator de *Smogorzow* solvunt plebano singulis annis pro censu annuo per unum fertonem pecuniarum et laborat unusquisque eorum unum diem in septimana quemlibet laborem, et ultra laborem septimanalem laborat unusquisque eorum pro adiutorio, alias *pomocz*, unam diem metendo aestivalia, et aliam hiemalia frumenta; hortulani vero nihil solvunt, solum laborant unusquisque eorum unum diem in septimana pedester; item habet et piscinam iacentem post villam *Smogorzow*, versus villam *Orzeslawicze* superius quam piscina domini haeredis, quae modo facit deserta, et habet libertatem ponere aggerem in altum et inundare in latitudine et longitudine quanto magis potest; habet et decimas.

Smogorzow, villa eadem, in qua parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae, nec non hortulanarum et tabernarum ac molendini eiusdem villae, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem in *Smogorzow*, et percipiunt eam, quoad praedium, plebanus, quod vero ad hortulanas, vicarius, necnon quoad tabernas et molendini agros minister, et aestimatur totius valor ad quinque marcas, et aliquando minus.

Zawada, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulas totius villae eiusdem araturas proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Smogorzow*, et valor eius aestimatur ad tres marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Gosdzikow, villa eiusdem parochiae in *Smogorzow*; decima manipularis ex omnibus et singulis agris praedialibus et hortulanorum proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Smogorzow*, et eius valor aestimatur ad duas sexagenas et aliquando magis vel minus.

Russynow, villa sub eadem parochiali in *Smogorzow*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiales proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Smogorzow*, et aestimatur eius valor ad dimidiam marcam et aliquando minus, quia solent colere agros emethonales desertos, quae alibi cedit.

Orzeslawicze, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post certos agros unius campi proveniens spectat ad eandem parochialem in *Smogorzow*, et percipit eam vicarius, cuius valor aestimatur ad aliquot grossos; item emethones ex villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt plebano et eius ecclesiae, solum colendam de laneo per unum grossum, et similiter hortulani, nec non denarium *sancti Petri*

a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per duos scotos et unum grossum pro quitantia.

66. GOWORZYCZOW*).

Taxata ad duas marcas argenti.

In eodem *Goworzyczow*, oppido, ecclesia parochialis murata, tituli *S. Petri* et *S. Floriani*, de collatione laicorum haeredum in eadem *Goworzyczow*, quam pronunc obtinet honorabilis *Albertus Gwyazdowsky*¹⁾, clericus in minoribus, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis servat duos manuales vicarios et ministrum, quos salariat certis decimis; ad quam iure parochiali ex antiquo praefatum oppidum *Goworzyczow* et quindecim villae, videlicet *Wola Nosowa*²⁾, *Brzesnyca*³⁾, *Comasschicze*⁴⁾, *Mylakow*⁵⁾, *Gyeczow*⁶⁾, *Kupymyerz*⁷⁾, *Corytkow*⁸⁾, *Bernow*⁹⁾, *Skrzyschow*¹⁰⁾, *Gyeczow*¹¹⁾, *Sydelcz*¹²⁾, *Carvicze*¹³⁾, *Mroczkow*¹⁴⁾, *Craskow*¹⁵⁾, necnon minera *Comasska*¹⁶⁾ et *Paruchy*¹⁷⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in haereditate oppidi eiusdem et circa oppidum ac dictam parochialem ecclesiam pro dote et fundo imprimis habet aream, satis latam et spatiosam, et in eadem curia plebanalis cum hortis tribus, pomerio, allodio, necnon aliae speciales areae vicariales et tres oppidanorum etiam cum hortis ad easdem areas spectantibus. Qui oppidani de eorum domibus, areis et hortis, duo videlicet pro censu annuo solvunt per octo grossos, tertius vero ex eo, quod habet pratum ex pratis plebanalibus, solvit pro annuo censu unum fertonem; item circa eandem aream alias in postico et inferius piscinae domini haeredis habet duas piscinulas satis competentes; item aliam specialem aream pro schola cum horto ex opposito curiae plebanalis et vicariorum, cimiterio contiguam; item habet etiam specialem arvum seu campum agrorum cum prato, eisdem agris seu arvo

* *Gowarczów*, miasto szlacheckie w dyecezyi *sandomirskiej*, w dekanacie i powiecie *końskim* własność rodziny *Gowarczowskich*, a w wieku XVI *Rozrażewskich* (*Paprocki*, *Herby* str. 238), z kościołem parafialnym zapewne przez *Gawarczowskich* fundowanym i jak z powyższego opisu wnosić można, już w początku wieku XV istniejącym, który pierwsiastkowo wystawiony z drzewa, w końcu tegoż wieku odbudowany z cegły palonej, w roku 1776 po gruntownej restauracji został konsekrowany (*Rubryc. dyec. sandom.* z r. 1877 str. 45). Oprócz kościoła parafialnego ma *Gowarczów* kaplicę publiczną pod wozwaniem *ś. Rocha*. *Długosz* w opisie przebud kollegiaty *sandomirskiej* po kilkakrotnie wspomina kościół *gowarczowski*, wyliczając dziesięciny i inne daniny z wsi do tegoż kościoła należących tymże prebendem przypadających (*Liber Beneficior.* I, 334. 335. 338. 339. 359. 365. 366. 370. 371. 376. 377).

¹⁾ *Wojciech Gniazdowski*, pleban. ²⁾ *Wola Nosowa*, dziś w parafii *Końskie*. ³⁾ *Brzeźnica*. ⁴⁾ *Komaszyce*. ⁵⁾ *Michałów*. ⁶⁾ *Jeźów*, dziś w parafii *Końskie*. ⁷⁾ *Kupimierz*. ⁸⁾ *Korytków*, wieś i kopalnia rudy żelaznej. ⁹⁾ *Bernów*. ¹⁰⁾ *Skrzyszów*. ¹¹⁾ *Gielzów*. ¹²⁾ *Solec*. ¹³⁾ *Karwice*, jedyna osada tego nazwiska w parafii *Opoczno*. ¹⁴⁾ *Mroczków* w parafii *Odróż*. ¹⁵⁾ *Kraszków*, dziś w parafii nie znany. ¹⁶⁾ *Komaszyce*. ¹⁷⁾ *Paruchy* dziś w parafii *Końskie*. Później przybyły osady: *Buk*, *Kolonia Szczerbacka*, *Kurzacze*, *Kwasieborzyn*, *Lipicze*, *Ludwinów*, *Morzynów*, *Poniatów*, *Poniatówek*, *Poprężniki*, *Przędzew*, *Praga*, *Rogowiec*, *Ruda*, *Skrzyszów*, *Stare Pole*, *Szczurek*, *Teklinów*, *Wolga Poduchowna*.

adiacentibus, necnon borram etiam eisdem prato et arvo, dicto *plebanya nywa*, adiacentem, quamvis haeredes negligentia et absentia plebani se de facto ad eandem borram plebanalem occupandam intronmittunt et sibi appropriant. Qui quidem arvus agri cum prato et borra sibi ipsis contigua, quoad arvum incipiunt a gurgite, dicto *Rzansawa*¹⁾, et a via, quae ducit in *Opczno* usque ad molendinum, dictum *Polny mlyn*²⁾, et a dicto molendino usque ad piscinam, quae dicitur *Borowy staw*, continue cum dicto prato et borra protenduntur et situantur; item in haereditate villae *Mylakow* habet etiam speciales tres arvos seu mansos agrorum in diversis locis, quamvis in uno campo iacent et habent in se, videlicet unus arvus sive mansos latitudinem citra vel ultra viginti et quatuor sulcorum, in longitudine vero tria stadia, alter vero in latitudine aequalem mensuram habet, in longitudine vero duorum stadiorum protensionem; tertius autem arvus dimidiam mensuram latitudinis respectu priorum, longitudinis vero trium stadiorum mensuram obtinet, et nullum pratum pertinet ad eosdem agros; item habet in villa et haereditate *Corythkow* unum alium specialem campum agrorum, qui campus incipit a via *Scryssowska* tendente in *Bernow* et a limitibus eiusdem villae *Corythkow*, et extenditur usque ad limites *Bernowskye*, alias *smug Bernowsky*; item in villa *Bernow* et eiusdem haereditate habet speciales duas areas emethonales cum hortis, necnon duos mansos sive laneos agrorum hinc inde per partes iacentium, etiam cum pratis ad eosdem agros et areas spectantibus, in quibus aliquando fuerunt duo emethones per plebanos locati, modo tamen sunt deserti, sed per alios emethones ex eadem villa *Bernow* arendantur sive conducuntur; item habet in eadem haereditate unam piscinam seu situm piscinae modo desertum; et solvit ille, qui locat eosdem agros, ex arenda dimidiam marcam.

Goworzyczow oppidum, in quo praefata parochialis; decima manipularis post omnes et singulos agros totius oppidi, etiam praediales sive curiae, proveniens spectat ad eandem parochialem ecclesiam et plebanum in eadem *Goworzyczow*, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas et aliquando magis; non solvunt decimam canapi, sed conducunt.

Brzesnyca, villa sub eadem parochiali in *Goworzyczow*; decima manipularis de agris omnibus et singulis totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, et eius valor aestimatur ad tres marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Comasschieze, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes et singulas eiusdem villae araturas proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, et eius valor aestimatur ad tres marcas; et solvunt etiam decimam canapi de laneo per duos grossos.

Carvicze, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam et aliquando magis vel minus.

Gyeczow et *Mylakow*, villae eiusdem parochiae in *Goworzyczow*; decimae manipulares post omnes et singulos agros dictarum villarum provenientes spectant et

pertinent ad eandem parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, et aestimatur ipsarum valor ad duas sexagenas et aliquando magis vel minus; non solvunt decimam canapi, sed conducunt in horreum plebanalem in *Goworzyczow*.

Cupymyerz, villa sub eadem parochiali in *Goworzyczow*; decima manipularis ex agris praedialibus, in quibus locati sunt quatuor emethones, necnon molendinatoris proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, et aestimatur eius valor ad dimidiam sexagenam; et solvunt decimam canapi duos grossos, de aliis agris emethonalibus decima, nescitur quo iure, recipitur pro episcopo *Wladislaviensi* pro hac vice.

Corithkow, villa eiusdem parochiae; decima manipularis ex agris praedialibus et molendinatoris proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in eadem *Goworzyczow*, cuius valor aestimatur ad unum fertonem et aliquando magis vel minus.

Cuchary, villa sub parochiali in *Stobnyca*¹⁾, diocesis *Cracoviensis*, decima tamen manipularis post omnes et singulos (agros) praediales sive curiarum proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, cuius valor aestimatur ad unam marcam, vel aliquando minus.

Gyeczow, villa eiusdem parochiae; decima manipularis de certis agris, videlicet de arvo tabernae et de manso *Czolek* ac de alio arvo, quem colit curia, penes granities *Curaskow* et arvo *Parzygel*, penes eundem arvum, quem colit curia, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Goworzyczow*, et aestimatur eius valor ad sedecim grossos.

Nossowa Wola, villa sub eadem parochiali in *Goworzyczow*; decima manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Goworzyczow* et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad duas marcas et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Bernow, villa sub eadem parochiali; decima manipularis post omnes agros praediales sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Goworzyczow*, et aestimatur eius valor ad tres fertones et aliquando magis vel minus.

Mroczkow, villa sub eadem parochiali in *Goworzyczow*; decima manipularis ex agris praedialibus, in quibus locati sunt duo emethones et duo hortulani, proveniens spectat ad eandem parochialem in *Goworzyczow*, et percipiunt eam vicarii et valor eius aestimatur ad unam marcam; et solvunt decimam canapi emethones per unum grossum et hortulani per dimidium grossum.

Syedlecz, villa eiusdem parochiae; decima manipularis post omnes araturas praediales proveniens spectat etiam ad eandem parochialem in *Goworzyczow*, et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Crasskow, villa sub eadem parochiali in *Goworzyczow*; decima manipularis post omnes et singulos agros praediales proveniens spectat ad eandem parochialem in *Goworzyczow*, et percipit eam minister, et aestimatur eius valor ad viginti grossos et aliquando magis vel minus.

Rathoschajn, villa sub parochiali in *Bukovno*; decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad parochialem in *Goworzyczow*, et eius valor aestimatur ad tres marcas, et percipit eam minister.

¹⁾ *Rzansawa*. ²⁾ *Polny mlyn*.

¹⁾ *Stobnica*.

Item oppidani in eodem oppido *Goworzyczow* et emethones ex villis totius eiusdem parochiae nihil aliud solvunt ecclesiae et plebano, solum colendam praefati oppidani de qualibet domo per unum grossum, inquilini vero per dimidium grossum; emethones autem de laneo per unum grossum et de dimidio laneo per dimidium grossum, et similiter hortulani; molendinatores etiam per unum grossum, nec non denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collector camerae apostolicae singulis annis per novem scotos et unum grossum a quittance.

67. ODROWANSZ. *)

Taxata ad tres marcas argenti.

In eadem *Odrowansz* ecclesia parochialis murata, tituli *S. Catharinae virginis et martyris*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Odrowansz*, quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Joannes de Bosthow* ¹⁾, actu presbyter, qui pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, servat vicarium manualement et ministrum, quos salariat, vicarium certa decima et ministrum una sexagena pecuniarum; ad quam iure parochiali ex antiquo septem villae, videlicet praefata *Odrowansz* ²⁾, *Parva Odrowansz* ³⁾, *Gossan* ⁴⁾, *Nyeklan maior* ⁵⁾, *Nyeklan minor* ⁶⁾, *Wola plebanalis* ⁷⁾, et *Blyszyn* ⁸⁾ spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate circa ipsam ecclesiam pro dote et fundo habet imprimis cimiterio contiguam versus plagam meridionalem aream pro curia satis latam et spatiosam, et in ea curiam cum allodio, hortis et pomeriis, etiam ultra ecclesiam in orientalem plagam se extendentem; item aream vicariam in villa penes hortum plebanalem, insuper aream scholae in alia parte ecclesiae versus aquilonem; habet insuper unam aliam aream cum horto pro taberna sive hortulania et in ea hortulanum, qui nihil

*) *Odrowąz*, wieś, dawniej miasto szlacheckie w dyecezyi *sandomirskiej*, dekanacie i powiecie *końskim*, gniazdo jednej z najdawniejszych rodzin polskich *Odrowązów*, z starożytnym kościołem parafialnym muryowanym, prawdopodobnie już w XIII wieku fundowanym. Przywilejem z dnia 20 grudnia roku 1611 *Zygmunt III*, pozwolił ówczesnej dziedzicze, *Annie z Stemberku Kosteczance*, wdowie po *Aleksandrze* książęciu *Ostrogskim*, wojewodzie *wolińskim*, zamienić wieś *Odrowąz*, od której tyłu znakomitych mężów swe nazwiska wywodzi, na miasto i obdarzył je prawem niemieckiem (*Baliński* l. c. II, 420. 421). Oprócz kościoła rzeczonyego dotąd dobrze utrzymanego znajdują się w parafii: kościół filialny w wsi *Blizyn* pod wezwaniem *ś. Zofii*, a we wsi *Mroczkowie* kaplica publiczna *ś. Rozalii*, naroszenie w samym *Odrowązu* także kaplica pod tyt. *ś. Rocha* (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 45. 46*).

¹⁾ *Jan z Bostowa* (wieś w powiecie *ilżeckim*), pleban. ²⁾ *Odrowąz*. ³⁾ *Odrowązek*. ⁴⁾ *Gosań*. ⁵⁾ *Nieklań Wielki*, dziś z osobnym kościołem parafialnym, w roku 1836 z cegły palonej odbudowanym i w roku 1846 pod tyt. *ś. Wawrzyńca* konsekrowanym. ⁶⁾ *Nieklań Mały*. ⁷⁾ *Wólka Plebańska*. ⁸⁾ *Blizyn* i *Blizinek*. Później przybyły osady: *Blaszków*, *Bugaj*, *Drozdów*, *Gołysa*, *Górka*, *Gostków*, *Grabowiec*, *Gustawów*, *Hucisko*, *Kamionka*, *Kapturów Bliziński*, *Kapturów Mroczkowski*, *Kopytków*, *Lelików*, *Luta*, *Mroczków*, *Mrawka*, *Nieborów*, *Nówki*, *Pardołów*, *Placzków*, *Sarbin*, *Sobczyk*, *Stapporków*, *Świerczów*, *Ubyzów*, *Włochów*, *Wójtyńców*, *Wółów*, *Wysokiń*, *Zbrojów*.

aliud facit neque laborat, solum solvit unum fertonem per annum; insuper habet et unum arvom sive laneum agri iacentem post dictam arcam et situm dotis curiae plebanalis, in latitudine ad instar totius areae praedictae versus silvam se extendentem, et in fine agrorum prata, nec non et silvam post prata praedicta ad limites; item in eis pratis piscinulam habet.

Wola, villa sub eadem parochiali, in qua sunt pronunc quatuor areae possessionatae et quinta deserta, et in eis emethones habentes agros, unusquisque ad existimationem per dimidium laneum, necnon et prata, hortos ad unamquamque aream spectantes. Quae quidem villa cum omni iure, dominio et proprietate, necnon pratis, agris, silvis, tribus piscinis, pronunc factis et faciendis, mellificiis spectat pertinetque pleno iure ad eandem parochialem et plebanum in praefata *Odrowansz*. Qui quidem emethones quatuor pro censu annuo solvunt plebano pro tempore existenti omni anno per unum fertonem, et quintus, qui parum habet de agris, solvit tres grossos pro censu annuo, et sex pullos; necnon praefati quatuor omni septimana laborant quemlibet laborem per unam diem, dictus etiam quintus laborat in septimana diem, sed pedester; item non faciunt aliquas *podwodas*, nisi pro die septimana; neque plebanus habet aliqua prata in eadem *Wola* aut agros, solum piscinas tres; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros totius eiusdem villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Odrowansz*, et eius valor aestimatur ad unam marcam; et solvunt decimam canapi per unum grossum, et quintus nihil solvit de decima canapi.

Odrowansz, villa, in qua parochialis praedicta; decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat et pertinet ad eandem parochialem et plebanum in *Odrowansz*, cuius valor aestimatur ad tres marcas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum, quia solum frumenta aestivalia seminant.

Odrowanzek, villa sub eadem parochiali in *Odrowansz*; decima etiam manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Odrowansz*, et valor eius aestimatur ad tres marcas et aliquando minus; et solvunt decimam de laneo per sex grossos, fitque unus fertonem.

Blyszyn, villa sub eadem parochiali in *Odrowansz*; decima etiam manipularis ex omnibus et singulis agris totius villae, etiam mineratoris, proveniens spectat et pertinet ad praefatam parochialem et plebanum in *Odrowansz*, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum et tabernator dimidium grossum.

Nyeklan minor, villa sub eadem parochiali in *Odrowansz*; decima manipularis post omnes et singulas araturas totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Odrowansz*, et percipit eam vicarius in eadem *Odrowansz*, et eius valor aestimatur ad tres marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum.

Crayow, villa sub parochiali in *magna Skrzyn*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat et pertinet ad ecclesiam parochialem in *Odrowansz*, et eius valor aestimatur ad sex marcas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Wystka, villa sub eadem parochiali in *magna Skrzyn*, decima tamen manipularis ex omnibus et singulis agris emethonalibus proveniens spectat pertinetque ad

parochialem ecclesiam et plebanum in *Odrawansz*, cuius valor aestimatur ad quinque marcas et aliquando quatuor; et solvunt decimam canapi de laneo.

Gosdzycow, villa sub parochiali in *Smogorzow* decima tamen manipularis post omnes et singulas araturas emethonales proveniens spectat pertinetque ad parochialem et plebanum in *Odrawansz*, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Item emethones ex villis parochialis praedictae ecclesiae praefatae et eius plebano nihil aliud solvunt, solum colendam de quolibet laneo per unum grossum, alias de qualibet domo praeter *utramque Nyeklan*, quae propter negligentiam vicarii solvit per dimidium grossum, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis duos scotos cum medio et sextum grossum pro quittance.

*Rogow*¹⁾, villa sub parochiali in *Conskeye*; decima manipularis de campo, dicto *Trzemesnyk*, proveniens spectat ad dictam parochialem et plebanum in *Odrawansz*, cuius valor aestimatur ad unum fertorem et aliquando magis; non solvunt decimam canapi.

*Bambnow*²⁾, villa sub eadem parochiali in *Conskeye*; decima tamen manipularis ex campis, dictis *dambrowky*, proveniens spectat etiam ad parochialem et plebanum in *Odrawansz*; cuius valor aestimatur aliquando ad quatuor grossos.

*Nyesvyyen*³⁾, villa sub parochiali in *Conskeye*; decima manipularis post certos arvos proveniens spectat ad eandem parochialem in *Odrawansz* et eius plebanum, eiusque valor aestimatur ad aliquot grossos, octo vel decem.

68. CONSKYE.*)

Taxata una cum scholasteria ad septem marcas argenti.

In eadem *Conskeye* ecclesia parochialis murata de quadro lapide, tituli *S. Alberti* et *Nicolai*, de collatione laicorum haeredum de eadem *Conskeye*, quam obtinet

*) *Końskie*, miasto powiatowe nad *Końską Wodą* w dycezyi *sandomirskiej*, siedziba znakomitej i możnej familii *Odrawczyków*, która się już w XII wieku pisała *comites de Końskie*, ma kościół parafialny należący do najstarszych w Polsce, jeżeli wiarę dać można napisowi na kamieniu wypukłemi głoskami gockimi ponad bocznemi drzwiami umieszczonemu: *Ecclesia Sancti Nicolai de novo restaurata A. D. 1120* (Baliński, *Starożytna Polska* t. II, str. 413. 414). Według miejscowego podania i tego napisu kościół obecny miał być w roku 1120 na miejscu dawnego kościoła wzniesiony. Tymczasem sprzeciwia się temu odnowienie na prośby miejscowego proboszcza erekcyi kościoła przez arcybiskupa *Zbigniewa Oleśnickiego* w roku 1492, w której wyraźnie uczyniona jest wzmianka, że kościół wystawiony został przez *Iwonę Odrawczyka*, biskupa *krakowskiego*, co też *Długosz* podaje (*Liber Benefic. I*, 345). Ponieważ, jak wiadomo, tenże biskup zarządzał dycezyą *krakowską* od roku 1219 do 1229, przeto prawdopodobną jest rzeczą, że dzisiejszy kościół jest dziełem wieku XIII, a kamień z napisem wyżej wspomnianym z dawnego kościoła wzięty nad drzwiami jego został umieszczony. Kościół ten pod względem sztuki nie odznacza się swą powierzchownością. Wystawiony z ciosowego kamienia w kąty prosto gładko obrabianego, pokryty jest gontami, a na końcu dachu ponad główną nawę wznosi się mała sygnatura. Wewnątrz nie jest sklepienionym, tylko ma sufit drewniany, będący dziełem nowszych

pro hac vice honorabilis et nobilis *Stanislaus de Byegosschowa wola*¹⁾, actu presbyter, qui pro sui sustentatione et oneribus ecclesiae eiusdem adimplendis circa ipsam ecclesiam, prout ex antiquo, servat duos vicarios manuales et salariat, ministrum vero scholasticus; ad quam iure parochiali ex antiquo tredecim villae, videlicet praefata *Conskeye*, *Sokolow*²⁾, *Dzybaltow*³⁾, *Brod*⁴⁾, *Cazanow*⁵⁾, *Syrosławicze*⁶⁾, *Pomorzany*⁷⁾, *Modliszewicze*⁸⁾, *Proczwyn*⁹⁾, *minor Bambnow*¹⁰⁾, *maior Bambnow*¹¹⁾, *Nyesvyyenye*¹²⁾, *Rogow*¹³⁾, necnon tres minerae, *Czarna*¹⁴⁾ et *Błotnycza*¹⁵⁾ duplex spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius plebanus pro tempore existens in eadem villa et haereditate ex opposito ecclesiae ad partem meridionalem pro dote et fundo ac in possessione habet imprimis pro curia plebanali, allodio, horto, necnon domunculis vicarialibus unam aream satis latam et spatiosam, necnon in duobus duntaxat campis duos laneos agri, unum videlicet in uno campo, et unum in alio, unum videlicet immediate post dictam curiam plebanalem, in latitudine citra vel ultra viginti et quatuor undique sulcorum, et protendentem se a dicta area curiae usque ad limites alterius haereditatis, alterum vero iacentem in campo versus orientem in sorte haereditatis domini *Thobiae*, iacentem inter agros emethonales, videlicet *Nicolaum Martinka* et *Nicolaum Myge*, eiusdem latitudinis, sicuti primus, in longitudine vero citra vel ultra novem stadiorum; nec non unum alium arvom agri, iacentem penes agros praediales domini *Thobiae* dictum *Skalka*, latitudinem suam extendentem citra vel ultra ad sex stadia, longitudinem vero ad duo; item habet et pratum, dictum *Lawky*¹⁶⁾, cundo de *Conskeye* in *Rogow*; item habet unam piscinam iacentem post lancum, se a curia plebanali protendentem, quae dicitur *Morthky*.

*Cornycza*¹⁷⁾, villa sub eadem parochiali in *Conskeye*, in qua sunt tres lanei agrorum in toto emethonales, duo cum dimidio duntaxat pro hac vice possessionati et dimidius desertus, quae cum omni iure, dominio et proprietate, necnon campis agris, pratis, pascuis, piscinis, fluviis, fluminibus, necnon borris, silvis ad dictam villam et eius haereditatem quomodolibet spectantibus, pleno iure spectat, pertinet

czasów. W ołtarzach znajdują się piękne obrazy, pomiędzy niemi dwa malowane przez *Szymona Czechowicza*. Pomiedzy pomnikami dwa szczególnie odznaczają się pod względem sztuki: *Hieronima Konieckiego* z roku 1564, przedstawiający rycerza w zbroi i *Jana Małachowskiego*, kanclerza w. koronnego, zmarłego w r. 1762 (*Tygodn. illustr. warsz. t. I seryi II, str. 32*). W drugiej połowie wieku XV byli dziedzicami w *Końskich*, *Krzyszlaw* i *Tobiasz Odrawczyowie* (*Długosz, Liber Beneficior. I, 345*).

We wsi *Kazanowie* do parafii należącej jest kościół filialny pod tyt. *Zwiastowania N. M. P.* aż do roku 1864 klasztor *OO. Minorytów de observantia*, a w tym roku po zniesieniu klasztoru na filialny zamieniony. Fundował go w roku 1623 dziedzic miejscowy *Hieronim Kazanowski* wraz z klasztorem z cegły palonej, a w roku 1769 konsekrował go *Ignacy Kozierowski*, biskup *adrateński*, kanonik *gnieźnieński* i proboszcz kanoników regularnych w *Mstowie*. Oprócz tych dwóch kościołów znajdują się w parafii dwie kaplice: jedna w *Końskich* na cmentarzu grzebalnym pod tyt. *ś. Anny*, druga pod wezwaniem *N. Maryi P.* we wsi *Czarna* (*Rubryc. dyec. sandom. z r. 1877 str. 44*).

¹⁾ *Stanisław z Biegoszowej Woli* (miejscowość nieodgadniona), pleban. ²⁾ *Sokolów*. ³⁾ *Dzybaltów*. ⁴⁾ *Brody*. ⁵⁾ *Kazanów*. ⁶⁾ *Sierosławicze*. ⁷⁾ *Pomorzany*. ⁸⁾ *Modliszewice*. ⁹⁾ *Proczwin*. ¹⁰⁾ *Bębnow Wielki*. ¹¹⁾ *Bębnow Mały*. ¹²⁾ *Nieświn*. ¹³⁾ *Rogów*. ¹⁴⁾ *Czarna*. ¹⁵⁾ *Błotnica*. ¹⁶⁾ *Ławki*. ¹⁷⁾ *Kornica*. Przybyły później osady: *Barycz, Bawaryja, Bedlenko, Browary, Chełp, Czerwony Most, Czysta, Dorobek, Drużarnia, Duraczów, Fidór, Gołofej, Górny Młyn, Grauch, Grzybów, Janów, Jeźów, Koczwarra, Kościeliska, Kozia Wola, Mała Sielpnia, Młynek Nieświński, Młyny Dziebaltowskie, Nałęczów, Paruchy, Piła, Pomyków, Proczwin, Stara Kuźnica, Wincentów, Witków*.

ex antiquo ad eandem parochialem et plebanum in *Conskeye*; in qua non sunt aliqui alii agri praediales pro plebano, solum unum pratum, dictum *Zymna woda*, per modernum praefatum plebanum extirpatum; necnon piscina una, dicta *Czystha* et cum *Spacznicza* propter prata emethonum domini *Thobiae* non potest poni piscina; et solvunt emethones, in dimidiis laneis locati, de eadem villa omni anno plebano pro censu per unum fertonem et laborant duo in septimana unam diem quemlibet laborem; et quia dicta haereditas oppressa est per circumcirca vicinos haeredes et ademptae sunt partes aliquae eiusdem haereditatis, idcirco emethones eiusdem haereditatis plebanales coguntur et astringuntur ratione pascuorum laborare cisdem adiacentibus haeredibus; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros eiusdem villae proveniens spectat ad eandem ecclesiam et plebanum, et aestimatur eius valor ad unam sexagenam; et solvunt decimam canapi per unum grossum.

Mydzyeza, villa sub parochiali *Radoszicze*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros totius villae eiusdem, etiam praediales seu curiarum proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Conskeye*, cuius valor aestimatur ad duas marcas et aliquando minus; et solvunt decimam canapi per unum grossum.

Sokolow cum *Dzybaltow*, duae villae, sed unum praedium sub parochiali in *Conskeye*; decima manipularis post omnes et singulos agros eiusdem praedii, qui pro hac vice divisus est (sic) in duas partes, proveniens vicibus alternatis spectat pertinere ex antiquo ad praefatam parochialem et plebanum in *Conskeye* pro una vice, sive anno, et pro alia vice ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Andrzejow*¹⁾, et habet optionem ecclesiae praefatae parochialis et eius plebanus in *Conskeye* decimam omni anno percipere, et ratione decimae ecclesiae parochialis et eius plebano in *Andrzejow* pro illius vicibus unam cum dimidia marcam solvere.

Syrosławicze, villa sub parochiali in *Conskeye*; decima manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus etiam duobus arvis, quos colunt emethones, proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Conskeye*, cuius valor aestimatur ad dimidiam marcam.

Modliszvicze, villa eiusdem parochiae in *Conskeye*, decima etiam manipularis post omnes araturas curiae sive praediales proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Conskeye*, et aestimatur eius valor ad unam marcam.

Pomorzany, villa sub eadem parochiali in *Conskeye*, decima etiam manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Conskeye*, cuius valor aestimatur ad duas marcas, et aliquando magis.

*Czyrmino*²⁾, villa et ibidem parochialis ecclesia, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat pertinere ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Conskeye*, cuius valor aestimatur ad sex marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum.

Cazanow, villa sub eadem parochiali in *Conskeye*; decima etiam manipularis de certis agris praedialibus proveniens spectat ad eandem parochialem in *Conskeye*, et percipiunt eam vicarii, cuius valor aestimatur ad unum fertonem.

Proczwyn, villa sub eadem parochiali in *Conskeye*; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros eiusdem totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem in *Conskeye*, et percipiunt eam vicarii in valore, quae aestimatur ad unam marcam et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi per dimidium grossum.

*Trzemesna*¹⁾, villa sub parochiali in *Bedlno*, decima tamen manipularis de certis agris proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Conskeye* et percipiunt eam etiam vicarii, et eius valor aestimatur ad viginti grossos; de aliis autem agris provenit mensae archiepiscopali.

*Sworzycze*²⁾, villa sub eadem parochiali in *Bedlno*, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros emethonales proveniens spectat ad ecclesiam parochialem in *Conskeye*, et percipiunt eam vicarii, et eius valor aestimatur ad unam cum dimidia marcam et aliquando magis vel minus; et solvunt decimam canapi de laneo per unum grossum.

*Soczewki*³⁾, villa sub praefata parochiali in *Bedlno*, decima tamen manipularis de agris omnibus et singulis eiusdem villae totius proveniens spectat pertinere ad ecclesiam parochialem in *Conskeye*, et percipiunt eam in ibidem vicarii, cuius valor aestimatur ad novem fertones et aliquando ad tres marcas; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Item emethones ex villis eiusdem parochiae nihil aliud solvunt ecclesiae et eius plebano, solum colendam de laneo per unum grossum et de dimidio per dimidium grossum, et similiter hortulani, necnon denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per novem scotos, et unum alium grossum pro quittantia.

SCHOLASTERIA⁴⁾. In eadem parochiali habetur scholasteria, et dicitur ex proventibus eiusdem parochialis fundata et dotata, de collatione etiam haeredum in eadem *Conskeye*. Qui (sic) pro suis oneribus tenetur obligaturque singulis septimanis in eadem ecclesia tres missas, unam de *beata Virgine*, „*Salve sancta parens*,” aliam pro peccatis, et tertiam pro defunctis per se vel per alium explere, necnon de ministro providere et illum salariare, prout et salariat, prout potest. Quam pronunc obtinet honorabilis et nobilis *Andreas*, haeres de eadem *Conskeye*, actu presbyter, prout requiritur; nec non et vinum pro ministeriis et ministris eiusdem ecclesiae propriis impensis etiam tenetur et obligatur emere et singulis temporibus ordinare. Quae quidem scholasteria et eius pro tempore scholasticus in eadem villa et haereditate pro dote et fundo habet imprimis penes aream plebanalem pro curia seu domo aream cum horto et in eadem curiam et allodium, et pro schola aliam aream cimiterio contiguam; item habet unum laneum agri, penes laneum plebanalem iacentem, et alium arvom agri, dictum *Levnyn*⁵⁾, in eodem campo iacentem, nec non et pratum in parte domini *Thobiae*, in superiori parte piscinae praefati domini *Thobiae*, dicta *Dischov*, iacens; item aliud pratum in haereditate *Dzybalthow*, dictum *Poswyathna*, inter villam praefatam *Dzybalthow* et vadum iacens, de quo

¹⁾ *Strzemeszna*, ²⁾ *Sworzycze*, ³⁾ *Soczówki*, wsie należące do parafii *Bedlno*, w dekanacie i powiecie *opoczyńskim*, diecezji *sandomirskiej*. ⁴⁾ Na boku dopisek współczesny: *Tawata cum parochiali ut supra*. ⁵⁾ *Lewnin*.

¹⁾ *Andrzejów (Jędrzejów)* w diecezji *kielecko-krakowskiej*. ²⁾ *Czermino*.

colligi solet unus bonus currus feni; item partem borrae circa paludem, dictum *dobry wyerzch*, et limites domini *Thobiae*, necnon *Bambnow* iacentem cum mellificiis; item decimas.

Conskye, villa eadem, in qua parochialis; decima etiam manipularis post omnes et singulas araturas agrorum praedialium sive curiarum proveniens spectat pertinetque ad praefatam parochialem et eius scholasticum in *Conskye*, et aestimatur eius valor aliquando ad septem marcas et aliquando minus.

Nyesvye, villa sub eadem parochiali in *Conskye*; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros totius villae, demptis aliquibus agris, de quibus decima provenit ecclesiae et plebano in *Odrowansz*, proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et eius scholasticum in *Conskye*, cuius valor aestimatur ad quinque marcas et aliquando minus, et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos.

Rogow, villa sub eadem parochiali in *Conskye*; decima etiam manipularis de certis agris eiusdem villae emethonalibus proveniens spectat ad eandem parochialem et scholasticum in *Conskye*, et aestimatur et eius valor ad quinque marcas et aliquando magis; et solvunt decimam canapi de laneo per duos grossos; de aliis autem agris hinc inde decima manipularis cedit in *Odrowansz* et ad *Sandomiriam*.

Bambnow parva, villa eiusdem parochialis; decima etiam manipularis post agros praediales sive curiae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et eius scholasticum in *Conskye*, cuius valor aestimatur ad dimidiam marcam et aliquando magis.

69. BEDLNO.*)

Tavata ad unam marcam argenti.

In eadem *Bedlno*, villa, ecclesia parochialis murata, tituli *S. Annae*, de collatione laicorum haeredum in eadem *Bedlno* et *Sworzycze*¹⁾, quam nunc obtinet honorabilis *Stanislaus*, actu presbyter de *Zarnow*²⁾, qui, prout ex antiquo, circa ipsam ecclesiam pro sui sustentatione et ecclesiae oneribus adimplendis servat vicarium manualementem et ministrum et salariat vicarium certa manipulari decima et ministrum una marca, ad quam iure parochiali ex antiquo undecim villae, videlicet praefata

*) *Bedlno*, wieś szlachecka należąca dziś do diecezji sandomirskiej, dekanatu i powiatu opoczyńskiego, gniazdo rodziny *Bedleńskich* h. *Wienicawa*, do której należał *Mikołaj Bedleński*, scholastyk krakowski i kanonik *gnieźnieński*, mąż wielkiej zacności, nauki i pobożności (Paprocki l. c. str. 535), zawdzięcza założenie i uposażenie kościoła parafialnego niezawodnie tejże rodzinie przynajmniej już w początku wieku XV, jak to z powyższego opisu i założonej przez tamtejszego plebana *Stanisława Karwath* apelacji od wyroku officjały *gnieźnieńskiego* do arcybiskupa w sprawie dziesięcin pewnych w roku 1452, w której się odwołuje na dawne kościoła swego prawa (Acta decret. Capit. Gnesn. II, 44. Cfr. Długosz, Liber Benef. I, 506). Kto i kiedy wystawił dzisiejszy murywany kościół *bedleński*, nie wiadomo. Według powyższego opisu istniał już na początku wieku XVI. Oprócz kościoła parafialnego znajduje się we wsi drugi kościół *ś. Leonarda*.

1) *Sworzycze*. 2) *Stanisław z Żarnowa*, pleban.

Bedlno, *Sworzycze*, *Soczewki*¹⁾, *Trzemesna*²⁾, *Bedlenko*³⁾, *Damba*⁴⁾, *Colischewy*⁵⁾, *Przybischewy*⁶⁾, *Grambanicze*⁷⁾, *Vyrzchovisko*⁸⁾ et *Malkow* spectant et pertinent. Quae quidem ecclesia et eius pro tempore plebanus in eadem villa et haereditate pro dote et fundo habet imprimis pro plebanali curia, allodio et horto aream satis latam et spatiosam, necnon alias duas areas, cimiterio vicinas et contiguas, necnon alias duas areas cum hortis pro taberna et hortulano, sibi ipsis vicinas et contiguas, et in eis tabernam, in qua nunc sedet *Mathias Chamala*, necnon in hortulania *Nicolaus Warvasz*; item habet et duos laneos agri post dictas areas tabernae et hortulani iacentes, protendentes se usque ad borram plebanalem alterius haereditatis villae plebanalis, dictae *Malkow*, ex quibus quidem laneis duobus taberna habet partem agrorum cum hortis et solvit pro censu plebano omni anno unam sexagenam pecuniarum et tenetur molere in molendinis plebani et aggeres, quoties violentia aquarum esset, iuvare; hortulanus vero solvit pro censu annuo dimidiam marcam et laborat per annum decem dies et ad aggeres piscinarum, quoties violentia esset, iuvare (sic); item habet et pratum ex opposito hortulaniae iacens, de quo colligi solet unus parvus acervus de foeno; item habet molendinum cum piscina ante villam praefatam *Bedlno*, de quo molendino molendinator pro censu solvit unam marcam pecuniarum et siue aliqua mensura molere tenetur plebano, et circa eandem piscinam habet et piscinulam inferius molendino iacentem; qui molendinator habet duntaxat hortum et pratum sub aggere iacentes; item molendinator est manualis et non haereditarius; item habet et aliud molendinum cum piscina in haereditate *Bedlenko* cum duobus hortis et cum agro duorum stadiorum, cuius molendinator est manualis et solvit plebano in *Bedlno* omni anno pro censu dimidiam sexagenam, quod iacet autem desertum, sed locatus est modo molendinator per modernum plebanum; item idem molendinator ultra dictum censum molere plebano frumenta absque mensura (tenetur).

Malkow, villa sub eadem parochiali in *Bedlno*, in qua sunt quatuor emethones locati in uno cum dimidio laneis et aliis agris non mensuratis ex eo, quod agri sunt steriles, et solvit unusquisque pro censu per sedecim grossos et per duos gallos et triginta ova, et colunt disponuntque ipsi emethones unusquisque de aliis agris, sive in dicta haereditate *Malkow*, sive in *Bedlno* tantum, quantum tribus coris siliginis et tribus avenae plenius superabundanterque superseminari potest, et illas segetes metere, colligere, acervos praeparare et conducere; item etiam pratum unum falcastrare, foenum colligere et conducere de eodem prato, et non aliud obligantur; item finum de domo plebanali in agros educere tenentur; sunt enim ultra praedictos emethonales agros in dicta villa *Malkow* duo alii lanei agrorum pro curia plebanali in *Bedlno* coli ararique soliti, etiam cum pratis. Quae quidem villa *Malkow* cum omnibus censibus, iuribus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, nemoribus, gais, rubetis, borris, mellificiis, venationibus, stagnis, piscinis factis et fiendis sive faciendis, piscaturis, aquis et earum decursibus et universis obventionibus, alias pleno iure, spectat pertinetque

1) *Soczówki*. 2) *Strzemeszna*. 3) *Bedlenko*. 4) *Dęba*. 5) *Kaliszowy*. 6) *Przybyszowy*. 7) *Grembienie*. 8) *Wierzchowisko*. Przybyły później osady: *Glupiów*, *Karólew*, *Kopaniny*, *Majdan*, *Maleniec*, *Malkow*, *Radonek*, *Szymonów*.

ad eandem ecclesiam parochialem et plebanum in *Bedlno*; item est in eadem villa una piscina, dicta *Crzetula*¹⁾, facta per olim iudicem *Sandomiriensem Nicolaum de Bedlno* cum voluntate tunc plebani, quam idem iudex et haeres in articulo mortis restituerat ecclesiae eidem et plebano, et aliam etiam fecerat, sed non compleverat propter impedimentum haeredum in *Pomorzany* et ita usque modo iacet deserta; item adhuc emethones praefatae villae tenentur plebano pro festo *Nativitatis Christi* singulis annis unusquisque per duos currus lignorum adducere et cervisiam ex *Opczno* pro festo *Dedicationis* ecclesiae, festo *sanctae Annae* et adventu visitoris.

Bedlno, villa, in qua parochialis praefata; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae, necnon quos colunt tabernator, hortulanus et ipse plebanus tam in ipsa haereditate *Bedlno*, quam villa sua praedicta *Malkow*, videlicet duorum et duorum (sic) lanceorum proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem et plebanum in *Bedlno* et aestimatur eius valor ad unam sexagenam.

Sworzycze, villa sub eadem parochiali in *Bedlno*; decima etiam manipularis ex agris omnibus et singulis praedialibus sive curiae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bedlno*, cuius valor aestimatur ad unam marcā.

Vyrzchovissko, villa sub eadem parochiali in *Bedlno*; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros totius villae proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bedlno*; cuius valor aestimatur ad viginti grossos.

Colischowy, villa eiusdem parochiae in *Bedlno*; decima etiam manipularis post omnes et singulos agros praediales, alias duos laneos, qui colebantur et modo coluntur pro curia, proveniens spectat ad eandem parochialem et plebanum in *Bedlno*, cuius valor aestimatur ad quatuordecim grossos.

Grambanycze, villa sub eadem parochiali in *Bedlno*; decima etiam manipularis post omnes et singulas araturas praediales sive curiae proveniens spectat ad praefatam parochialem et plebanum in *Bedlno*, et eius valor aestimatur ad viginti grossos.

*Redvanska Wola*²⁾, villa sub parochiali ecclesia in *Byalaczow*³⁾, decima tamen manipularis post omnes et singulos agros praediales sive curiae proveniens spectat ad ecclesiam parochialem et plebanum in *Bedlno*; cuius valor aestimatur ad duas sexagenas et aliquando magis vel minus.

Bedlenko, villa sub parochiali in *Bedlno*; decima etiam manipularis post omnes agros praediales sive curiarum pronunc trium nec non hortulanorum proveniens spectat pertinetque ad eandem parochialem in *Bedlno*, et percipit eam pronunc vicarius, cuius valor aestimatur ad duas marcas et aliquando duas sexagenas.

Item emethones ex villis parochialis eiusdem nihil aliud solvunt eidem ecclesiae et plebano, solum colendam de laneo per unum grossum et de dimidio per dimidium grossum, et similiter hortulani per dimidium grossum, nec non denarium *sancti Petri* a qualibet persona per unum denarium; et contribuit collectori camerae apostolicae singulis annis per tres scotos et unum grossum pro quittance.

1) *Krzetula*. 2) *Radwan (Radwańska Wola)*. 3) *Bialaczów*.

70. BYALACZOW^{*)}, OPPIDUM.

Taxata ad quatuor marcas argenti.

